Iul. de Mul. empto Parmae die XII Iulij 1607 pro L B

Caroli Porleti I. C. Placen.

Epitom. vid. post Cons. Silvani

FRANCISCI MARZARII
VICENTINI IVRISCONS.
AC IN ROT. GENVENS. BONONIENS. FLORENTINA
QVONDAM AVDITORIS INTEGERRIMI
Consilia illa pollicita in Epitome in materiam Fideicommissariam.

Autoris eiusdem Parergon non vulgare (si fortè intraueris) Candide Lector inuenies.



FLORENTIAE.
Apud Carolum Pectinarium.
MDLXX.

DEI OPT. MAX. NOM. INV.

CONSIL. I.

Pro clarißimo Do. Leonardo de Portis,

IN EPITOME Q. I. XIII.

IN Q. proposita, Numquid intentio q. Clarißimi D. Leonardi super fideicōmisso ex testamento. q. D. Francisci Senioris sit iuridica, profectò luce clarius ex infrascriptis apparebit, eam fuisse & esse Iuridicam, & omni æquitati cōsentaneā: Et in primis illud constat quòd substitutio facta de D. Simone & Fratre, in casu filiorum nasciturorum ex ipso testatore, & postea decedentium sine filiis, verificata fuit etiā nullis natis filiis ex ipso testatore; casus est in. l. qui ventri, iuncta glo. ff. de ven. Inspici. & tradit Ray. in. l. i. ff. de vulg. & pupi: & clare Bald. l. fi. col. fi. vers. quæro quidam. C. de insti. & substi. & in cons. 39. l. 3. Fulgo. consi. 90. Calcan. cons. 103. cum seq. Alex. d. l. i. nu. 33. ibique Ias. nu. 28. 59. Ibique Politus. num. 177. 184. & Zasuis. num. 19. & tradit Deci. cons. 227. 238. Et denique Alciatus de ver. sig. lib. 3. car. 71. vbi hoc extendit etiam in substitutione fideicōmissaria, prout etiam extendit Dec. d. consi. 227. 238. & Curtius Seni. consi. 51. & Cur. Iuni. cons. 83. & hāc cōclusionem quòd substitutio verificetur etiam non natis filiis latè firmat Barba. in. c. Raynutius, de testam. Et Summus Practicus Albe. de Rosa. in. d. l. i. ff. de vulg. & pupi. dicens quòd habuit istam. q. de facto, & vidit hanc opinionem seruari. Et pro ornamento huius conclusionis libet cōmemorare quòd priscis temporibus cum Romæ casus iste euenisset, hanc opinionem contra Scæuolam Crassus in clarißima. M. Curii causa apud centumuiros summo concursu hominum incredibili expectatione defendit, cum Scæuola ex scripto testamentorum iura defenderet, negaretq; nisi posthumus & natus, & antequā in suam tutelam veniret mortuus esset, hæredem eum esse non posse, qui esset secundùm posthumum & natum & mortuum hæres institutus, Crassus autem defenderet hac eum mente fuisse, qui testamentum fecisset, quoquo modo filius non esset, qui in sua tutelam veniret, siue nō natus, siue ante mortuus, Curius hæres vt esset, & Crassus quidem obtinuit, refert Cicero de Oratore lib. i. & in Bruto, & expreßius in oratione pro Cæcina: & Quintilianus lib. 7. c. de statu ex scripto & voluntate: Et hæc cōclusio procedit etiam quòd adsit dictio, tunc, quoniā ea nō obstante, substitutio tamen extenditur tex. est in §. quid si tantum, iuncto princip. illius. l. gallus. ff. de lib. & posthu. per quem tex. ita dicit Gozad. consi. 64. in fi. Alciatus de verb. signi. lib. 3. car. 68. Pari. cons. 66. nu. 44. lib. 3. vbi hoc firmat etiam si adsit dictio, Tunc & eo casu; & nouißimis temporibus, ita fuit decisum in Rota Romana, prout apparet ex decisioni. collectis per Casiodorū, in rub. de testam. i. decisione: stat itaque conclusio indubia quòd ex substitutione vulgari D. Simon & Frater fuit admissus ad hæreditatem D. Francisci testatoris.

Qua conclusione firmata sequitur etiam alia cōclusio quòd vigore ipsius testamenti inductum fuerit fideicōmissum inter descendentes. D. Simonis in infinitum ex clara & manifesta voluntate testatoris, Nam licet quantum ad verba videatur quòd descendentes. D. Simonis sint vocati in casu, quo non extaret. D. Simon, Nihilominus dicendum est, eos fuisse vocatos per fideicommissum etiam in casu, quo D. Simon ex

taret,& consequenter ipse D.Simon admissus,intelligitur grauatus postea restituere ipsis descendentibus;& sic deinceps gradatim vsque in infinitum intelligitur inductũ fuisse fideicõmissum inter descendentes masculos ipsius D.Simonis. Et in primis demonstratur hac cõsideratione.Nam clarum est quòd substitutio facta de D.Simone, & eius liberis,si ipse tunc nõ esset;intelligitur substitutio alternatiua facta, scilicet de D.Simone,vel eius liberis,ita in terminis præsupponit Abb.cõsi.lx.lib.i.sed substitutio alternatiua intelligitur facta ordine successiuo,declarat Pau.de Cas.l.gallus.§.quidam rectè col.iii.ff.de lib.& posthum.

Ordo autem successionis,prout declarat Pau.de Cast.ibidem,intelligitur duplici modo,primo,quòd liberi & descendentes admittantur in defectum patris, & sic ex substitutione vulgari; secundo quòd etiam patre extante & admisso, ipse tamen censeatur postea grauatus restituere liberis & descendentibus per fideicõmissum ex quadam substitutione fideicommissaria inter eum, & descendentes; In hac autem substitutione alternatiua ordo ille successiuus intelligitur etiam hoc secundo modo vt scilicet pater extans & admissus, tamen teneatur restituere hæreditatem liberis per fideicommissum ita egregie tradit Dec. consi.95.numer.3.4.quem refert & sequitur Crauet.consi.147. numer.9.Dec.enim in.d.consi. clarè firmat hanc conclusionem quòd substitutio facta alternatiue de Ticio & eius filiis,intelligitur ordine successiuo per fideicommissum vt scilicet post mortem Ticii admissi,eius filii intelligantur vocati per fideicommissum, rationibus & authoritaribus,de quibus ibi per eum,quas non transcribo;

Et ista conclusio quòd iste ordo successiuus intelligatur per fideicõmissum comprobatur in specie proposita , Nam quando testator habuit respectum ad agnationẽ & familiam,de plano procedit quòd ordo successiuus intelligatur etiam per fideicõmissum fideicommissa enim inducuntur tacita voluntate.l.cum proponeretur.ff.de leg.2.& hoc est quòd iura dicunt in fideicõmissis seruari voluntatem potius quã verba.l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad trebel.& ideo etiam per verba enuntiatiua inducũtur.l.fideicommissa §.hæc verba.ff.de leg.iii.l.Pamphilo,in princip.ff.de leg.iii.l.Codicillis §.matre.ff.de leg.2.l.iii §.Hæc verba.ff.de leg.iii.vbi bonus tex.In specie proposita,ibi.n.illa verba,vt possint ad filios tuos peruenire,inducunt fideicõmissum; & ita fideicõmissum inducere debent in specie proposita illa verba testatoris in fine posita,scilicet,ut hæreditas dicti testatoris conseruetur in domo illorum de Portis; & latius inferius demonstrabitur:sed redeundo ad propositum,testator vocando familiã, seu agnatos,vel liberos videtur esse huius uoluntatis ut bona remaneãt in familia;no. in.l.cum ita.§.in fideicommisso.ff.de leg.2.& plura tradit Ancar.cõsi.27.& not.in.l. si cognatis.ff.de reb.dub.Ergo si uult quòd bona remaneant in familia,uidetur induxisse fideicõmissum gradatim inter illos de familia,agnatos,& liberos.l.peto.§.Fratrẽ ff.de leg.ii.In fideicõmisis.n.qui uult consequens,uult necessarium antecedens.l.denique.§.interdum.ff.de libe.lega.Dec.conf.23.non enim necessario bona possent cõseruari in familia , si nõ essent fideicommisso obnoxia,merito censetur inductum fideicõmissum,& ita arguit Dec.conf.38.Et in terminis quòd quãdo testator respexit ad familiã ordo successiuus intelligatur per fideicõmissum declarat Soci.l.gallus.§. quidam rectè nu.8.uersi.quartus casus.ff.de lib.& posthu.Constat autem apertissime hunc testatorem habuisse respectum ad familiam & agnationem, quia semper in institutione & substitutionibus uocauit masculos,ita tradit Riz.Mal.relatus per Ioã. Andre.in addit. Specul.in Rub.de testam.refert & sequitur post alios Alexandrin.l. gallus §.etiam,col.ii.ibique Soci.nu.6.& in cons.51.lib.4.Et quia in fine expresè declarauit seipsum dicens, ut hæreditas sua conseruetur in familia illorum de Portis; illud

illud enim verbum, domo, capitur pro familia & agnatione Ancar.con.27.152. Cor. consi.216.lib.2. Barba.consi.18.lib.2. Et ex hoc fortificantur prædicta, Nam ista gemi natio multum operatur arg.l.balista.ff.ad Trebe. Et hinc est quòd licet ex sola prohi bitione alienationis extra familiam, forte non Inducatur fideicommissum nisi in casu alienationis, attamen si vltra prohibitionem alienationis extra familiam addatur ratio, vt in familia remaneat, Tunc absolutè fideicõmissum Inducitur, ita Soci.l.qui Romæ §. cohæredes num.16.ff.de iur.obli.& in.l.si cognatis, num.17.ff.de reb. dub.

Nec dicatur in proposito quòd ista ratio familiæ & cognationis habita tãtum fuit in casu suo, & sic non debet extendi extra suum casum; Respondetur enim quòd imo ratio familiæ, & agnationis habita per testatorem operatur quòd substitutio extẽda tur de casu ad casum, etiam si est casus penitus contrarius casui expresso, patet ex casu Decii dicto consi.227.col.3.vers.& stante, ibi, & ideo cum appareat; & in dicto cõs. 270.col.fin.& alibi sæpe, & tradit Cur.Iun.consi.121.col.5.num.15.16. Vbi per hanc rationem firmat quòd substitutio in casu filiorum non existentium verificatur etiam in casu filiorum existentium, & postea decedentium: stat igitur conclusio quòd filii D. Simonis mortuo D. Simone vocati censentur per fideicõmissum.

Qua stante sequitur alia cõclusio quòd ipsi filii D. Simonis censentur postea grauati restituere eorum filiis, & sic successiue inter ipsos descendentes fuit fideicõmissum inductum. Nam si testator censetur grauasse per fideicõmissum proprios filios nascituros, & D.Simonẽ magis dilectos, multo magis censetur voluisse grauare filios D. Simonis, & sic deinceps in infinitum.arg.l.publius.ff.de cõdi.& demõ: & hoc argu.vtitur Ancar.consi.152.Roma.cõsi.56.Bar.authen.ex causa nu.7.C.de lib. præter.

Et quamquàm Decius dicto consil.95.nu.5.in 2.dubio, teneat quòd licet ex substitutione alternatiua ordine successiuo, intelligantur filii mortua matre vocati per fideicõmissum attamen filii ipsi non censentur grauati restituere eorum filiis: Respõ detur, primo quòd ista conclusio Decii nõ est valde tuta, quia videtur dicendũ quòd imo appellatione filiorum veniant etiam nepotes licet agatur de onere fideicommissi, prout firmat Alciatus.l.liberorum.ff.de ver.sign. Vbi ait sibi videri Decium impru denter hac in re labi: & plura adduci possent si opus esset: Sed dato quòd illa cõclusio Decii vera esset, Respondetur quòd non obstat in casu nostro, nam hic facta est mentio de liberis & descendentibus, quorum appellatione constat de plano compre hendi omnes in infinitũ l.liberorũ.ff.de verb.signi.& in authent.de hære.quæ. Ab in test.in prin.& ita in specie hãc respõsionẽ, & declarationẽ tradit Alexãdrin. cõs.144.

Et ista conclusio quòd sint vocati omnes descendentes in infinitum comprobari posset quia ipsi liberi, & descendentes reperiuntur positi esse in conditione, dum testator dixit, quòd si non extarent aliqui masculi liberi de descendentibus prædictorum Bart.& Simonis, tunc &c. Ergo censentur etiam vocati dispositiue per fideicõmissum prout inferius super testamento, & fideicommisso. D. Petri Verlatti plene demonstrabitur.

Et est ponderandum quòd quandocumque ipsi liberi de descendentibus sunt po siti in conditione, illa enim verba conditionis, si non extarent aliqui, &c. intelligũtur, quandocumque non extarent: ita in specie tradit Calcan.consi.103.cui subscripserũt Franciscus Capolistæ, & Rosellus: Vbi volunt quòd illa verba, non extantibus D. Ioanna.nec aliqua ex dictis eius filiabus, debent intelligi, quandocumque non extite rint, & sic, quandocumque decesserint, vt sic comprehendãt nedum vulgarem substitutionem; Sed etiam fideicommissariam, & consequenter quòd vltima ex prædictis filiabus decedens sit per fideicõmissum grauata.

Pro quo facit decisio Alexan.consil.101.lib.7.vbi vult quòd quædam substitutio

facta de quibusdam mulieribus, & earum liberis, si nullus masculus ex filiis cuiusdã Ioannis superesset, dicitur continere etiam fidecõmissum vt scilicet masculi, qui fuerunt iam admisi, vel eorum vltimus decedens dicatur per fideicõmissum grauatus restituere dictis mulieribus, & sic quòd illa verba, si nullus masculus superesset, intelligebãtur indeterminatè, & quandocũque Idem, Corne.cons.226.col.3.libr.4. pro quibus faciunt not. per Soci.l.solemu:, in fi.ff.de condi.& demon.

Et cum prædictis concordat etiam Roma.dicto cons.56. Ex quibus remanet firma conclusio quòd filii D. Simonis intelliguntur fuisse grauati restituere per fideicõmissum eorum filiis, & sic deinceps gradatim in infinitum inter descendentes masculos D. Simonis esse inductum fideicõmissum.

Et quamquam Decius dicto consi.95.col penul.versic.3.principaliter, videatur tenere quòd posito quòd in illo casu mater censeatur grauata restituere per fideicommissum filiis, attamen in substitutione non comprehenduntur nepotes non nati, nec concepti tempore mortis testatoris, & sic eo casu appellatio filiorum nõ comprehendit nepotes, Respondetur primo quòd illa conclusi Decii non est sine difficultate, quia videtur sufficere natiuitatem tempore cedentis fideicõmissi, vt per Soci.l.si cognatis, num.30.ff.de reb.dub.& tradit idem Deci.in Rubrica nu.3.C.de success.ædi. & in cons.38.col.4. Roynus cons.68.num.9.6.5. Alexandrinus consil.8.28.

Sed dato quòd illa conclusio vera esset, respondetur quòd non obstat in casu nostro, quia hic facta est mentio de descendentibus, quorum appellatione veniunt etiã concepti post mortem eius, de cuius successione agitur, tradit Bar.l.item prætor.ff. de suis & legiti. Decius cons.364: Quare constat in re proposita ex clara mente & voluntate testatoris omnino fuisse inductum fideicõmissum inter descendentes D. Simonis in infinitum. Et pro maiori dilucidatione huius cõclusionis adducitur Decisio Cumani, cons.103.vol.non impresso, vbi deciditur casus in terminis; Nam ibi testator digressus ad plures gradus substitutionum, in fine subiunxit clausulam, ad hoc vt in illos de domo semper deueniat, &c. prout subiunxit hic testator; Et Cuma.primo arguit non censeri inductum aliquod fideicõmissum, Sed tantum censeri substitutionem vulgarem, propter conditionem illam appositam, si descendentes non subessent tempore mortis Ioannis; eamque substitutionem expirasse adita hæreditate.l. post aditam.C.de impube. At his non obstantibus contrariũ decidit Cumanus, ponderando inter alia illam clausulam, ad hoc vt in illos de domo &c. Et dicit hæc verba formalia: videlicet, in fideicõmissis autem & si verba non omnino sufficiant, coniectura voluntatis admittitur & quæcumque eius indicia.l.cum proponeretur.ff.de leg.2.l.vnum ex familia.§.fi.ff.de leg.2.l.fideicõmissa.§. Hæc verba.ff.de leg.3.l. Pamphilo in prin.eo titulo.l.cũ virum, & ibi not.C.de fideicõm. Nam, & generaliter in testamentis voluntas est illa, quæ dominatur.l.cum quæstio, in fi.C de lega.ff. de condi.& demon.l.in conditionibus.l.pater, in prin.&.§.Conditionum; benigniorque fit interpretatio, pe regu.Iur.l.in testamentis, Nam nec omnes testantes sciunt omnino proprie loqui.l.quoties.C.fami.hær. Cũque testator accuratè gradatim, & expresè vocarit primo descedentes suos masculos Io.& descendentes eius, postremo Matheũ & eius descendentes, & in fine addiderit, ad hoc vt semper in illos de domo sua &c. Satis comprehendi potest eum voluisse omnem casum complecti, & in hanc partem quæ æquitati, voluntatique testantis consentanea est, conclusiue inclinandum est. Hæc ibi Cumanus: ex qua decisione luce clarius constat Decisio casus nostri.

Et profectò ista cõclusio est benignior, & æquior, & amplectenda in fauorem agnationis, & familiã, cui bona sunt quasi debita, & Reipublicæ expedit bona agnatis deferri, vt ordinum dignitas familiarũq; salua sit.l.in versic.publice.ff.de ven.inspi quæ quidem

quidem dignitas etiam ex diuitiis conſeruatur: & propter inopiam perit.l.i.ff.de cu ſto.reo.& in authent.de defens.ciuit.& in authent.vt om.obed.iud.in prin.&.l.ſi cre di.ff.de priui.cred.& Auguſti.lib.de ciuitate Dei dicebat per diuitias conſeruari de cus & honorem in familia,& plura congerit Barba.Rubrica de ſucceſs. Ab inteſtato At ex opinione cõtraria ſequeretur facile,quòd domus & antiquæ poſſeſsiones pro genitorum teſtatorum transferantur in extraneas familias,& maiorum imagines, & inſignia euellantur,quod lex reputat ſatis lugubre.l.lex quæ.C.de admi.tut.& Iccir-co præſumendum eſt teſtatorem voluiſſe omni caſu fideicõmiſſum inducere pro cõ ſeruatione familiæ, teſtator enim cenſetur ſe velle conformare cum diſpoſitione fa-uente agnationi & familiæ,Bar. & Docto.l.hæredes §.cum ita.ff.ad Trebe.& propte rea fideicõmiſſum vno caſu extenditur ad alium,tamquam in materia fauorabili, vt arguit Deci dicto conſi.227.& alibi ſæpe. Et quòd in fideicõmiſsis reſpicientibus ad familiam & agnationem fiat lata & fauorabilis interpretatio dicit Gozadi.conſil. 89.num.12.Cur.Iun.conſ.22.num.15.Ancar.conſil.27. Quinimo indiſtincte videtur quòd fideicõmiſſa ſint fauorabilia Inſtit.de fideicõm.hæred.verſi. tantusque eorum fauor factus eſt;&.l.cogi.in prin.ff.ad Treb.l.ex facto §.ſiquis autem.eod.titulo Soc. l.quis duos §.cum in bello,in fin.ff.de reb.dub. Alex.conſ.29.lib.2.& Iaſ.conſi. 203. col.4.verſic.non obſtat.2.libro.2. Et cum in ſubſtitutionibus fiat extenſio de caſu ad caſum,in quo veriſimiliter teſtator idem diſpoſuiſſet.glo.& ibi Iaſ.num.3 l.tale.§. fi. ff.de pact; Profectò ſi aliqua Dei immortalis diſpenſatione prudentiſsimus & ſapiẽ tiſsimus hic teſtator à mortuis excitatus ſtatueretur ante oculos,breuique lucis vſu-ra ad iudiciũ iſtud demitteretur,vt poſſet interrogari, Nũquid iſto caſu fideicõmiſ-sũ Inducere voluerit,quid reſpõſurum credimus? Nempe ſe familiã,agnationemq; ſuam ardentiſsimè dilexiſſe,Iccirco omni caſu fideicommiſsũ Inducere voluiſſe,hoc inquam ſenſiſſe,neque enim Sapientiſsimum atqne conſultiſsimum.D.Iudicem ſcri pti ſui recitatorem,ſed voluntatis interpretẽ fore putaſſe: Et Nihilominus ne tenuiſ ſima quidem dubitatio poſſet eſſe, ſe accuratè & gradatim ad plures propeque infi-nitos gradus ſubſtitutionũ digreſſum,in fine ſubiunxiſſe,illam clauſulam, ad hoc vt hæreditas ſua conſeruetur in domo illorum,de Portis &c.Ex quibus luce clarius, & illuſtrius conſtat voluiſſe caſum omnem complecti: Et ex his tandem remanet con-cluſio firma atque inconcuſſa,ex teſtam. D. Franciſci Senioris inductum fideicõmiſ ſum duraturum in infinitum inter deſcendentes maſculos D. Simonis: Et ita in ſpe cie olim etiam pro hac eadem concluſione conſultum fuit per præclarũ Doctorem. D. Petrum de Soncino,cuius eleganti conſilio ſubſcripſerunt D.Alexander del Ne uo,& Roſellus:Et Hoc idem clara voce profitetur D.Ioannes Franc.de Porto,in ſuo teſtamento. 1470.6.Auguſt.verſ.Cæterum quia ipſe teſtator:& apparet etiam ex pa cto illo diuiſorio ſeptem fratrum,& ex aliis etiam, cõſultò tamquam ſuperfluis in re adeo clara ommitendis. Firmata itaque hac concluſione quòd inductum fuerit & ſit fideicõmiſſum:conſtat.q.Clariſsi.D. Leonardum tamquã proximiorem præla tum fuiſſe & eſſe cæteris remotioribus: Nã ſiue dicamus in fideicõmiſsis attendi pro ximitatem reſpectu perſonæ teſtantis,ſiue reſpectu perſonæ grauatæ, quod vltimum eſt verũ,prout infra ſuper teſtamento,& fideicõmiſſo D.Simonis declarabitur: Vtro bique D. Leonardus prædictus eſt præferendus: Nam licet eſſet difficultas Nũquid in fideicõmiſsis filius ſuccedat in locũ patris,quando tractatur de ſuccedendo aſcen denti vel patruo,in qua difficultate etiam teneri poſſet pars negatiua, vt tradit Ale-xandrinus conſ.36.38.cui ſubſcripſerunt Iaſ. Roy.& Crot.vt ibi habetur conſ.37.39. 40. Quam partem quoque defendit Cur.Iun.conſil.22.num.9. & ſecundum quam etiam conſuluit Decius conſ.480.num.9.quicquid alibi diſtinguat: Attamen in ca-

su nostro, vbi non tractatur de succedendo ascendenti, vel patruo res clara est, quòd filiusnon intrat locũ, patrisvt per Decium.l.ii.nu.6.C.de success.ædi.& in cons.217. Accedit postremò quòd ex forma statutorum sub Rubrica de testa.c.fin.in successionibus ab intestato, attenditur gradus prærogatiua, secundum quæ statuta testator præsumitur se velle conformare, iuxta not.per Bar.& docto.l.hæredes mei.§.cũ ita ff.ad Trebe.

IN EPITOME Q. XVI. XXXV.

IN alia quæstione proposita super fideicõmisso ex testamento q.D. Simonis Senioris prima facie dicendum videbatur quod.clariss.D.Leonardus solus non sit præferendus; Nam est aduertendum quòd hic non agitur de successione Francisci mariæ granati. Sed agitur de successione. D. Simonis testatoris. quia notissimum est in fideicommissis succedi testatori.l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de vulg.& pupi.sub.& ibi not.Pau.Imo.& Iason, vnde solum restat videre qualiter hic succederetur ipsi testatori: Testator enim regulauit fideicõmissum secundum naturam succedendi ab intestato. Vnde cessat in proposito illa maxima difficultas. Numquid in fideicõmisso filius intrat locum patris: & dato quòd in ea essemus, tamen illa opinio quòd intret sustineri posset vt per Deci.cons.217.vbi tenet quòd pronepos intrat locum patris, Et per prædicta in terminis aliàs consuluit Decius in consil.79.quod nepos intrabat locũ patris. Sed certe authoritate Decii semper salua, arbitror ipsum in hoc a recto iuris tramite deuiasse, & ostenditur. præmitto quòd inspectis verbis substitutionis nullibi apparet testatorem substituisse eo modo quo ab intestato successuri essent.s. ipsi testatori. Sed potius apparet testatorem substituisse eo modo quo ab intestato successuri essent, s.ipsi grauato. Attamen dato qui hoc sit dubium.scilicet numquid testator substituerit eo modo quo ab intestato successuri essent ipsi testatori, vel ipsi grauato; Dico intelligendum esse testatorem substituisse eo modo, quo ab intestato successuri essent scilicet ipsi grauato Nam ex forma substitutionis constat testatorem substituisse ordine successiuo. Alexa.Soci.& Ias.l.gallus.§.quidam recte.ff.de libr.& post Soci.cõs.51.li.4.& cõs.12.li.3.Sed in substitutione fideicõmissaria ordine successiuo per viam fideicõmissi si quæritur. An attendatur proximitas respectu testatoris, vel grauati conclusio est quod admittitur proximior illi, qui habet fideicõmissum restituere. & non proximior primo testatori; Hæc est solennis conclusio Socini.l.si cognatis col.fin.ff.de reb.dub. Quam probat iuribus rationibus, & authoritatibus, & secundum quam sæpissime consuluit & inter alia cõsilia con.86.lib.3.ibi enim in substitutione fideicõmissaria de qua quærebatur in casu illo concludit quòd admitti debent proximiores scilicet ipsi grauato cui iã bona subiecta per fideicõmissũ sunt quæsita.& de cuius manu sunt accipienda vt latè ibi, quia non trascribo: & notandum est quòd sicut aliæ rationes Socini ibi, hic optime adeptãtur. Sic etiã illa sua ratio in illo casu cõsiderata scilicet quod ex quo testator prohibuit bona alienari.& voluit quòd semper per masculos possiderentur apparet testatorem voluisse, quod admitteretur de familia illi, qui diu etiam post mortem suam essent concepti, & nati & sic cum possent succedere qui non concepti essent tempore eius mortis. Non possumus dicere quod fuerit considerata prioritas gradus in succedendi testatori. Sed quod fuerint habitus respectus prioritatis successionis respectu personarum grauatarũ & sic quod fideicõmissum transeat de persona in personam. Sicut transiret hæreditas ab intestato, vt latius per eũ. Quæ ratio corroboratur in simili.ex not.per Decii cons.95. dum dicit. quod ex quo nepotes concepti, & nati post mortem testatoris ex propria perso

na

na non vocantur à iure. Consonat quod etiam ita dispositio testatoris, interpretetur Illa inquam ratio Socini optime ad aptatur in casu nostro in quo similiter apparet te statorem voluisse quod admitterentur etiam illi, qui diu post mortem suã essent con cepti, & nati pro vt colligitur ex not. per Soci. d. l. si cognatis, & expresius cõs. 51. li. 4 & cons. 10. lib. 3. & sic cum posint succedere qui non concepti esent tempore mortis testatoris, Nõ possumus dicere quod fuerit habitus respectus ad eum modũ. quo essent succesuri ab intestato ipsi testatori. Sed eo modo quo ab intestato successuri essent ipsi grauato. & sic quòd fideicõmissum transeat de persona in personam. Sicut transiret hæreditas ab intestato, Similiter illa ratio Socini ibi, Quam asserit fortissimam scilicet ex quo admittitur ad fideicõmissum ille, qui est potior in gradu respectu succesionis, & sic fideicõmissum regulatur secũdũ naturam succedendi ab intestato vt ad quem transiret hæreditas trãsiret fideicõmissum. Sed hæreditas transit de personam in personam proximiorem defuncti. Ergo ita, & in fideicõmisso transire debet, vt latius per eum: & etiam in consil. 73. lib. 4. vbi affirmat hanc rationem clarissimam. Illa inquam ratio Socini optime adaptatur hic quia expresse testator regulauit fideicõmissum. Sed hæreditas trãsit de persona in personam proximiorem defunctæ personæ ergo ita, & fideicommissum transire debet, Stante igitur prædicta conclusione Socini quod in fideicõmisso attendatur proximior respectu grauati nõ respectu testatoris. Sequitur hic conclusio manifesta intelligendum esse testatorem substituisse eo modo quo ab intestato successuri essent scilicet ipsi grauato nõ autem testatori, Et tenendo hanc conclusionem, Nil obstat fundamentum Decii, dum pro fundamento præmittit quod in tali fideicommisso tractatur de succesione primi testatoris, vt est tex. vulgatus. d. l. cohæredi §. eum filiæ. ff. de vulg. & pupillari. & sic secũdum ea quæ proponuntur agitur de succesione D. Simonis vt latius per eum Nam respondendo non negatur quin in tali fideicommisso tractetur de succesione primi testatoris per d. §. cum filiæ, qui ad hoc communiter allegatur. Non negatur inquam quin in tali fideicõmisso tractetur de succesione primi testatoris sed bene dicitur quòd substitutio intelligitur facta eo modo quo ab intestato successuri essent scilicet ipsi grauato non testatori stante dicta conclusione Socini, stant enim simul hæc duo scilicet quod in fideicõmisso succedatur testatori, & ab ipso bona fideicommissaria haberi intelligantur & tamen ipsa de manu grauati capiant illi qui ab intestato successuri essent ipsi grauato, testatore sic disponente. Tex est. l. unum ex familia §. si de falcidia. ff. de leg. 2. vbi habetur quod licet ille electus capiat fideicommissum de manu eligentis testatore sic disponente tamen succedere testatori intelligitur & ab ipso bona fideicõmissaria habere, & iurisconsultus reddit rationem, non enim (inquit) facultas necessariæ electionis propriæ liberalitatis beneficium est, quid est enim quod de suo videtur reliquisse? qui quod reliquit omnino reddere debet, Sic in proposito nostro licet substituti scilicet illi qui ab intestato successuri essent ipsi grauato capiant fideicõmisũ de manu grauati, testatore sic disponente, tamen succedere testatori intelliguntur. Non obstat igitur fundamentum Decii. Nam ego etiam fateor quòd in tali fideicõmisso succedatur primo testatori & hoc idem fateretur Socinus. Qui conclusit attendi personam grauati non testatoris, optime enim sciebat ipse quod in fideicõmisso succeditur testatori d. §. cum filiæ, patet eius cons. 86. lib. 3. vbi cõsulendo in terminis. d. l. vnũ ex familia §. si de falcidia. ff. de lega. 2. dicit illi qui eligitur deberi fideicõmissum ex primo testamento per dict. §. si de falcidia & tamen ibi concludit attendi personam grauati non testatoris. Concludendo igitur apparet Decium malo fundamento motum esse ad consulendum nepotes simul cum patruis admittendos esse, Nam dato quòd dubiũ esset ex verbis substitutionis Num

quòd substitutio intelligatur facta eo modo quo ab intestato successuri essent ipsi grauato vel testatori. Certe dicendum est intelligi factam eo modo quo ab intestato successuri essent ipsi grauato, & sic nepotes simul cum patruis admittendos non esse, Et ex hoc infertur Decium similiter in consi.pri.eodem malo fundamento motum esse. dum dicit quòd per fideicōmissum succeditur testatori dicto §.cum filiæ, ergo attenditur persona testatoris non grauati, vt per eum, qui redarguit consultorem tanquam male, & innaduertenter præsupponentem attendi personam grauati non testatoris. Nam Decius ipse merito esset redarguendus tāquam malè & inaduertenter præsupponens attendi personam testatoris non grauati, stante prædicta conclusione Socini, Nec obstat respōsio Decii ad.l.fin.C.de verb.sig.allegatam per illū consultorē quia imo lex illa præcisè intelligitur de persona grauati nō testatoris ita intelligit Pau.de Cast.Andr.de Yser.& Soci.d.l.si cognatis,& vbique referens Pau.de Cast.& Yserni.

Sed quia possent aliqui volentes saluare Decium in dicto. consil. 79. & dicto consil.primo, instando quòd conclusio Socini est falsa allegare eundem Decium reclamantem huic conclusioni Socini, nam Decius videtur consuluisse contra Socinum, vt patet eiusdem consil.546..& idem videtur consuluisse Iason. consi.215.lib. 1.ideo ostendendum est conclusionem Socini subsistere eamque omnino sequendam esse. Iasonemque, & Decium nonnunquam in eorum consiliis à recto iuris tramite deuiasse, non mea quidem sed Doctissimorum virorum sententia. Nam vltra doctores relatos per Soci.d.l.si cognatis & in consiliis vbique qui summæ sunt authoritatis. Vt est Pau.de Cast.qui fuit realis scientiæ doctor,& in cōsulendo extremam Mineruæ arcem conscendisse visus est Barbatiæ in consi.10. libr.4.& vt est Alexander, cuius authoritas his temporibus adeo in excelso,& illustri loco sita est, vt ab eius responsis in quibus contradictorem non habet. nephas quodam modo videatur recedere pro vt atestatur Decius ipse cōs.62.& vt sunt doctores Perusini quorum authoritatem in consulendo summè extollit. Barb.consi.43.lib.3.& denique vt est Socinus quem acutissimi ingenii virum appellat Fely.c.sedes de Rescri, exemplo imperatoris appellantis Papinianum iurisconsultum acutissimi ingenii virum.l.cum acutissimi.C.fidei. & quem doctorem celebratissimum nominat Decius ipse in Rubr. de proba.& alibi maximū iureconsultum in consi.38. Vltra inquam tot & tantos viros conclusionem Socini approbare videtur Roynus.in.l.gallus §.quidam recte.ff. de lib.& posthu.vbi simpliciter se remittit ad Soci.d.l.si cognatis. Referens se super hoc consuluisse decies.& vltra: Eandem conclusionem amplecti videtur; famosissimus doctor D. Marianus Socinus Iunior cū annis proximè elapsis Paduæ.§.cū ita ff.Ad.Treb.publicè legeret pro vt fuit recollectum per quendam doctissimum Scolarem. Adducit enim pro ista conclusione quatuor Rationes. & ad fundamentum per d.§..cum filiæ. Respondet.& in fi. Subiicit, Tenementi istam Doctrinam. quia Sæpe euenit in facto. Sed quid amplius externos produco. cum domi habeam authorem prestantissimum? Hanc inquam conclusionem Socini Magnificus Eques. & celeberrimus, Iurisconsultus D.Ferdinandus Thienensis confirmat & sequitur in suo famoso cōsilio super fideicōmisso Magnifici equitis & doctoris D. Leonardi de Thienis,& quia loquitur per verba elegantissima, & in proposito necessaria, transcribo formaliter scilicet.

Et generaliter quod in fideicōmissis.quibus plures nomine collectiuo, vt liberorum, vel familiæ sunt vocati quod succedant proximiores vltimi defuncti grauati pro vt inter se ab intestato successissent solenniter iuribus rationibus, & authoritatibus firmat Soci.in.l.si cognatis.ff.de reb.dub.in prim. & vlt. co.vbi refert. Alexand. Cor.Bal.de Bartol.Ioa.Baptistam de S.Seuerino,& alios ita consuluisse, & identidē

ita

ita iudicatum,& plenius idem concludit conſ.249.12.col.cum ſex.ſequent.libr.2. & idem traddit latiſsimè conſil.86.pen.& ultima col.lib.tert.& conſi.51.6.col.lib.4. & eandem ſententiam tenet Corn.conſ.230.6.col.& ſequent lib.3.& cōſ.146.6.col.lib. 2.& alibi idem copioſe, & eleganter Stephanus Beltrandus Gallicus conſi.300.3.par te, & Curt. Iunior conſil.124.2.col.& final.2 parte. Idem tenet expræſſe præclariſsimus doctor.d.Io.Antonius Rubeus Alexandrinus conſil.82.& denique hanc ſententiam egregie tradit. Illuſtris Alciatus.l.pronuntiatio.§.familiæ verſic.agnatorum. ff.de verbo.ſignifi.vbi. Subdit hoc receptius eſſe: hunc inquā Altiatum omni laude dignum libenter ſequor, quoniam poſt tot ſecula Solus iuris ciuilis dignitatem ſuo candori reſtituit. Ingenii enim eius bonitatem eximiam, & verborum, & ſententiarum grauitatem, & ſplendorem Necnon plurimarum rerum peritiam ſingularem nequeo quin laudem; Et quanquam quidam doctiſsimi viri, vt Iaſon conſi. 21. lib.i.& Deci.conſil.546 circa fin. huic ſententiæ reclament tamen prædicta concluſio eſt frequentiori calculo approbata;& vſu etiam recepta, & ſi bene perſpiciantur rationes Iaſonis,& Decii ſunt ſatis leues quamuis enim in fideicommiſſo, vt inquit Decius ſuccedatur teſtatori, & in teſtamentis verba ad teſtatorem referantur vt dicit Bartol.l.cum teſtamento.ff.de au.& ar.lega.& quamuis, vt inquit Iaſon teſtator vocando agnatos intelligatur de agnatis teſtatoris, per Bart.dicta.l.ſi cognatis vel familiam, intelligatur de familia teſtatoris Bart.l.peto §.fratre.ff.libro 2. tamen quia voluntas teſtatoris refertur ad mentem iuris, & cum diſpoſitione iuris conformari cenſetur, vt inquit Bald.l.precibus.C.de impuber.& Anchar.conſil. 27.Non ſeruato ibi nam & teſtator.& Alexan.conſil.51.2.colonn.& in 3.verſic. confirmatur libro. 4.& Decius conſil.416.pen.eo.& cum diſpoſitione ſtatutorum Bart.& Docto.dicto §. cum ita,niſi verba refragarentur, vt ibi egregie per Alexand. col. 6. Colligitur vna maxima in iure quod infideicommiſſo ex præſumpta mente teſtatoris ſuccedatur ſecundum ordinem ſuccedendi ab inteſtato, vt ſupra demonſtraui cum infinitis ſimilibus; quæ adduci poſſunt. Clarum eſt autem, quòd in ſucceſsione inteſtati ſuccedunt proximiores vltimo defuncto.l.ſecunda.ff.de ſuis,& legit. & prædicta etiam probo per doctri.Bald.l.quoties.C.de fideicommiſſ.in fi. Q. Vbi in fideicommiſſo facto cognatis veniunt ſecundum gradus legittimos. Ergo gradatim filii & nepotes. & cœteri debent uenire ſecundū ordinem graduū qui ab inteſtato connumerantur.l.iuriſconſultus, circa princip.ff.de gradi: & per egregiam Doctrin. Saly.dicta.l.quoties ubi tradit quod quamuis teſtator uocando familiam intelligatur de familia teſtatoris tamen ſi legat cuidam extraneo fundum cum hoc quòd non poſſit alienari extra familiā intelligitur de familia legatarii quia ſicuti in illa re prædilexerit legatarium pariter,& eius familiam & ſobolem cenſetur prædilexiſſe per not. in dicta.l.cum acutiſsimi, & præmiſſa alia urgetti ratione confirmo quia quælibet diſpoſitio debet intelligi ne contineat abſurditatem.l.in ambigua.ff.de legi. Sed ſi in fideicommiſsis ſuccederent proximiores teſtatoris ſequeretur magnum abſurdum quòd ſiquis inſtitueret filios, & eos inuicem ſubſtitueret, & mandaret bona in ſuos liberos, & deſcendentes deuenire, ut in caſu noſtro, & unus decedat cum filiis, vel nepotibus alii filii tanquam teſtatori proximiores admitterentur excluſis liberis ultimi deffuncti; quod minime eſt dicendum per text. cap. primo de nat.ſucces.feud.ubi in feudo quo deſcendētes inueſtiti ſunt uocati Donec extāt deſcendentes de linea unius ad quem feudum peruenit, Alii quamuis primo inueſtito proximiores non admittuntur.& hanc æquiparationem feudi.& fideicommiſsi facit Andre.de Yſer.Quem refert,& ſequitur Decius conſ.445.num.18. Et ex his ratio-

nes Iasonis,& Decii remanent infirmatæ,& conclusio de qua supra omni ex parte remanet comprobata; Et hoc in loco cogor fateri deprehendisse Iasonem & Decium non nunquam in eorum consiliis, a recto iuris tramite deuiare. Vtinamque Decius ex volumine suorum consiliorum quædam ademisset quia cætera summa arte ingenio Doctrina, elaborata elucescunt.

Hæc ille, ex quibus satis manifeste constat Decium in dicto consil.79.& in dicto cons.primo malo fundamento motum esse præsupponendo attendi debere personā testatoris non grauari,& per consequens a recto iuris tramite deuiasse respondendo in terminis nostris quòd nepos intrare debeat locum patris,& sic cum patruis admittatur, Nam immo respondere debuerat quòd cum attendatur persona grauati non testatoris. Nepos non intrabat locum patris pro vt ex præmissis apparet, quæ quanquam satis superq;hoc demonstrent nihilominus libet vlterius insistere,& ideo ad ostendendum quòd in terminis substitutio intelligatur facta eo modo quo ab intestato successuri essent scilicet ipsi grauato non testatori, Arguitur sic quotiescunq; profertur aliquid simpliciter,& indifinitè debet intelligi, per prius, & magis immediatum; Regula est Philosophi & iurisconsulti.l.hoc legatum, & ibi Bart.ff.de leg.3. & sic in eo quod est maior ratio admittendi propter proximitatē ergo illa verba prolata simpliciter intelligantur,per prius:& per magis immediatum.& sic habito respectu ad grauatum apud quem bona iā reperiūtur hæc enim est differentia inter substitutionem directam.& fideicōmissariam quia per directam succeditur testatori directè & immediatè per fideicōmissariam succeditur indirectè,& per obliquum Docto, l.centurio.ff.de vulg.& pupi.ergo in fideicōmissaria quia bona sunt apud grauatum admitti debet proximior ipsi grauato quia sic immediatè bona capiuntur nō autem proximior ipsi testatori quia sic mediatè magis ipsi testatori succeditur. Confirmatur per tex.l.codicillis.ff.de vsuf.lega.vbi habetur quod fideicōmissum relictū post mortem plurium quorum vnus erat substitutus alteri videtur relictum ab vltimo moriente. Nec decisionis ratio potest esse alia. Nisi quia tempore quo purificatur conditio fideicommissi bona reperiuntur esse apud eum vel hæredes eius. Vnde conuenientius reliquitur ab eo quàm à primis de quorum hæreditate recesserat fideicommissum virtute substitutionis,ergo in casu nostro quia tempore quo purificatur conditio fideicommissi bona reperiuntur penes grauatum vel hæredem eius, Conuenientius relinquitur succedentibus ab intestato ipsi grauato quam testatori a cuius hæreditate vel persona bona iam recesserunt virtute substitutionis fideicommissariæ quæ est indirecta,& obliqua. Confirmatur quia qualitas iuncta verbo seu participio intelligitur secundū tempus verbi vel participii.l.Titius & ibi Bar.ff.de mil. test. Ergo illa qualitas succedentium ab intestato relata ad tempus restitutionis quo bona reperiuntur apud grauatum intelligi debet, correlatiuè secundum personam grauati.& denique in terminis nostris quod illa verba succedentium ab intestato intelligantur de succedentibus ab intestato scilicet ipsi grauato non testatori. Adduco authoritatem Petri de Ancha.consil.377.Vbi testator decedentibus liberis testatoris sine filiis legitimis,& naturalibus substituit per hæc verba.s.Secundum dispositionem iuris succesio habeatur & fiat orta fuit quæstio inter venientes ab intestato & hæredem institutum ab vltimo decedente, venientes ab intestato prætendebant vigore illorum verborum esse vocatos quasi per fideicommissum; Petr. de Archa.consuluit cōtra uenientes ab intestato. Sed tamen sensit manifestissime quòd casu quo diceretur venientes ab intestato esse vocatos per fideicommissum succederent venientes ab intestato ipsi grauato non testatori patet dum dicit quòd si esset fideicommissum viderentur inuitati penitus extranei ipsi testatori, si grauatus haberet

ret fratres vterinos vel alios descendentes vel trāsuersales lineæ maternæ, ergo sensit. quòd per illa verba quibus vocantur venientes ab intestato, intelligantur vocari venientes ab intestato scilicet ipsi grauato, Nec obstat si dicatur quòd sicut ibi ratione huius absurdi euitandi Pet.de Ancha. interpratatur vt non sit fideicommissum ita, & in casu nostro cum hoc sit absurdum intelligatur de veniētibus ab intestato nō ipsi grauato sed testatori. Nam respondetur quod in casu nostro hoc absurdum considerari non potest quia testator expresse semper vocauit descendentes, masculos, & illos de familia, & sic dici nō potest quod grauato succedere posset frater vterinus, vel similes personæ nam semper succedent illi de familia proximiores ipsi grauato. Concluditur ergo quod sumus in expressa mente Petri de Anch. quod per illa verba quibus intelliguntur vocari venientes ab intestato; Si intelligeretur fideicōmissum. Ad illud viderentur inuitari venientes ab intestato ipsi grauato; Vnde in terminis nostris quibus sunt vocati venientes ab intestato intelligi debent inuitati venientes ab intestato ipsi grauato non testatori, ex prædicta auctoritatis Petri de Ancha. in terminis. quanta vero sit authoritas, Anchar. notissimum est quasi enim pro lege habenda est elegit enim legendo, & consulendo communes opiniones. Vnde ipsum Magnifacit; Barb. cons. quodam vbi summè extollit: & ex his vt dictum fuit remanet conclusio omni ex parte comprobata quod in casu proposito intelliguntur substituti vocati eo modo quo ab intestato successuri essent scilicet ipsi grauato, & per consequens Magnificum D. Leonardum solū præferendum esse quicquid consuluerit Decius consi. 79. qui in hoc à recto iuris tramite deuiauit pro vt ex prædictis deprehenditur, Nec mirum esse debet quandoque bonus dormitat Homerus, & quoniam ego possem facillimè temeritatis vitium incurrere. Cum vsu atque ætate ad discendum aptior sim. Ad mei excusationem adduco tex. Singularem in.l.i.c.de Vet.iur.Enu.ibi omnibus authoribus iuris æqua dignitate pollentibus, & nemini quadam prærogatiua seruanda, quia non omnes in omnia. Sed certi per certa, vel meliores, vel deteriores inueniuntur sed neque ex multitudine authorum quòd melius & æquius est iudicaturi cum possit vnius forsan, & deterioris sententia, & multos, & maiores in aliqua parte superare; & tex. aureum. c. ego solis Distinct.ix.ibi alios autem ita lego, vt quantalibet sanctitate quantaque doctrina polleant. Non ideo verum putem, quia ipsi ita senserunt, Sed quia mihi per alios authores vel canonicas, vel probabiles rationes quod à vero non abhorret persuadere potuerunt.

IN EPITOME Q. XX.

IN alia quæstione proposita super fideicōmisso ex testamento. q. Domini Petri de Verlatis est dicēdū. q. Clariss. D. Leonardū fuisse vocatum Pro cuius rei demonstratione; Præmitto quòd conditio si. D. Petra decederet sine filiis, verificatur in omnibus descendentibus, & perinde est ac si dictū esset, si. D. Petra decederet sine descendentibus, verbū enim sine filiis æquiparatur verbo, sine descendentibus, tex. est in.l.lucius.ff.de hære.Insti: quem ita declarat Veronens cons.7.col.fi.& clare tradit Soci.cons.250.col.3.4.lib.2.vbi colligitur etiam, quòd in quantū deinde testator dixit, quòd si.D.Petra, & filii masculi eius decederent, &c. illud verbum, & filii masculi, intelligitur de omnibus descendentibus: & sic perinde est ac si diceret, & descendentes masculi, &c. Quo præmisso videndum est nūquid descendentes masculi. D. Petræ positi in conditione, censeantur dispositiuè vocati per fideicōmissum, Et Breuiter dicendum est pro parte affirmatiua quòd censeantur vocati: Et quanquàm sit controuersia inter Doctores capiendo simpliciter hunc articulum Numquid positi

in conditione intelligantur vocati, & simpliciteretiam affirmari probabiliter posset quòd intelligantur uocati, secundum quam opinionem tenet late Barba.l.cum acutissimi.C.de fideicomm.& in consi.27.lib.i.& in cons.55.lib.2.& secundum quã opinionẽ consuluit nouissimè Cassane cons.14.& cons.67. Attamen dato quòd opinio cõtraria esset uerior & cõmunior, ea opinio multipliciter limitatur nõ procedere.

Et in primis præmitto quòd ex qualibet coniectura etiã leui qua appareat de mente testantis, receditur ab illa opinione, ut tradit Corn.consil.97.libro.1. quem refert & sequitur Curtius Iunior cons.87. In specie uero proposita multæ graues coniecturæ militant, ex quibus clare perspicitur de mente testantis fuisse quòd descendeutes masculi D. Petræ uocentur ad fideicõmissum. Prima si quidem coniectura est, quia testator cõstituit Ius Patronatus in ecclesia Sancti Dominici de villauerla, disponens quòd illud perueniat ad suos hæredes, quod quidem uerbum, hæredes, uidetur cõprehendere, & proculdubio comprehendit nõ tantum primos hæredes, sed ulteriores.l.in annalibus.C.de lega. Et consequenter comprehendit descendentes, cum uerbum hæredes prolatum a testatore intelligatur de descendentibus ex communi usu loquendi Bar.consil.52.Ias.l.gallus.§.etiam num.23.30. Ibique Soci. col.penul.ff.de lib.& posthu. Cum itaque testator uoluerit descendentes esse patronos, ergo eos descendentes etiam vocasse ad hæreditatem censetur, Nam communis est cõclusio Canonis.c.cum seculum, de iure patro. quòd ius patronatus sine difficultate trãsit in hæredes vniuersales, in legatarios vero non transit nisi accedente postea consensu episcopi, & ideo in dubio censendum est quòd testator voluerit ius patronatus potius transire in descendentes iure hæreditario, ergo voluit ipsos descendent esse etiam vocatos ad hæreditatem, & consequenter infertur descendentes fuisse virtualiter vocatos non autem solum positos in conditione: & ita in terminis hãc coniecturã tradit Cur. Iun.dict.cons.87.nu.6.Facit Anca.cons.27.nu.13.14. Secõda coniectura est, quia testator posuit in conditione filios, & descendentes masculos, quo casu, ipsi descendẽtes masculi censentur vocati; ita prædictam opinionem negatiuam limitat non procedere Guido Papæ.q.184.quem refert & sequitur Deci.l.1.num.16.C.de pact.vbi refert secundum hanc limitatione sæpe consuluisse: Hanc limitationem quoque sequitur ibi Curt.Iuni.referens ita fuisse iudicatum in ciuitate Brixiæ, sententiamque laudatam per Illustrissimum Senatum Venetum.& secundum hanc opinionem ipse cõsuluit cons.113.num.5.vbi refert vidisse cõsultum per multos celeberrimos doctores in facti contingentia in ciuitate Senarum occurrenti, & idem consuluit cons.81.& alibi sæpe: eandem limitationem sequitur Alexandrinus cons.120.num.3. & Ias. in cõs. 232.lib.2. Et hæc conclusio procedit etiam extante statuto excludente fæminas ab intestato, prout eam defendit Deci.consil.546.nume.primo, & consil.574. Tertia coniectura est, quia testator vocauit descendentes masculos. D. Angelæ substitutæ, ergo multo magis dicendum est testatorem voluisse vocare descendentes masculos. D. Petræ institutæ, argumento.l.publius.ff.de condi.& demon: & hanc coniecturam tradit Crauet.consil.62.nu.10. Quarta coniectura est, quia testator disposuit quòd deficientibus descendentibus masculis fæminæ excludantur & tantummodo dotari debeant, ergo ipsi descendentes masculi extantes vocati, & inclusi fuerunt, quando enim aliquis remouetur a lucro alterius contemplatione, lucrum applicatur illi, cuius contemplatione remouetur. Bar.l.2.§.videndum.ff.ad Tertullia.& hãc coniecturam latius ponit Cur.Iun.dicto cons.87.num.3.refert & sequitur Crauet. dicto cons. 62.num.9.vbi addit Corn:cons.207.lib.2. Quinta coniectura est quia testator nõ solum descendentes masculos posuit in cõditione, sed etiam ad aliud caput substitutionis digressus fuit, dum dixit, quòd si omnes dictæ suæ filiæ & filii masculi legitimi

& naturales filiarum suarum decederent sine prole masculina,&c. cum itaque testator dixerit quòd si omnes descendentes decederent,&c. ex hoc datur intelligi ipsos descendentes fuisse vocatos,& hãc coniecturam tradit Ancar.cons.74.dicens, quòd qui vult tenere illam opinionem quòd filii positi in conditione non censeantur vocati,debet eam limitare, nisi testator processerit ad secundum caput substitutionis, vt modo dixi,qui etiam subdit,quòd ista limitatio dicitur iustissima,& æqua,& contra eam nihil dici potest:& hanc limitationem in descendentibus sequitur Alex. consil. 64.lib.5. Et quanquam Soci.l.cum auus col.penul.reuocet in dubium hanc limitationem,attamen eam sequitur Curt.Iun.consil.16.num.7.& Alexandrinus consil. 28 & sequenda est stantibus aliis coniecturis. Pro qua facit,Nam substitutio facta post mortem omnium descendentium in omnibus bonis, vtique inducit recipro cum fideicommissum inter eos; Ias.l.potest num.11.ff.de vulg.& pupi.& hoc etiam procedit in specie quando substitutio est facta post mortem omnium positorum in cõditione,vt tradit Curt.Iun.cons.43.vbi intelligit quando ipsi positi in conditione potuere grauari, & ponderat ibi plura ad ostendendum quòd fuerũt vocati, vt potuerint grauari,quæ conferunt in specie proposita. Sexta coniectura est,quia testator in fine excludit feminas propter pauperes Christi, sed testator voluit quòd descendentes masculi excluderent pauperes,ergo multo magis ipsi descendentes masculi debent excludere ipsas fæminas, argu.l. de accesionibus. ff. de diuer. & temp. præscri. vbi,si vinco vincentem te,multo magis vinco te: Ex quibus omnibus coniecturis simul iunctis,(& si quælibet sufficeret) proculdubio dicendum est descendentes masculos positos in conditione, fuisse vocatos dispositiue ad fideicommissum.

Quo præsupposito infertur deinde.q.Clarissimum D.Leonardum tanquam proximiorem & in prærogatiua gradus existentem cæteris fuisse prælatũ, prout super testamento D. Francisci de Porto Senioris dictum est,& in casu præsenti manifestè patet,quia testator vocauit expresse secundum gradus prærogatiuam iuxta tex. auth. Defuncto; & ibi not.Paul.de Castr.C.ad Tertull. Decius auth.ex testamento.C.de bon.possess.vn.libe.& in consil.408.& hoc est adeo clarum vt demonstrare amplius superfluum sit.

IN EPITOME Q. XLVIII.

QVO ad detractiones prætensas per partem aduersam,reiicienda est prætensa detractio dotium (vt asseritur,)solutarũ per D. Ioannem,& D.Ludouicum eorum sororibus ex asserto legato D. Simonis, qui mandauit fæminas extantes dotari: Et pro clara demonstratione. Præmitto ex iuris dispositione regulariter bona fideicõmissa diminui,distrahi,euerti non posse.l.fin.C.com.de leg.Et quanquam ipsa iuris regula fallat in causa dotis,auth.res quæ. eodem tit. Attamen hoc non conceditur passim & indistinctè,sed sublimitatur & restringitur, Nam hoc conceditur nisi in subsidium scilicet quando nec ex legitima Trebellianica, aliisuè propriis bonis liberis dotes dari possunt,prout ibi declarant doc.maxime Saly.col.fina.& Paul. de Cast.Alex.l.mulier §.cum proponeretur.ff.de Trebe. & Roma.consil.232. Quinimò fortius,si dotes ipsæ datæ fuerint ex fructibus fideicommissi, cessat diminutio fideicõmissi.tex.est singularis dicto §.cum proponeretur;qui tex:limitat dictam authen. Res quæ.quatenus ea permittit diminutionẽ fideicõmissi ex dotis causa:prout expresse not. Alex.in dicto §.cum proponeretur.col.2.versic. Item nota limitationẽ: & Ias. dicta authent.col.fin.versic. duodecimo limita: Et in specie quòd quando neptes,& proneptes possunt dotari ex legitima Trebe.aliisuè propriis bonis earum pa

trum

trum, absque diminutione fideicōmissi cesset diminutio fideicommissi aui & proaui clare tradit Ias. dicta authent. nu. 32. versic. secundo limita: & ratio est quia tunc auus & proauus non tenetur ad dotandā neptem, & proneptem, & sic cōsequenter cessat ratio dictæ authen. quæ fundatur in obligatione dotandi, vt ibi dicit Iason: & dicunt etiam omnes alii Docto. & Soci. consil. 75. num. 7. lib. 1. Et hoc tanto magis procedit quando ipsæ neptes & proneptes dotandæ, conceptæ fuissent mortuo testatore, quo casu planum est quòd in testatore non erat necessitas dotandi, & ita expresse tradit Bal. dicta authen. in lectura antiqua in. q. 3. & Roynus in. l. filiusfamili. §. Diui, in re collect. col. 18. allegat. l. Titius. ff. de suis, & legiti. & . l. i. §. siquis proximior. ff. vnde. cogna. His itaque præsuppositis clare constat quòd cum dotes neptibus, & proneptibus ex legitima, Trebellianica aliisuè propriis bonis dotantium, vel ex fructibus fideicōmissi dari potuerint, & ita datæ fuerint, non possunt dotes ipsæ detrahi ex fideicommisso. Nec obstat dicere quòd prædicta procedunt quando testator expresse non mandauit fœminas extantes dotari, secus autem quando testator expressè mandauit fœminas extantes dotari, prout in casu nostro: Quoniam huic obiectioni respondendo euidenter demonstrabitur quòd imo prædicta procedunt etiam in casu nostro: Nam ratio, in qua fundatur dicta authent. Res quæ, permittens diminutionem fideicommissi ex dotis causa, est super præsumpta & tacita voluntate testatoris tradit Ias. in dicta authent. num. 25. versic. Sed contrarium, qui licet cogitandum relinquat, attamen vera, & cōmunis opinio Doctorum est ista: prout affirmat & sequitur ibi Curtius Iuni. num. 30. & Crottus. l. filiusfamilias. §. Diui num. 65. ff. de leg. pr. & videtur esse tex. in dicto §. cum proponeretur, ibi, & patris voto congruebat: Sed voluntas testatoris præsumpta tacita, & expressa parificatur. l. cum proponeretur. ff. de leg. 2. & not. in. l. cum quid. ff. si cert. pet. & Socin. l. cum auus. col. 53. ff. de condi. & demon. Ergo ea, quæ superius dicta sunt, militant & procedunt etiam quando testator expresse mandauit fœminas extantes dotari: & si rectè ponderetur tex. in dicto §. cum proponeretur, ille tex. parificat istos casus patet, dum dicit, ac si id &c. illa enim dictio, ac, est parificatiua, vt ibi expresse ponit Cuma. & Alex. & Corn. in specie ponderat cons. 3. num. 4. versic. & ponitur, ac pro sicut lib. 3. si itaque ille tex. parificat casum, quo id, quod superfuerit hæres rogatur restituere, necessario includitur licentia testatoris concessa hæredi alienandi & diminuendi fideicōmissum, & consequenter etiam ex causa dotis: & sic est ibi casus quòd præsumpta tacita, & expressa voluntas testantis circa diminutionem fideicōmissi ex dotis causa, æquiparatur. Et propterea superius dicta militant; & procedunt etiā in casu nostro, licet testator expresserit causam dotis: & confirmantur ista ex not. per Corn. dicto consi. 3. lib. 3. vbi inquit in specie, quòd si sufficiant fructus ex rebus testatoris perceptis, illis est ascribenda expensa dotis per dictū §. cum proponeretur, & pari ratione si sufficiant alia bona per testatorem filiæ relicta, debet de illis rebus expresse relictis filia dotari, & ponderat rationem tex. dicti. §. cum proponeretur esse fundatam in voto testatoris, & subdit non cōgruere voto testatoris quòd propter dotem diminuatur fideicōmissum quādo aliunde sine diminutione fideicōmissi dari potest dos: & dicit etiam quòd is, qui dicit propter dotem posse diminui fideicommissum debet probare bona libera non sufficere pro dote, quia hoc onus probandi ei incumbit. Confirmantur præmissa, nam voluntas testatoris præsumitur se conformare cū iuris dispositione. l. si duo. ff. de acqui, hære[illegible]. Bal. l. precibus. C. de impub. & in proposito not. in: l. hæredes mei. §. cum ita ff. ad T[illegible]ebe. ibi enim capitur præsumptio vt voluntas testatoris fuerit se conformare cum statutis fauentibus conseruationi bonorum in familia & agnatione. Ergo in casu nostro pariformiter dicendum est, quòd testator voluerit se conformare cum iuris dispositio-

diſpoſitione, vt diminutio fideicõmiſsi fieret tantũ in ſubſidium, quãdo ſcilicet aliunde dotes dari nõ potuerint, neque datæ fuerint: & in terminis ita arguit Pau. de Caſt. l. Titio §. Titio col. fina. verſic. ſi ergo tunc pater reliquit. ff. de condi. & demon. Ibi enim ſtante ſtatuto quòd feminæ nõ ſuccedant ſed dotentur, quod intelligitur, ſi maritabuntur, dicit ipſe Paul. de Caſt. quòd ſi pater relinquat pro dote, non cenſetur relinquere pro legitima, quæ non debetur, ſed tanquam extraneus præſumitur quòd velit, quòd dotem habeat quando eam habuiſſet, ſi non reliquiſſet ſcilicet cum maritabitur: profectò hoc dictum Pau. de Caſt. determinat iſtum caſum in terminis; vt ſcilicet teſtator ſe conformando cum iuris diſpoſitione, præſumatur quòd velit, quòd dotes dentur, quando datæ fuiſſent, ſi non reliquiſſet ſcilicet cum aliunde dotari nõ poſſent: & vlterius, ex abundanti tamen, fortificantur præmiſſa, ſcilicet quòd licet teſtator expreſſe mandet fæminas neptes & deinceps dotari, attamen intelligatur in effectu quòd dotentur in ſubſidium ſcilicet quando nec ex legitima patrum & aliunde dotari poſſent, ſecus ſi ex legitima patrum, & aliunde dotari potuerint: Nam iuris diſpoſitio eſt quòd ſi auus relinquat dotem nepti, vtique illa dos imputatur in legitimam quam eius pater poſſet habere in bonis patris teſtantis, intelligendo tamen quando auus relinquit contemplatione ipſius filii, non neptis, quod in dubio præſumitur præſertim ſi neptes nondum erant in rerum natura; & quando ipſe filius habeat modum dotandi: ita tradit Alexand. l. in quartam num. 28. col. penul. ff. ad l. falcidi. & in conſil. 154. col. 2. lib. 7. & in conſil. 31. col. 1. libr. 4. Et clare tradit Decius conſil. 81. num. 5. verſic. Succeſsiue ſextum dubium: & in terminis quòd dos ex fideicommiſſo auito imputetur in legitimam patris tradit Præcept. meus D. Mant. conſil. 182. num. 12 licet. num. 13. ſubdat poſſet in dubium refricaui id, de quo per eum ibi; ex quibus clariſsimè conſtat quòd quamuis teſtator expreſſe mandauerit fæminas extantes dotari, attamen intelligitur in ſubſidium ſcilicet niſi ex legitima Trebellianica aliiſue propriis bonis, vel ex fructibus fideicommiſsi dotari potuerint: iuxta ſuperius dicta & deducta. Præterea confirmantur præmiſſa, Nam aut volumus quòd mandatum teſtatoris de dotandis fæminis ſecundum modum falculeatum pro tempore reſtituendarum, referatur ad tempus reſtitutionis fiendæ per eum, qui iam dotem dederat, vel eius hæredem, & tunc eſt impoſsibile quòd vigore mandati dotes detrahantur, quia proculdubio mandatum intelligeretur de dotandis, non autem de dotatis, in quibus cauſa dotis iam erat impleta, iuxta not. per Docto. l. lucius. ff. de leg. 2. Aut volumus quòd mandatum referatur ad tempus reſtitutionis fiendæ per eum, qui nondum dotauerat, & ſic is, cui fit reſtitutio, poſtea dotat; & tunc, ille qui dotat, cum eſſet fideicommiſſarius & dominus bonorum, & adeundo fideicommiſſum eſſet conſequenter tã obligatus ad dotandũ, equidẽ videtur quód dotauerit potius vt ab obligatione propria ſe liberaret, nõ autem animo repetendi ab aliquo; præſertim quia præſũptio eſt quòd ſoluerit ex fructibus fideicõ.[i] quos vti patronus percipiebat, & ſic illi redditus videntur liberaſſe bona ipſa ab omni prætenſa obligatione: & hoc dico, dato & nõ cõceſſo, quód vigore mãdati teſtatoris dotãs haberet aliquod ius detrahendi dotes ſolutas: Quo ſimiliter dato & nõ conceſſo, dico quòd adhuc etiã dotes ſoluens eas detrahere nõ poſſet, licet enim ſoluẽs potuiſſet ſoluere nõ de propriis bonis vel ex fructibus fideicõmiſsi ſed ex fideicõmiſſo attamen nõ valet iſta cõſequentia, ergo ſi ſoluit de propriis bonis vel ex fructibus fideicõ. poteſt ſolutũ detrahere, & quòd iſta conſequentia non valeat, ſed falſa ſit, tex. eſt in ſpecie in d. §. cum proponeretur, iunctis not. Ibi per Bar. & docto. vbi ſi fructus fideicõ. ſunt cõſumpti large vtẽdo, poteſt dos detrahi ex fid.º, & tamẽ ſi dos fuit ſoluta ex fructibus, ceſſat detractio ex ipſo fid.º Ad idẽ caſus eſt not. in l. deducta §. qui poſt. ff. ad Trebe. vbi

hæres grauatus per fideicõmissũ nõ tenetur ad soluendũ vsuras creditori,& tamen si soluit, nõ potest postea detrahere ex fideicõmisso &(quod plus est) dicit tex.quòd videtur propriũ negociũ gessisse,& tamen non tenebatur inuitus:ex quibus euidenter constat nõ valere istam consequentiam,soluens dotem non tenebatur soluere de fructibus fideicõmissi,vel de proprio,ergo si soluit, potest detrahere postea ex fideicõmisso:& ista dico,dato,& nõ concesso quòd vigore mãdati testatoris,dotem soluens potuisset prætendere aliquod ius; Sed hoc nullo pacto conceditur, Nã vt superius demonstratum fuit, Mandatum testatoris intelligitur in subsidium,iuxta iuris dispositionem scilicet quando ex legitima Trebellianica aliisuè propriis bonis, vel ex fructibus fideicõmissi dotes solui non potuissent:secus autem quando aliunde, & etiam ex ipsis fructibus fideicõmissi dotes solui poterãt,& solutæ fuissent: Nec est mirum, si dotes solui debent ex fructibus fideicõmissi d.§.cum proponeretur, quia videmus quòd lucrum fructuum cõcessum hæredi grauato per fideicommissum conceditur cum multis oneribus,vt inquit Pa.de Cast.l.in fideicõmissaria.ff.ad Treb.vbi plures casus enumerat,in quibus hæres grauatus per fideicommissum tenetur imputare fructus;& idem facit in.l.scribit.ff.eo tit.inter quos ille est notabilis;scilicet quando hæres in restitutione vult detrahere sibi debitum a testatore, quia tunc fructus cum eo credito compensantur,casus est in.l.quod de bonis.§.quod auus,ver.plane.ff.ad.l.falcid.vbi clarè firmat hoc Pau.de Cast.Alex.Herculanus: Roynus.l.in quartam.ff.ad l.falcid.Pau.de Cast.in cõs.387.in positione casus:cũ similibus,quæ omittũtur, & cõcludẽdo apparet ex omnibus supradictis clarissima cõclusio,quòd dotes solutæ non possunt detrahi ex fideicõmisso & hãc partẽ in terminis quoq;firmat Præcep. meus, D. Alexandrinus consil.124.Ibi enim auus testator mandauerat quòd neptes dotarentur competenter secundũ statum parentum,& tamen ipse concludit dotes non detrahi ex fideicõmisso auito, nisi in subsidium,iuxta authent.res quæ, cum materia vt latius ibi per eum,qui dicit hoc modo obtemperari menti testatoris,qui voluit bona deuenire in agnatos, & quòd aliàs profectò fieret contra mentem defuncti, si dotes neptum ex filio deberent præstari de bonis fideicõmisso subiectis.

IN EPITOME Q. XLVIIII.

DEtractio Trebellianicæ cessat,quoniã fuit prohibita,& prohibitio valet etiã in liberis primi gradus.ita firmat doctor veritatis Alex.in l.Marcellus.num.9.ff.ad Trebe.Cor.cons.22.nu.34.li.2.Soc.d.l.Marcellus §.1.nu.13.& hanc opinionẽ tã quam veram & communem late defendit Corset.in tract.de Trebe.& Pratus in.l.cũ auus.ff.de condi.& demon. vbi ita practicari attestatur: & hãc partem quoq; firmat Annibal.in.l.nemo potest num.369.ff.de leg.pri.& præcept. meus D. Alexandrin. con.27.nu.2.vbi asserit hoc sẽper tenuisse,& in cõs.43.nu.12.& huic opinioni tanquã cõmuniori etiã temporibus suis inhærebat excellentiss.Doctor D.Ioãnes de Porto in cõs.214.nõ impreso. Et dato & nõ cõcesso quòd opinio cõtraria vera esset, attamen limitatur nõ procedere quãdo etiam legitima veniret detrahenda,quia quãdo duæ quartæ detraherentur, tũc valet prohibitio Trebell.ita tradit Decius cõs.480.vbi limitat seipsũ dũ sæpe cõsuluerat Trebellianicã nõ posse prohiberi: & hãc limitationẽ sequitur Roma singul.192.& ita indubitanter esse tenendum dicit Firman.in suo Repertor.vers.Trebellianica.num.11.& ita sensit Socin.in consil.posito post titulum de exceptio:& Curtiusin appostill.Alexand.l.mulier.§.cum proponeretur nume.13 ff.ad Trebellian.& clare firmat Roynus.in.l.hæredes mei.§.cum ita.ff.eo titulo: & Crottus in §. Duo fratres numero.41.ff.de verbor.obligatio. Vbi asseuerat ita consuluisse,

suluisse, quòd quod sēper idē cōsuleret: & Galiagu: in.l.centurio ff.de vulg.& pup. & Præcept.meus D. Alexandrinus consil.2.num.20.& consil.13.num. 10. & Gozad. consil.45.nume.22. Et Gratus.consil.160.nume.25.libr.2. vbi hoc temperat scilicet concurrente omissione inuentarii, quo casu, dicit hanc opinionem satis æquam, & iuri consonam, nec doctoribus altercantibus contrariam: & idem sensit Curtius Iu. consil.54. Præterea limitatur opinio contraria, non procedere quando prohibitio non est facta expressim in persona ipsorum filiorum, sed impersonaliter, quo casu videtur facta venientibus ab intestato, & valet, ita tradit Alexan.consil.67.libro.1. & Deci.dicto consil.480.Galiagul.dicta.l.centurio, & præcept.meus D. Alexandrinus consil.143. numer.6.8.& Gozad. consil.45.numer.45.vbi corroborat propter clausulam omni meliori modo, positam in fine testamenti, quæ refertur ad quamlibet partem testamenti Cuman.consil.25.Corn.consi.62.num.5.lib.2.Decius cons.14 col.3.vbi alleg. Fulgos.consil.90. Et profectò ista opinio tenenda est, nam negari non potest quòd opinio contraria non sit valde dubia, sed in dubio tenenda est illa opinio, quæ est pro voluntate testatoris etiam si sit contra filium, casus est mirabilis & singularis in.l.si pars iudicantium.ff.de inoffic.testament.& præsertim est fauorabilis illa interpretatio quæ excludit detractionem Trebellianicæ, quæ detraheretur cō tra voluntatem testantis tradit Corn.consil.182.col.penultim.lib.2.& Fabian. in authent.nouissima.q.24.col.fina.ff.de inoffic.testamen.& hoc vsque adeo verum est, vt detractio in foro poli sit illicita, prout videtur dicere Bald.relatus per Ias.Instit.de actio.§.sed istæ nume.125.Parisi consil.16.num.16.lib.2. Cessat itaque detractio Trebellianicæ, vigore prohibitionis expressæ factæ per testatorem. Cessat etiam propter omissionem inuentarii, quod procedit etiam in liberis primi gradus, & a fortiori, prout firmat Deci.dicto consil.480.& cons.495.nu.26.& vltra Decium late & egregie quidem rationibus & authoritatibus firmat Gratus dicto consil.160.lib.2. Concurrere quòd fuerit prohibita detractio a testatore, prout supra retuli.& idem Curt. Iun.dicto consil.54. Sed non est opus insistere super his difficultatibus, & similibus: quoniam quantum, & quid poterat detrahi ex persona D. Hieronimi clare legitur in pacto diuisorio, &c.

Pro D. Virgilio de Comitibus.

In epitome Q. X.

QVOD prohibitio alienationis, & fideicommissum factum per emphyteotam non valeat in præiudicium domini directi; nec eum liget, quin potuerit iura vtilia consolidare cum suo dominio directo, videtur posse demonstrari ex infrascriptis; Primò nanque vulgatum est emphyteotam non posse imponere seruitutem in præiudicium domini directi, tradit Ias.l.fi.nu. 118. versic.intelligenda tamen.C.de iur.emphy. & ideo res libera ad eum reuertitur, & illa seruitus resoluitur, tex.est loquens in specie de emphyteota.l.lex vectigali.ff.de pigno. Facit ad idem tex.l.1.C.deb.vend.pign.vbi in simili habetur, non valere prohibitionē debitoris in testamento prohibentis sub pæna alienationem bonorum, quo ad præiudiciū creditoris, Nec enim potuisse eum huiusmodi lege ius creditoris facere deterius, in

quit ibi tex. quem Bal. ibi inducit ad .Q. Concordat tex. l. debitorem. C. de pignor. Inquiens debitorem neque per fideicõmissum relinquentem posse deteriorem facere creditoris conditionem certissimũ esse. Confirmantur præmissa, quia videmus emphyteotam non posse alienare in ecclesiam in domini directi præiudicium, considerando quòd ecclesia nunquam moritur ideòq; non esset spes quòd res reuerteretur ad dominum, ita hanc rationem tradit post alios Ias. d. l. fin. num. 91. vers. & ratio. & num. 95. versic. Melior tamen. C. de jur. emphyt. & clarius in l. si ita quis §. ea lege. num. 12. versic. Nam vlta priuilegia. ff. de ver. oblig. & refertur in tex. cap. 1. de alienat. feud. versic. ideò scilicet, quia nunquam reuersurum sit ad dominum, &c. Bald. pulchrè consil. 224. versic. Et si opi. Ioan. Andr. esset vera, emphyteosis non seruaret suã naturam, nec vnquam rediret ad proprietatem, quod est absurdũ. lib. 1. in antiq. Alexand. consi. 9. num. 5. lib. 3. Cur. Iun. in tract. de feud. 2. par. 9. Q. Quæ ratio maximè militat in casu nostro, vbi testator prohibuit & fecit fideicõmissum in perpetuũ, &c.

Præterea facit in simili quòd statutum disponens bona nõ posse alienari in nõ subditos, non ligat nec comprehendit ciues ciuitatis superioris, ita consuluit Nell. refert ac sequitur Grat. consil. 61. num. 51. versic. per quas rationes. lib. 1. & in specie, generalis prohibitio alienandi apposita in concessione feudi non comprehendit personam ipsius domini concedentis: Calderi cons. 10. de feudis: Et consuetudo, vel statutum quòd proximior de genere admittatur infra annum ad redimendum rem per alium de genere alienatam, non intelligitur in præiuditium domini directi, quando ipse velit præferri, Alex. cons. 27. num. 5. lib. 6. cum simil. congestis per Tiraq. de Retract. §. 21. num. 4. Alexandrin. pulchrè ad propositũ consil. 146. num. 7. & licet ipse contrariam partem in illo suo casu tenuerit, attamen nõ recessit ab illis rationibus & fundamentis præallegatis, vt apparet ex lectione illius consilii per totum. Confirmantur præmissa, quia stante consuetudine, vel statuto concedente ius prælationis & cõsolidationis vicino, alter vicinus non potest in testamento ex fideicommisso prohibere vicino talem prælationem & consolidationem; Bal. in tract. de iure prothomis. col. 2. versic. Quid si testator: refert & sequitur Afflict. in §. licet, col. 4. versic. Sed aduerte, vbi inquit quòd testator non potest expressè talem prohibitionem facere, Tiraq. de Retract. consanguin. in fine num. 7. Et in hanc partem inclinandum videtur, quoniam huiusmodi alienatio in dominum directum nõ censetur alienatio, sed potius consolidatio; Afflict. decis. 23. nume. 6. versic. & est ratio; Alciat. pulchrè in l. fina. versic. Certos modos, circa fin. versic. qua ratione moribus receptum est. C. de pact. & fauorabilis est hæc interpretatio, vt res reuertatur ad suam primam naturam l. si vnus. §. quod & in specie, & ibi not. Ias. ff. de pact. & in specie tradit Siluan in tract. de recognit, Feud. Q. 22. num. 2. versic. Cum agatur de consolidando ipsum directo.

Et ita puto in hoc puncto concludendum, Non obstantibus traditis per Rip. l. filiusfamil §. Diui num. 91. & Alciat. ibi versic. Sed numquid emphyteota, Qui nõ aduertentes ad prædictas rationes & considerationes dixerunt contrarium; quanquam re vera non loquantur expressè in puncto, quando ipse dominus acquireret, consolidando ius vtile cum suo directo; (prout est in casu nostro) in quo pro ipso domino militat omnis ratio naturalis, ac æquitas; Et ita, post suprascripta, reperi Alciat. consil. 258. num. 16. versic. Præterea est aduertendum, in puncto Respondisse: vbi melius aduertit ad aliquas rationes, & considerationes suprascriptas, vt ibi legi potest. Saluo, &c.

Pro

Pro Io. Maria Compostella Bascianens.

In epitome Q. XVIII.

PRAESVPPOSITO quòd non sit controuersia an locus sit fideicommisso, sed solum in præsenti Iudicio quæstio fiat, qui admitti debeant ad fideicommissum, An Dominicus, & Paulus pronepotes testatoris ex fratre, An vero simul cū eis Laurentius & Matthæus abnepotes testatoris ex fratre debeant admitti, quasi filii succedant in locum parentum suorum, vt simul cum patruis admittantur in fideicommisso. Videbatur prima facie dicendum, prædictos Laurentium & Matthæum fore & esse admittendos simul cum prædictis Dominico & Paulo eorum patruis; Iuxta not. per glo. in l. cū ita. §. in fideicommisso versic. primo. ff. de legat. 2. quam sequitur & defendit Imo. ibi; & quamplurimi alibi sæpissime sequuntur in consiliis; Et quanquam multa controuertantur circa intellectum, & veritatem dictæ glo. tamen in casu proposito, Res videtur esse extra cōtrouersiā ex illis verb. (testamēti & fideicommissi, & suosque omnes descendentes masculos in infinitum per stirpem & non per capita, vt supra;) Nā illa verba, per stirpem & nō per capita, videtur necessario hoc importare, quòd filius intret locum patris, & nepos cum patruo admittatur, quia eo modo dicitur fieri successio in stirpes; ita videtur esse tex. apertus instit. de hære. quæ ab intest §. cum filius; versic. Et quia placuit nepotes, neptesuè, pronepotes proneptesuè in parentis sui locum succedere conueniens esse visum est, non in capita sed in stirpes hæreditatem diuidi; & text. in authent. eod. tit. in principio versic. quam successionem in stirpes vocauit antiquitas; & ita in terminis ponderabat Socin. consil. 104. num. 4. versic. secundo quia ista verba, lib. 3. vbi expresse docebat ex hoc tolli controuersiam de qua per glo. in d. §. in fideicommisso, & Socinum refert ac comprobat Paris consil. 36. nume. 8. versic. quod etiam suadetur; & cons. 38. num. 9. vers. Alio vero respectu, & num. 33. in fin. & consil. 91. num. 42. versic. prout etiam; & cons. 92. num. 68. Vbi attestatur hanc esse cōmunem & veram conclusionem. lib. 2. Et ita etiam consuluit Soci. Iun. consil. 116. nu. 17. versic, Hoc ita posito lib. 1. & nouissimè. consil. 20. num. 8. versi. & eò præsertim li. 3. vbi ait hanc esse concludentissimam responsionem ad obiectum, & veram mentem testatoris ita esse declarandam. Bero. q. 104. num. 4. Alcia. consil. 638. circa fin. versic. promiscuè & inobseruato gradu: & consil. 670. in fin. Præterea considerandum est, quòd in casu nostro testator in institutione vocauit pronepotes ex fratre, simul cum nepote ex fratre, & sic voluit filios intrare locum parentum suorum, ergo pariter dicendum est, voluisse in substitutione arg. l. 1. C. de impub. & aliis substit. & tradit Deci. consil. 186. nu. 4. versic. Primo quia. Postremo res ista videtur esse decisa ex ore proprio dictorum patruorum, Nam aliàs, in trāsactione sequuta inter dictos patruos ex vna; & Bartolomœū, & Antonium eorum patrueles ex altera, prætendentibus dictis patruis consequi quædam bona tanquam supposita fideicōmisso dicti testatoris; prædicti patrui admiserunt simul cum seipsis dictum Matthæum eorū nepotem, vt appa ret ex lectura instrumenti dictæ transactionis ver. Ser Dominicus Cōpostella, & eius fratres, & Matthæus eius nepos infrascripti & ver. quòd dictus Ser Dominicus nomine suo, & Gerardini & Pauli eius fratrū, necnō Matthæi eius nepotis, à quibus dixit habere mādatū speciale, &c. Ergo dicti patrui confessi fuerūt, nepotes simul cum seipsis patruis fore, & esse admittendos ad dictum fideicommissum; & in terminis, videtur esse consilium Soci. cons. 37. num. 9. versic. Sed tempore, quo filius lib. 3. Et faciūt

tradita per eundem Soci.de confeſsione in materia fideicommiſsi in conſil.12.nu.20 verſic.Secundum;lib.3.refert ac ſequitur Paris.conſil.75.num.52.& ſeq.lib.2. & cōſ. 17.num.20.& conſ.5.num.42.li.3. Et vltra Paris.tradit optimè Deci. conſ.551.num. 10.ver.Qui quidem Alexander agitauit iudicium cōtra monaſteriū prætextu dicti fi deicōmiſsi;& faciūt not.per Cuman.cōſil.61.nu.1.ver. ad primū.& per Alex. conſil. 214.num.9.libr.6. Denique ſi res obſcura aut dubia eſſet,E quidem in dubio iudi candum foret, nepotes ſimul cum patruis admittendos;iuxta tradita per Soci.conſ. 37.in fin.lib.3. Et per Capy. Decis. Neapol.q.21.in fin.verſi.æquior igitur; Faciunt quæ ad propoſitum tradit Quintilia.lib.6.cap.de diſpoſitione;verſic.pro eo,qui par te contentus ſit,contra eum,qui fratri nihil dare ex paternis vult; vbi refert eſſe perſo nas fauorabiles, quæ tractant de admiſsione pro parte: & è contrario odioſas, quæ totum volunt; ergo,&c.

Sed His tamen,ac ſimilibus,non obſtantibus,puto contrariam ſententiam eſſe ve ram,& amplectendam,tanquam iuri conformem; Et pro fundamento præmittendū eſt quòd regulariter in fideicōmiſsis proximiores admittuntur; vt eſt tex.d §.in fidei commiſſo verſic.& qui ex his primo gradu procreati ſunt;& in.l.peto.§.fratre, verſi. vt proximus quiſque primo loco videatur inuitatus.ff.de leg.2. Et tradit conſilio deciſiuo Deci.conſil.299.num.15.verſic.illa verba;& refert ac ſequitur Paris.conſil.37. num.57.lib.2.cum vulgaribus: ex quibus patrui habent intentionem fundatam.

Difficultas verò tota conſiſtit in reſponſione ad allegata in contrarium; Igitur non obſtat primo quòd in fideicōmiſsis filii intrant locum parentum, & nepotes ſimul cum patruis admittuntur;Iuxta glo.d.§.in fideicōmiſſo, cum ſequacibus; Nam breuiter & reſolutè Reſpondendo dicitur,quòd in hoc articulo valde controuerſo, breuis & reſoluta concluſio eſt,quòd quando tractatur de fideicommiſſo tranſuerſali condito ab illo, ad cuius ſuceſsionem ab inteſtato filii non intrarent locum parentum,& nepotes ſimul cum patruis non ſuccederent (vt eſt in caſu noſtro,ſiue conſideretur perſona teſtatoris, ſiue grauati, Iuxta authent.poſt fratres.C.de legit.hære. cum vulgaribus;) tunc filius non intrat locum patris, nec nepos ſimul cum patruo admitti debet ad fideicommiſſum, ita hāc magiſtralem doctrinam ex mente Cuma. & aliorum,tradit Deci.conſil.primo verſic. Sed his non obſtantibus; & num.8.verſi. primo quia agitur de ſucceſsione patrui magni;quod conſilium refert Dec.ipſe in.l. 2.num.6.in fin.C.de ſucceſs.edi. Vbi atteſtatur ſecundum illud conſilium Romæ in Rota iudicatum fuiſſe;& hanc diſtinctionem tanquam notab.tradit poſt Deci. Curtius Iun.in.d.l.2.num.10.verſic. Sed circa hanc materiam cadit frequentiſsima dubitatio;& Idem Cur.Iun.tradit & ſequitur conſil.57.nume.8.vbi ait quòd in tanta doctorum varietate ſibi ſemper placuit diſtinctio Decii:& idem conſ.58.nu&.1.& cōſ. 154.num.7.& conſ.128.num.11:& Paris conſil.36.num.2.& conſil.39.nume.12.libr.2. Et Socin.Iun.conſil.149.num.3.verſic.& vltra fundamenta lib.2.& nouiſsimè Appo. ſtill.Alex.conſil.26.num.13.verſ. communiter lib.3.& ita ſeruandum eſſe in practica, ait Corn.in.l.fin.col.2.verſic.poſſet etiam.C.de verb.ſignif.& hanc reſtrictionem eſſe veriſsimam & de mente.d.glo.in d.§.in fideicommiſſo,& omnium Docto. atteſtatur & ſequitur Royn.inter conſ.Alexandrini.conſil.40.num.3.verſic. Et dato quòd opi nio gloſ. Vbi Roy.ſimul cum Alexandrino Iaſ.& Crott.cōſuluit in eodem caſu,pro patruo contra nepotem,etiam in fideicommiſſo aſcendentis;declarando tamen & re ſtringendo,vt ibi per omnes præallegati. Qui concorditer in hoc tenent,quòd ſi tra ctetur de ſuccedendo tranſuerſali, ad cuius ſucceſsionem ab inteſtato filius nō intra ret locum patris,& nepos non admitteretur cū patruo,tunc idem ſit in ipſa ſucceſsio ne ad fideicōmiſſum;quòd nepos nō admittatur cum patruo;& hæc cōcluſio adhuc in caſu

in casu nostro esset clarior, si teneamus quòd ipsi patrui censeantur primo nominati, quàm nepotes, quasi patrui censeantur nominati sub illis verbis (filios masculos d.q. Laurẽtii;) & nepotes sint vocati sub illo verbo generali collectiuo (suosque omnes descendentes &c.) prout declarat Roy. dicto cons.123. lib.1. Et idem vltra Alex. & Roy. tradit Deci. dicto cons.1. in fin. versic. Postremo aduertendum est, & Cur. Iun. in. d.l. 2. num.11. versic. puto etiam summopere aduertendum, & idem cons.58. num.3. versi. ad cuius tex. intellectum iuuat commemorare vnam peregrinam & singularem decisionem communiter incognitam, & idem consil.161. col.3. versic. Et istud in terminis voluit Alex. Et nouissimè Bellon. cons.50. num.4. versic. quia etiam quod magis est, Alciat. in. l. Iusta, versic. Hincque si testator, & in. l. liberorum, vers. Quartus casus est ff. de verb. signif. Vbi alleg. Deciũ d. cons.1. in fin. Super hoc tamen fundamento non facio magnam vim, quia non videtur adaptari in specie proposita, & maxime quia nouissimè Soci. Iun. d. consil.20. num.7. vers. Et si dicatur lib.3. conatur illud fundamentum in terminis illis euitare, vt per eum; Sed non est disputandum, quia hoc fundamentum in casu nostro est superfluũ; stantibus præmissis, ex quibus patet, secũdum omnium sententiam in casu nostro, quo non tractatur de fideicommisso ascendentis, vel patrui, nepotes simul cũ patruis non fore admittendos. Non ob. illa verba (in stirpem, & non per capita;) quæ prima facie magnam difficultatem facere videbantur, Nam subtiliter aduertendo, nihil concludunt, Nam licet in d §. cum filius, & in d. authent. dicatur, quòd quando filii intrant locum parentum, & succedunt, illa successio fiat in stirpes, & dicatur successio in stirpes, nõ tamen ibi probatur, quòd è conuerso quando disponitur de successione in stirpes facienda, tunc necessario filii intrent locum parentum, & sic existentes in gradu inæquali remotiore admittãtur cum patruis, Non enim valet consequentia; patet euidenter quòd non valeat consequentia, quoniam etiam quando plures existunt in pari & æquali gradu, & sic nõ tractatur quòd filii debeant intrare locum parentũ, dicitur tamen fieri successio in stirpes, vt patet in d §. cum filius, versic. Item si ex duobus filiis; & patet etiam ex illa cõmuni opin. Doctorum, quòd filii duorum fratrum tractantes de successione patrui succedere debeant in stirpes; Quam opinio. esse communem & ueram, nouissimè attestatur Appostill. Alex. cons.55. num.4. uers. in stirpes lib.4. & in addit cons.29. nu. 1. uer. in stirpes lib.5. Et breuiter, quòd non obstantibus illis uerbis, (in stirpes & non in capita.) patruus præferatur nepoti, tradit & defendit ipsemet Paris consil.40. nu. 31. uers. minus obst. lib.2. Vbi inquit, quòd illa uerba (in stirpes & non in capita) intelligenda sunt data paritate gradus, uel etiam data imparitate gradus, in illo tamen casu, quo filius intrat locum parentis, ut in ascendentibus, uel patruis; ut ibi latius per eum. Et hoc idem tradit & defendit ipsemet Socin. Iun. cons.135. nume.7. uers. Nec præmissis obstant. lib.1. & cons.149. nu.8. uers. Nec quicquam obstant illa uerba lib. 2. Et ultra eos, idem tradit ac defendit Cur. Iun. cons.22. num.16. uers. Ad tertium. & consil.128. num.3. uers. Nec dicat quispiam & consi.161. num.7. vers. Ad secundum; & videtur esse consilium Bened. Cap. cons.123. in fin. Vbi decidit, quòd testator uocãs filios institutorũ in stirpem, uidetur tamen illos, qui sunt in priori & potiori gradu uocauisse; vt ibi per eũ. Nõ obstat etiã, quòd testator in institutione uocauit pronepotes &c. Respondetur enim quòd quicquid fuerit in institutione, tamen secus est in substitutione præsupposita; in qua ex præmissis dicendum est, secundum iuris dispositionem abnepotes non fore admittendos cum pronepotibus; & ita ad argum. respondet Socin. Iun. cons.135. num.4. uers. His autem lib.1. & idem consil.64. num.15. lib.3. & faciunt tradita per Deci. consil.465. num.16. versic. quarto nõ obstat Alexandri. consil.42. num.3. versic. Non ob etiam; & si teneremus, quòd sub illis verbis,

bis(filios masculos dicti.q.Laurentii)non comprehendantur nepotes dicti.q.Laurentii, de quo per Bar.in.l.liberorum.ff.de verb.signif.& alibi sæpe per Doctor. adhuc magis tolleretur obiectio,imò argumentum retorqueretur,quòd scilicet ipsi Dominicus & Paulus vocati in institutione & prædilecti censeantur etiam vocati,& prædilecti in substitutione præsupposita; Iuxta tradita in terminis per Curt.Iun.dicto cós. 165.num.4.versic. Et in casu nostro præcipuè hoc videtur dicendum;& num.7.vers. vel ex alia causa, puta propter institutionem,vt in casu nostro; Sed quia hoc nó est necessarium, ideo non est laborandum cum præmissa sufficiant;

Postremò non ob.fundamentũ super illa transactione dictorum patruorũ: ex pluribus:primo quia (vt audio) productio talis instrumenti non admittitur nunc,ex dispositione statutorum municipalium Bascian. & quoad personam Pauli, qui nó interuenit in illo instrum.clarum est,quòd sibi non obstaret,iuxta illud vulgare, Res inter alios acta,&c. Quò vero ad personam Dominici. Respondetur, quòd cum secũdum iuris dispositionem,re vera, dictus Matthæus nepos nó esset simul cũ patruis admittendus, equidem illa erronea admisio,seu tacita confesio patruorum, ipsis patruis nocere non debet;Iuxta tradita in terminis, per Soci.Iun.consil.180.num.82 vers.Demum non obstat lib.2.vbi inter alia,alleg.Corn.consil.186.num.6.lib.3.& tradit Cur.Iun.cons.92.nume.4.& num.8.& seq.& in eodem casu Mant.consil.115. nu. 28.qui ambo consuluerunt in eodem casu contra Paris. dicto cons.75.lib.7. & idem tradit Cur,Iun.consil.96.num.6.versic. postremo nó obstat;Et ad idem Corne.cósi. 199.num.26.versic, Non ob.lib.3.Et Soci.Iun.consil.112.num.1.lib.1.Et in eodem casu Mant.cós.275.nu,6.vers.Ad secundũ,qui ambo consuluerunt in eodem casu contrà Paris dicto.cons.17.lib.3.Faciunt tradita ad propositum per Deci.consi.408.nu. 1.versic. Secunda conclusio; vbi diuisione erronea fideicommissi facta per patruum cũ nepotibus; ait talem diuisionem non obstare:& inter alia alleg.tex.in.l.quæ fideicommissum.ff.de leg.2. Nec obstant tradita per eum consil.79.in 2.dubio, quia ibi non attingit difficultatem de retractatione prætextu erroris,vt ex lectura illius consilii apparet. Et quòd confesio & diuisio fideicommissi erronea non noceat, tradit etiam Roy.consil.167.num.19.& seq.lib.2.vbi consuluit pro patruo; vt ibi per eum & in terminis de transactione; Idem consil.127.num.9.versic.superest,& num.13.ver. Et ex præmissis lib.3.& ad propositum bene facere videntur tradita per Galiagul. in l.Gallus.§.quidam recte num.65.versi.Non etiam obstat quòd mater seu pater agentes simul cum filiis videbantur fateri ipsos filios esse simul cum eis vocatos.ff.de lib. & posthu.vbi Galiagul.circa inductionem tex.in.c.Raynutius,&.c.Raynaldus, de testam. (de quibus per Imol.& Soci.ibi;) inquit expresse,quòd talis confesio, tanquam in iure erronea,si de iure non fuissent vocati simul,non valuisset, alleg.l.ornamentorum.ff.de au.& arg.leg.& in specie ad illos terminos, Cor.dicto con.186.li.3. Et idem inquit Alexandrin.ibi,car.6.col.4.ver. Alio tamen modo;vbi ait, quòd illa cófesio,ex quo si essent vocati ordine succesiuo,esset cótra ius,& sic erraset in iure de iure nó posset subsistere alle.d.l.ornamẽtorũ.ex quibus omnibus satis apparet esse resoluta ea,quæ in præsenti causa ex parte nepotũ proponebãtur; & cósequenter remanet cóclusio fũdata pro ipsis patruis,vt ipsi præferãtur nepotibus; & cũ ex præmisis res sit clara,cesãt ea,quæ deniq;opponebãtur,scilicet in dubio fore iudicãdũ cótra patruos pro nepotibus;& quãdoquidem res obscura aut dubia esset, adhuc tamen pro patruis videretur fore iudicãdũ,iuxta not.per Soci.cós.152.nu.3.vbi ad propositũ in specie alleg.l.2.C.quã & quib.quar.pars).li.10.& eleganter tradit Grat.có. 120.nu.23.24.li.2.& faciunt not.per Brun.cós.76.in fi.ve.præterea hoc, Benedict. ca. Raynutius,ver.in eodem testamento.1.nu.174.ver.de vnico tantùm ne scindatur hæreditas,de testam.

Pro Illustr. Com. Iulio Sesio.

IN EPITOME. Q. XIX.

VISO & perlecto testamento magnifici D. francisci de Sesso, illustris comitis Rolli, equidem quanto magis relegi, tãto magis in eã sententiã inductus fui, scilicet Magnif. Co. Guidonẽ ex fideicõmisso dicti D. francisci fuisse & esse vocatũ, quanquã enim prima facie videretur dicendũ nullũ fideicõmissũ censeri verificatũ, quasi fideicõmissũ sub conditione, si sine filiis decesserit, expiret relictis filiis, nec reuiuiscat, esto quòd illi filii postea decedãt sine filiis, maximè quãdo in substitutione adsũt illa verba (tũc & eo casu) pro ut latè tradit deci. cõ. 287 Attamen, his nõ obstãtibus, cõtrariũ, in specie proposita de iure verũ esse arbitror, et me mouet, nã volũtas testatoris in primis attenditur l. in cõditionibus ff. de cõd. & demõ. eaque volũtas totũ facit. l. ex facto ff. de hæred. instit. & præsertim in fideicõmissis sola volũtas seruatur l. pen. ff. de leg. 1. Etiã cõtra verba ipsa. l. heredes mei. §. cũ ita ff. ad trebel. & plura cumulat Ias. cons. 52. l. 3. In specie vero proposita apparet euidentissimè enixã volũtatẽ testãtis fuisse, fideicõmissũ inducere, ipsũque induxisse, Prudentissimus enim testator omni conatu respexit ad agnationẽ & familiã suã, quia nõ solũ in institutione, & substitutionibus semper uocauit masculos, iuxt. dictũ not. Io: And. in add. specul in Rub. de testam. refert, & sequitur Soci. l. Gallus §. nũc de lege, nu. 6. ff. de li. & posth. & cõs. 51. l. 4. Verũ etiã expresse hic testator se ipsũ declarauit, dũ prouidit, quòd deficiente linea masculina fæmina maior natu accipiat vnũ nobilem ĩ maritũ, qui se vocari faciat de domo, & familia Sesiorũ, vt aliquãdo etiã per alios testatores, prouisũ fuisse legitur, ut apparet ex casu relato per Soci. l. quibus §. Termilius nu. 9 ff. de cõd. & demõ. super quo cõsuluit cõs. 259. l. 2. & ex casu, super quo cõsuluit Ias. cõs. 148. l. 1. & casus est in. l. facta §. si in danda, ibi, si vero nominis ferendi cõditio est; ff. ad Trebell. & in. l. cũ filius §. Pater. ff. de leg. 2. & in l. hoc iure §. fi. ff. de donat. & alibi sæpe, si igitur cõstat testatorem omni conatu respexisse ad cõseruationẽ agnationis & familiæ, necessariò sequitur eũ voluisse inducere fideicõmissũ, qui enim vult consequens vult necessariũ ãtecedens. l. denique §. inter dũ, ff. de lib. leg. Itaquè si voluit bona cõseruare in agnatione & familia, voluit etiã fideicõmissũ inducere omni casu. Nõ enĩ bona necessariò cõseruarentur in agnatione & familia Sesiorũ, si bona libera, nec fideicõmisso obstricta censerentur, & ita arguit Deci. cons. 23. col. 1. & cons. 38. col. 3. Cum. cõs. 2. & ita per hãc cõsiderationem ex eo, quia testator respexit ad agnationem & familiã, quòd fideicõmissũ iniũctũ vno casu verificetur etiã in casu nõ expresso, imo penitus cõtrario casui expresso cõsuluit ipse Deci cõs. 227. nu. 7 quæ quidẽ cõclusio fortius & sine scrupulo procedit in re proposita, vbi cõstat expressã fuisse rationẽ agnationis & familiæ, declarat ipse Deci. cõs. 315. nu. 6. uer. Prætera & Cur. Iu. cõs. 111. nu. 11. & cõs. 154. col. penul. Cõfirmãtur præmissa, quoniã dũ testator prohibuit diuisionem, separationem, & diminutionem, aliquo modo vel casu, dũque ad plures, propeqùe infinitos gradus substitutionũ digressus est, equidem nõ potuisset magis declarare volũtatẽ suã quàm declarauit, prohibitio enim diuisionis inter cætera arguit fideicõmissũ pro vt inquit Royn. l. 1. §. Nũtiatio nu. 147. ff. de op. no. nunt. Et conferũt tradita per eũ cõs. 23 l. 5. & per Cur. Iun. d. cõs. 111. nu. 20. & cõs. 112. in prin. vbi refert idẽ cõsuluisse Alexan. & cons. 116. col. 2. ver. ac cedit Non obstantibus traditis per Deci. consil. 513. maximè quia ipsemet alibi consil. 584. numer. 9. numer. 5, & consil. 637. numer. 7. ad nostrum propositum plura tradidit. Item ille digressus ad plures gradus substitutionum pariter multum confert prout tradit Alex. cõs. 64. l. 5. Cur. Iu. cõs. 16. nu. 7. & propius Ias. cõs. 140. col. 4. ver. mens autẽ, vbi ex mente testatoris, qui voluerat, quòd hæreditas sua perpetuò remaneret in agnatione de Pelletis, vsque quò reperiretur aliquis de Pelletis, Ias. inquit

fæminas nõ facere deficere cõditionẽ ſi ſine liberis,ne vno verbo ſubuerteretur tota illa voluntas teſtatoris per tot gradus ſubſtitutionũ in agnatione de Pelletis diſcurrens,& quia teſtator expreſſe diſpoſuerat,quòd dicta hæreditas eſſet inalienabilis,& quòd perpetuo vocaretur hæreditas de Pelletis. Confirmantur præmiſſa ex traditis per Cuma.cõſ.103.vol.nõ impreſſo , ibi enim teſtator digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionũ ſubiunxit hæc verba videlicet(ad hoc vt in illos de domo &c.)& Cum.primo arguit eo caſu nullum fideicommiſſum cenſeri inductum,ſed tantum ſubſtitutionem vulgarem ſubeſſe , propter appoſitam conditionem (ſi deſcendentes non ſubeſſent tempore mortis.) At contrariũ decidit,& inter alia dicit hæc verba formalia videlicet. In fideicommiſsis autem & ſi verba non omnino ſufficiant coniectura voluntatis admittitur,& quæcunque eius inditia.l.cũ proponeretur.l.vnũ ex familia.§.fin. ff.de leg.2. Cum virum,& ibi not. Nam,& generaliter in teſtamentis volũtas eſt illa, quæ dominatur.l.cum quæſtio.C.de lega.ff.de cond.& demon.l.in conditionibus, benigniorque fit interpretatio,de reg.iur.l.in teſtamentis. Cũque teſtator accuratè gradatim, & expreſsim vocarit primo deſcendentes ſuos maſculos Io. & deſcendentes ſuos,poſtremò Matthæũ,eiuſque deſcendentes,& in fine ſuo ſubiunxerit(ad hoc vt ſemper in illos de domo ſua,&c.) ſatis cõprehendi poteſt eum voluiſſe omnem caſum complecti,& in hanc partem, quæ æquitati voluntatique teſtatoris conſentanea eſt concluſiuè inclinandum eſt.) Hæc ibi Cuma.quibus accedunt dicta per Ancha. cõſ.152.& Pau.de Caſ.con.12.in antiq.ex præmiſsis itaque omnibus cõſtat euidenter etiã in caſu noſtro teſtatorem voluiſſe inducere fideicõmiſſũ etiã in caſu , quo Cum. Gaſpar decederet relictis filiis , qui tamen poſtea decederent ſine filiis , quæ concluſio euidentior apparebit ſtatim ex reſponſione ad allegata in contrarium, Super quibus tota uis videbatur conſiſtere . Et quoniam fundamentum Decii.d. cõs. 287.præcipuum eſſe videtur ſuper eo, quòd ſubſtitutio facta filio,ſi decederet ſine filiis, expirat filiis relictis,nec reuiuiſcit,& ſi poſtea illi filii deceſſerint ſine filiis per decis.Oldr.cons.21. cum concord.Ideo hoc fundamentum,in quo pendet machina huius difficultatis in primis conuellitur. Dico itaque quòd & ſi filius grauatus decedat relictis filiis, attamen ſi poſtea illi nepotes decedant ſine filiis , ſubſtitutus admittitur, Et moueor ratione,& autoritate, Ratione quidem demonſtratiua,& naturali. Nam omnis ratio naturalis dictat, quòd ſi teſtator grauauit filium , eodem modo cenſeatur grauaſſe nepotem in gradu vlteriore exiſtentem, arg.l. Publius.ff. de cond.& demon.l.ſi viua matre.C. de bon.mat. & clarè Bart.dicit authen. ex cauſa nu. 7.C.de lib.præter.& facit dictum Bar.l.quidam .§. ſi tibi .ff. de reb. dub. & in l. Gallus .§. etiam nu.5.ff.de lib.& poſth.Et hoc argumento vtitur Rom.Cons.56.ferè in terminis.Decidit enim quòd ſubſtitutio in caſu non exiſtentium in rerum natura, verificatur etiam in caſu exiſtentium in rerum natura &poſtea decedentium, eodem argumento mouetur Abb.cons.40.l.2.quẽ Deci pro ſe allegat.Sed certe Abb. licet decidat cõtrarium, attamẽ recte intuenti apparet quòd decidit ex eo quia ſubſtitutus non erat de familia , vnde fatetur Abb.quòd quò ad nepotem ex fratre Federicum habuiſſet locum ſubſtitutio fideicommiſſaria, motus ex predicto argumento,quo etiam in ſpecie ipſa uſus eſt Anchar.cons.152.Stat itaque ratio clara pro iſta opinione. Sed vltra rationem mouet me in terminis propriis autoritas trium ſubtiliſſimorum doctorum,qui ex facto ita cõſuluerunt, videlicet D. Chriſtoph. Caſtellio. Raph. Fulg. &Raph. Cuma. Nam teſtator filios maſculos hæredes inſtituerat, & diſpoſuerat, quòd ſi decederent ſine filiis maſculis, bona peruenirent ad fratres teſtatoris. contigit quòd iſti filii deceſſerunt relictis filiis, &iſti nepotes deceſſerũt nullis ſuperſtitibus filiis. Quærebatur an locus eſſet fideicommiſſo , & reſponderũt quòd ſic, moti inter alia per tex.d.l. hæredes mei .§.cum ita ff.ad Trebell. Ita refert

ibi

ibi Petr.de Bexut. Qui támen dicit quód ille tex.probat contrarium, & quòd uidit in contrarium consilia doctorum. Sed certe ille lex.bene probat prædictam opinionem illorum trium subtilissimorum uirorum. Nam dicitur ibi, quòd in fideicommissis testatoris uoluntas seruanda est non verba. Tunc sic, si testator grauauit filios onere fideicómissi ergo eadem, & fortiori ratione nepotes grauare voluit, argumento d.l.Publius & d.l.si viua matre. Stat itaque autoritas sũmorũ uirorũ pro hac opinione quorũ Deci.nullã mẽtionẽ unquã fecit. Nec præmissæ cõclusioni obstat si quis piã dicat, estò quòd testator nepotes grauare uoluerit, attamẽ nõ potuit, quia eos nõ honorauit iux.l.ab eo.C.de fideic°.respõdetur enim quòd imò grauare potuit quasi ponendo eos in conditione, & grauando videatur honorasse iuxta dictum Bar.l.centurio.ff.de vulg.& pup. Cuius opinio, consulendo à multo tempore, & citra Canonizata fuit per doctores Perusinos pro vt attestatur Socin.l.cum filiofa.nu.5.ff.de leg.i. vbi refert aliàs per infinitos doctores totius Italiæ ita vidisse cõsultũ, eãque opinionẽ nouissime approbat vir germanæ, solidæque doctrinæ Zasi. in tracta. substitutionis Compendiosæ. Præterea quando ponuntur in conditione filii masculi, tunc censentur vocati, tradit Deci.l.i.num.16.C.de pact.& cons.270.& alibi sæpe ibique d.l.i.tradit Curt.Iun.& in cons.113.num.5.& in cons.87.col.i.vbi refert consuluisse in ciuitate Brixiæ, & ita fuisse iudicatum, sententiamque fuisse confirmatam per Illustrissimũ Senatum Venetum; quam cõclusionem in specie proposita, vbi est habitus respectus ad expressam rationem agnationis & familiæ saluat etiã insignis Rip.d.l.i.C. de pact. & in.d.l.centurio num.164.vbi refert se ita respondisse in specie, quãdo testator substituit cum onere deferendi nomen & arma ipsius testatoris. Quæ cõclusio procedit quoque stante statuto excludente fæminas ab intestato tradit Deci consi.574.& eam defendit in specie in ciuitate Regii, vbi adest tale statutum prout tradit consil. 546. Denique respondetur censeri iniunctum grauamen non ipsis nepotibus sed filio sub duplici conditione videlicet si ipse, & eius filii decederent sine filiis, quo casu res est extra difficultatem prædictam, quando enim grauamen non iniungitur expressim ipsis filiorum filiis, sed filio vel impersonaliter, seu bonis ipsis, res est expedita, & clara prout declarat Alexand.dicta.l.centurio numer.94.& in consil.184.libr.2.Socin.cons.148.libr.primo Deci.consil.182.col.3.Curt.Iunio. cons.115.139.& alibi sæpe ex quibus remanet defensata suprascripta conclusio ab obiectione prædicta.

Quæ conclusio vlterius in casu proposito in terminis valide corroboratur adeò vt omnino sine aliquo scrupulo procedat. Nam esto millies quòd decis. Oldra.d.cons. 21.cum concord.esset vera, attamen illa limitatur non procedere, quando in contrarium elicitur uoluntas testatoris, ita declarat Deci.ipse consil.477. Vbi ait quòd in contrarium allegata haberent locum, quando testator apposuisset simpliciter conditionem si decederet sine liberis, & tradit quoque Cor.cons.146.num.4.vers.& quód institutis filiis, iuncto num.21.vers.& similiter non ob.lib.2.vbi inquit quòd substitutio facta filiis institutis si sine filiis masculis decederent, concurrentibus coniecturis, ex verisimili mente testantis dicitur etiam facta nepotibus cum eadem qualitate si & ipsi sine filiis masculis decedant. Sed in casu nostro clara elicitur uoluntas testatoris, quòd voluerit fideicõmissum inducere ex rationibus principio deductis. Nec testator apposuit simpliciter conditionem si decederent sine liberis, ergo sumus extra difficultatem. Et ita quando testator voluit conseruare bona in agnatione, & familia in terminis declarauit Deci.ipse cons.270.col.fin.vers.non obst.quòd substitutio; ex quo apparet non posse fieri aliquod fundamentum super authoritate Decii dicto cons.287. Cum in terminis variauerit iuxta.l.qui varia.ff.de fals. Sed vltra Deci. d.cons.270.quòd decis.Oldr.consil.21.cum concord.limitetur non procedere quã-

do testator voluit bona conseruare in agnatione & familia in terminis solenniter consuluit Cur.Iun.cons.121.col.5.num.15.16.vbi expresse reprobat Deci.d.cons.287.& idem Cur.Iun.cons.111.nume.6.11.& cons.116.num.10.vers. Nam esset satisfactum. Iuncto vers.istud nunquàm admisi,& cons.54.num.4.versic.tamen fideicommissum inducitur,& vltra Cur.Iun.eandem limitationem; & declarationem ad decis. Oldr. prius tradidit acutissimi ingenii vir,& celebratissimus Doctor D.Barth.Soci. consil. 250.col.3.nume.4.versic.2.venit & col.4.versic. ostenditur clare & versic. Præterea adiicitur, & col.5.ver.infertur & secũdo nõ obstare dicta. Sed quid plura? secundũ suprascriptam cõclusionem, & declarationem decisum fuit in curia Delphinali, pro ut habetur in decis.Guid.Papæ.q.531. Ibi enim habetur quòd substitutio facta in casu quo Stephanus decederet sine liberis masculis, verificatur etiam in casu, quo Stephanus decessit relicto filio masculo, qui tamen decessit postea sine filiis, & ratio ea inter alias redditur, quæ optime cadit in specie proposita videlicet quòd testator noluit admitti fæminas, sed solum masculos, etiam quo ad Trebellianicam, quam prohibuit detrahi, & tamen si conditio iam dicta in personam filii masculi dicti Stephani, non censeretur repetita, mater vel auia talis, vel alii sui proximiores ad hæreditatem testatoris possent admitti per medium ipsius filii sine liberis defuncti, quod esset contra voluntatem ipsius testatoris ne dum coniecturatam, sed expressam, & vt plenius ibi traditur. Vbi videri potest etiam alià ratio, quam breuitatis gratia non referò, & quia res ita clara est, adeo vt nõ opus sit quicquam amplius scribere. Stat enim ex præmissis fundatissima conclusio quòd substitutio facta in casu quo D.Gaspar decederet sine filiis masculis verificetur, & in casu quo D. Gaspar decessit relicto filio D.Francisco qui tamen postea decessit sine filiis, & cõsequenter liquido apparet esse penitus cõuulsũ principale fũdamẽtũ Decii d.cõ.287.super decis.Old.Et Ideo aliæ rationes fabricatæ per Deci.cõsequenter corruũt, Nihilominus exabũdãti diluũtur.

Nã quatenus adducit pro corroboratione decisio.Oldr. regulã, quã facit Aret.l. Gallus §.quid si tantũ, quòd in substitutione nõ fiat extensio de persona ad personã respõdetur ex prædictis dictã regulã Aret.nõ procedere, & in specie Ias.in l.Titius §. Lucius nu.3.7.ff.de li.& posth.post Ang.reprobat Aretinũ.& latè Fortunius §.quid si tãtũ nu. 56. Præterea quãdo ratio agnationis vel familiæ expressa est, tũc de plano fieri potest extensio de persona ad personã pro ut sensit Deci.ipse cons.315.nu.6. vers.præterea,& clarè exprimit, & declarat in terminis Cur.Iun.dict.con.121.nu. 14.

Ex quo etiam colligitur responsio ad aliam rationem Decii super eo, quòd in statutis excludentibus fæminas non fiat extensio de persona ad personam. Nam posito & non concesso quòd illud præsuppositum esset verum, vtique posset procedere, quando ratio agnationis,& familiæ nõ esset in statuto expressa, secus si esset expressa.

Quatenus etiam Deci.alibi adduxit aliam rationem super eo, quòd in cõditione voluntaria non fiat extensio, Respondetur quòd imò ex mente testatoris fit extensio etiam in conditione voluntaria not.Socin.d.§. & quid si tantum, & tradit Deci. ipse in.l.si mater.C.de instit.& substit.& in Rubr.extra de probatio.& d.cons.227. & cõs. 427.num.11.& latè Fortun.dicto §.& quid si tantum nu.121.& idem ait Illustris Alciat.de verbo.signif.lib.3.ch.67.73.& quòd conditio voluntaria quando non pendet ex facto honorati, sed ex facto fortunæ extendatur tradit Aret.quem refert, & sequitur Lancel.Deci.d.l.Gallus.§.quid si tãtum ver.octaua sit cõclusio, vbi ait hãc limitationem Areti.esse pulchram, At in quãtum d.cons.287.& alibi sæpe adducit aliam rationem super eo, quòd propter illa verba apposita in substitut. videlicet(tũc & eo casu)& simil.impediatur extensio, Respõdetur quòd imò nõ obstãtibus dictis verbis fieri potest extensio, & quòd non obstante dictione (tunc)fiat extensio, casus est in

§.

§. & quid si tantum, iuncto principio l.Gallus, quem tex.ad hoc ponderauit in specie Gozad.cons.64.in fi. & Alciat .d.lib.de verb.signif.fol.68.vb i hoc idem firmat stãtibus verbis geminatis videlicet(tunc & eo casu)& reprobat Deciũ, contra quem etiam tenet insignis Rip.l.i nu.169.ff.de vulg.& Galliaug.in d. §. quid si tantum nu. 14.Sed quid plura ? cõtra consilium Decii in hoc decisum fuit in rota Rom.nouissimis temporibus prout apparet ex decisionibus collectis per Cassiodor. in Rub. de testam. decis. prima. Quanta vero sit autoritas illius Rotæ, nemo est qui nesciat, auditores enim illius Rotæ sunt viri consummantissimi, quibus omnia Iura in scrinio pectoris reposita sunt, teste Decio ipso cõs.218. præalleg. Et ita etiã sensisse videtur Deci. ipse cõs.372.vbi Inquit nõ videri quòd dictio (tunc)taxatiua intelligatur,& in d.cons.227.nõ obstante dictione (tunc & eo casu) admisit extensionem. posset contrarium procedere si ita diceretur (in casu prædicto tantum vel solum,) iuxta tradita per Fulg.cons.46 circa finem. Aut si ita diceretur (tunc, & eo casu & non aliter) iuxta not.per Bald.post glo.l.si quidem.C.de exceptio.& ita hanc declarationem ad præmissa posuit Ioan.dilect. Durant. in suo tract.de art.test. tit.de substit. Caut.5. numer.5. Quinimò videtur quòd vlterius non obstantibus dictionibus etiam taxatiuis extensio fieri posset. Nam dispositio loquens in vno casu taxatiuè, extenditur ad alium casum in materia fauorabili.l.illud,& ibi Bar.C.de sacros. eccl.& in.l.si constante, vbi alii communiter.ff.sol.matr.Aret.in.l.venter.ff.de acqui.hæred.sed in substitutionibus fit larga interpretatio tanquàm fauorabilibus prout ait Ias.in.l.i.nu. 59.ff.de vulg.etiam in substitutionibus fideicommissariis,prout ipse tradit cons.203. col.3 uers.non ob.2.lib.2.& Alcia.de ver.sign.lib.3.ch.71 fideicommissa enim censentur fauorabilia tex.est instit.de fideicõ,hære.in prin.ver.tantus fauor, & in.l.cogi,in prin.vers. in ambiguo.ff.ad Trebell.&.l.ex facto §.pen. eo tit.tradit Soci.l.qui duos §.cũ in bello, circa fin.ff.de reb.dub.& Alex.cons.29.li.2.& hoc sine dubio procedit in fideicommissis respicientibus agnationes, & familias, declarat Gozad.consil.89. num.12.& Cur.Iun.consil.22.num.15.uersic.quia tamen.Publicè enim expedit bona agnatis deferri, ut familiarũ,ordinumque dignitas salua sit.l.i. §.publice.ff.de uent. inspi.per diuitias enim conseruatur decus & honor in familiis, teste beato Augustino cum cumulatis per Barb. de succes.ab intest.in Rubrica,& consil.18.libr.2. Ex quibus omnibus clare constat sublatum esse aliud principale fundamentum Decii dict.cons.287.& alibi sæpe super dictionibus (tunc & eo casu) & simil.Quicquid enim de se simpliciter importarent. Attamen cum ex uoluntate testatoris substitutio extendi debet de casu ad casum (ut iam dictum est) debent sic intelligi ut uoluntati testatoris omnino deseruiant, & consequenter ut non impediant substitutionem in occurrenti casu locum habere,& ad hoc facit id quod dicit Barb.cons.21.col.2.uers. & si dicatur lib.2.ubi uult quòd si in dispositione dicatur (tunc, & eo casu) licet talia uerba soleãt extremitatem temporis importare, tamen dispositio uerificatur etiã eo nõ impleto,de quo dicta uerba dicebantur loqui.si ita sit uerisimilis mens disponentium ut ibi per eum,quem ad propositum nostrum inducit formaliter excellentissimus D. Maria.Soci.Iun.consil.106.nume.30.libr.i. Sublatis itaque fundamentis Decii d.cons.287.factis pro parte contra substitutum,corruit eius opinio,& stat opinio solida,& inconcussa pro parte substituti fundata, ex rationibus ibi per Deci.nu. 5.6.deductis & ex aliis multis ultra ipsum Decium superius efficaciter adductis; stat enim illa ratio marmorea, quòd si testator grauauit filium, eodem modo censetur grauasse nepotem ut superius latè dictum est,& quànuis Deci.d.consil.287. conetur respondere quòd argumentum nõ procedat, quia sumus in materia fideicommissi, quæ est odiosa, in qua ideo prohibitio alienandi facta filio, non extenditur ad nepo-

tem. & appellatione filiorum non veniunt nepotes vt per eum, Nihilominus sustinēdo prædicta replicari potest quòd imò in onere fideicómissi appellatione filiorū veniunt nepotes. Nā clarum est, quòd vbi resultaret aliquid absurdū, & durū nisi appellatione filiorū veniunt nepotes, tūc cóprehenduntur nepotes, tradit And. de Pis. Cy. & Bal. in l. Gallus §. instituens, ff. de. lib. & posth. sed absurdū & durū esset quòd deterioris conditionis esset filius quàm nepos l. si viua matre C. de bon. mater. & argumento l. Publius ff. de cond. & demon. Ergo in grauamine fideicommissi appellatio filiorum comprehendit nepotes. Ita per hanc rationem formaliter tradit Alex. Cons. 9. col. 2. vers. ad idem lib. 1. eandem sententiā sequitur Alciat. de verbor. signi. l. liberorum, cui visus est Deci. imprudenter hac in re labi, contra quem etiam consuluit Alex. cós. 1. & in cons. 28. & hoc de plano procedit in fideicommisso respiciente agnationem, & familiā, quia censetur fauorabile vt superius dictū est, & ita quòd in onere fideicommissi appellatione filiorum veniunt nepotes ex prædicta consideratione, tradit Cur. Iun. cons. 3. nu. 6. 11. & in cons. 113. nu. 4. ver. admittentur igitur, & tradit quoque Ias. l. filiusfa. §. Diui nu. 146. 152. ff. de leg. 1. Vbi clare dicit quòd prohibitio alienādi facta filio comprehendit nepotem, quando testator expresse habuit respectum ad conseruationem bonorū in agnatione & familia. Ex quibus fortificatur ratio pro parte substituti superius adducta; & ulterius non progrediendo cum satis superque res fuerit dilucide demonstrata, remanet firma conclusio quòd substitutio facta in casu quo. C. Gaspar decederet sine liberis masculis uerificatur etiam in casu, quo ipse decessit relicto filio. C. Francisco, qui tamen decessit sine liberis masculis, ex coniecturata voluntate testatoris, iuxta consil. Castellio. Fulg. Cuma. Decii Corn. Curt. Iunior. Socin. & solennem decis. Guid. Papæ dicta. q. 531. Constat enim extensionem fieri posse de casu ad casum, in quo idem testator respondisset si de eo cogitasset & fuisset interrogatus glo. l. tale pactum ibique nume. 3. ff. de pact. At si aliqua Dei immortalis dispensatione prudentissimus, & sapientissimus noster testator à mortuis excitatus statueretur ante oculos, breuique lucis usura ad iudicium istud demitteretur, ut posit interrogari nunquid isto casu fideicommissum inducere uoluerit, quid credimus responsurum? Nempe uoluisse, hoc sensisse, & ne tenuissima quidem dubitatio esse posset enixum amorem, & dilectionem erga agnationem, & familiam suā conseruandā adeo clare perlucide ac expresse ostendisse. Denique sapientissimū D. Iudicem non scripti sui recitatorem, sed uoluntatis interpretem fore putasse. Quā quidem cōclusionem ex voluntate testatoris cōtra scriptū Romæ priscis temporibus cōtra scæuolā Crassus in cl.^ma causa Curiana in Centumuirali iudicio, summo concursu hominū, atque incredibili expectatione defendit, & obtinuit. Refert Cicero de Orat. li. primo & in Bruto & in Orat. pro Cæcinna, & Quintil. lib. 7. c. de statu ex scripto & uoluntate, Nō enim iuris ciuilis ratio ab æquitate est seiungenda prout Cicer. d. Oratio. pro Cæcin. laudat in. C. Aquil iurisconsulto.

Post absolutum cons. reperi in terminis terminantibus elegantissimum D. Hieronymum Gratum Bononiens. qui secundum hāc partem pro substitutis egregiè respondit consil. 5. libr. 2. ubi tamen circa euitationem decis. Oldr. dicto. consil. 21. cum concord. nullam mentionem fecit de Castellio. Fulg. Cuma. Cor. Cur. Iun. Socin. & Guid. Papæ superius adductis.

DVbium resumptum ex illo fundamento super extensione non facienda de persona ad personam, est tactum in consexhibito vbi pro resolutione adduxi Iaso. & Fortunium, Nunc addo pro maiori dissolutione eundem Iaso.cons.148. col.3.ver.quarto facit lib.2.vbi refert & sequitur dictũ Ang.in §.& quid si tantum, tã quã notabile, quòd dispositio testatoris facta in vno casu, vel in vna persona semper extenditur ad alium casum, & ad aliam personã, si ex coniecturis colligi posit, quòd testator idem disposuisset, si fuisset interrogatus. Addo solennem doctor. Gallicum Barthol. Cassaneũ cons.67.num.46.ver.quoniam ad prædicta, vbi expresse reprobat Aret.& sequitur Ang.& Iaso. Addo Reuerendis. Parisiũ cons.50.nu.54.lib.3. vbi reprobando Aret.& Decium sequitur Ang.Iaso.Fortu.& Crottũ. Addo Mantuã cõs. 22.num.9.72. Denique ex scriptis per Gratum cons.5.lib.2.præallegato, colliguntur quinque solutiones, quarũ aliquæ cadunt in proposito. Præterea considero quòd hic non tractatur de extensione personæ substitutæ, & ita res planius procedit, iuxta notat. per Bar.l.Gallus in princ.num.9.vers.præterea, vbi inquit quòd substitutio facta in vnum casum porrigitur ad alium respicientem personam eius, cui facta est substitutio non autem si respiceret personam substituti, & cum illa solutione Bar. videntur omnes pertransire, & eam sequitur Guid.Papæ cons.22.num.6.ver.in aliis, & sentit tacitè Cur.Sen.cõs.51.col.fin.ver.maximè vbi semper remanet eadem persona substituti. Et si instet quispiã quòd dictũ Bar.nõ procedit quando variaretur persona eius, cui substituitur, Replicatur primo quòd possumus dicere hic non variari personam eius cui substituitur, Intelligendo quòd censeatur facta substitutio. Co. Gaspari sub duplici conditione si decesserit sine filiis & filii sine filiis, iuxta notat per Alex. in l.centurio num.94.& per alios allegatos in cons.exhibito: Secundò dico, & quidem clara voce, quòd imò, & si variaretur persona eius, cui substituitur, Attamen adhuc verificatur substitutio, Et ad hoc probandum adduco expressam Decisionem Bart. communiter approbatam in.l.quamdiu institutus num. 10.vers.quæro iuxta prædicta.ff.de acquir.hæred. Et ita reperi postea Ripam in.l.i.nu.92.ff.de vulg. & pupill. qui facit mentionem de Bar.d.l.Gallus, in princ.præalle.& de prædicta intelligentia de variatione personæ eius, cui substituitur, & ad probãdũ quòd verificetur substitutio licet varietur persona eius cui substituitur allegat prædictã deci.Bar.d.l. quãdiu, Quid igitur volumus? quid expectamus amplius? Et præallegatam decisionem sequitur Deci.ipse cons.427.vbi loquitur in casu, quo inerat conditio si sine filiis, & in princ. adducit Oldra.dicto cons.21.cum concord.& tamen non obstante quòd decesserit cum filiis, consuluit pro substituto, secundum prædictam decis.& in eodem casu subscripsit Soci.Iun.cons.42.lib.1.idem consuluit Deci.cons.238.& Iason. cons. 132.& solenniter cons.148.lib.1. vbi expresè sequitur Ang.quòd fiat extensio de persona ad personam, & ita in hoc vltimo, Iason concordat in eo, quod tenuit legendo, & ideo eius authoritas per hac parte est assumenda. Est itaque resolutum, ex omnibus præmisis fundamentum oppositum & stat conclusio confirmata, quòd nõ obstante decis. Oldradi. cons.21.cum concord. loquent. in casibus, inquibus non aderant ea, quæ in casu nostro adsunt, substitutio sit verificata. Nam & si decisio Old. esset vera in illis puris & simplicibus suis terminis (de quo tamen dixi in consilio) Adhuc non obstat, quoniam adduxi plures authoritates summorũ Doctorum limitantium decisionem Oldra.non procedere in casu nostro. Vnde eæ authoritates sunt sequendæ, videlicet Decius cõs.477.col.fin.uers.non obstat. vbi ait quòd in cõtrariũ allegata haberent locum, quando testator apposuisset simpliciter conditionem, si decederet sine liberis. Idem Deci.cons.270.col.fin.ver.non obstat quòd substitutio. vbi loquitur quandò testator voluit conseruare bona in agnatione, & familia. Corne. cons.

cons.146.num.4.uers.& quòd institutis filiis, iuncto nu.21.uers.& similiter nō obstat lib.2.Curti.Iuni.cons.121.col.5.num.15.16.& cons.3.num.6.11.& cons.116.nume. 10. vers.nam esset satisfactum iuncto vers.istud nunquam admisi, & cons.54.num.4. ver. tamen fideicommissum inducitur.Soci.Senior cons.250.col.3.num.4.vers. Secunda venit, & col.4.vers.ostenditur clarè, & ver.præterea adiicitur, & col.5.ver.infertur & secūdo non obstare dicta. Et denique decisio Delphinalis Guid.Papæ.q.531. vbi extat solennis decis.in terminis, quòd substitutio facta in casu quo Stephanus decederet sine liberis masculis, verificatur etiam in casu, quo Stephanus decesit relicto filio masculo, qui tamen posta decesit sine filiis, vt ibi. Hæc sola certè decisio sufficere debet. Sed adhuc vltra iam allegata. Addo Parisium consil.90.numer.39.versic.non obstat & cons.57.num.22.versi.non obstant, vbi consuluit in causa Patauina, & cons. 75.numer.60.64.libr.2.vbi in alia causa Patauina, & consil.1.numer.46.47.libr.3. Addo Crottum.§.Diui, num.127.vers.tenendo tamen.ff.de leg.primo. Vbi refert cō suluisse quòd substitutio facta filio sub conditione si moriatur sine liberis, cōprehendit nepotem, ideo dicto nepote mortuo sine filiis, admittetur substitutus. Postremo addo quód quāuis Crauetta con.98.si titubauerit cōtra eū tamen in eodem casu luculenter, & affirmatisimè consuluit Gratus dicto consil.5.libr.2.præalleg. Et ipse idem Crauetta postea sequutus est hanc limitationem ad consilium, & decis. Oldradi. Ferrariæ, vt apparet in suorum consiliorum volumine secundo, consil. vltimo nu.16.vers.ideo nos sumus. Sed quid attinet de re tam aperta ex præmisis plura requirere? Et quid ego pluribus testibus vtor, quasi res obscura aut dubia sit? Præsertim cum agatur apud hominem omnium & disciplina iuris eruditisimum, & ingenio prudentiaque acutisimum cui vereor ne aut molestus sim, aut ne sententiæ suæ videar diffidere, si de tam perspicus rebus diutius disseram.

DVbia, iuxta laudabilem consuetudinem, per clarisimū, & iustisimum D. iudicantem circa fideicommissum Com.Francisci data, negari non potest, quin sint subtilia, Veruntamen eis nō obstantibus, permaneo in sententia, et quanquam non ignorem ipsum clarisimum & iustisimum .D.Iudicantem ad dubia certum, per se, scire responsum, Nihilominus non nulla adducam, perstrictim tamen, reor enim dubia ipsa satis fuisse resoluta ex deductis in consilio exhibito.

Totum dubium hùc deducitur, quòd limitatio ad decisionem Oldra. fundata super digressu ad plures gradus substitutionū, superque tacita & expressa ratione cōseruādæ agnationis & familiæ per rationes & authoritates plene adductas in cōsil. exhibito, nō videātur posse subsistere, duplici fundamento principali: Primo quasi ille digresus ad plures gradus substitutionū, illaq; tacita & expressa ratio cōseruāde agnatus & familiæ intelligātur vt loco habeant si Com. Gasp.sine filiis decederet. Secūdo quasi illa verba(tunc & eo casu, adueniente casu prædicto modo & forma quibus supra)impediant fieri extensionem: Sed ad primum responsum fuit & respondetur quòd imò limitatio ad decisionem Oldra.fundata super digresu ad plures gradus substitutionū, superque tacita & expressa ratione conseruādæ agnationis & familiæ, optimè subsistit vt per Deciū, Curtiū Iuniorem, Socinum, Corneum, Papæ, & Gratum egregiè, de quibus in consilio exhibito. Adde Socinum, cons.26.in princ.vers. nā prima, iuncto num.5.versic.sic ego, & num.6.vers.per quos agnatio, & familia, lib.4. Adde Crauettam. cons.113.nu.3.vers.ergo si testator, iuncto num.5.vbi refert & sequitur Decium, & Curtium Iunior. præalleg.consil.121. Nec obstant rationes Alexandri allegato.cons.139.li.6. Nā prima ratio quòd si deficiat conditio quo ad primā substitutionem, non est locus sequenti substitutioni, per decisionem Oldr.cons.177.non est vera

est vera in terminis substitutionis fideicommissariæ, circa enim illum articulum cõtrouersum, vera & communis resolutio est quòd decisio Oldrad. in terminis substitutionis fideicommissariæ non posit procedere, ita magistraliter distinguendo quattuor casus declarat Socin:inter consilia Cornei.consil.298.lib.3.quòd consilium fuit approbatum & confirmatum per Dominũ Ioannem Baptistam de Caccialup. & ibi refert Bald. & quamplures alios consuluisse pro ista opinione, & idem ibi sequitur Corn.in sua subscriptione: Eandem conclusionem sequitur expresse Decius consil. 427. vbi videtur loqui in nostris terminis, cui quidem consilio latè subscripsit. Socin.Iuni.consil.92.lib.1.& secundum illud consiliũ fuit iudicatum, vt attestatur idem Socin.Iuni.consil.94.numer.50.lib.1. Eandem conclusionem sequitur idem Socin. Iuni.consil.181.numer:47.libr.2. vbi addit Curt.Senior.Iason.Beltrand. Curt. Iuni. & Cassane: eandem opinionem amplectitur Alexandrinus.consil.104. vbi refert ita aliàs consuluisse Illustrifs.præceptum suum.Dom.Carolum Royn:& denique idem tradit Polit.in tracta.substitutionum: ex quibus patet hanc esse veram, & communem opinionem in consulendo, & iudicando sequendam vt inquit Ias.consi.148.lib. 1.& in.l.1.num.29.ff.de vulg.& pupill.vbi attestatnr sæpe, & sæpius consuluisse contra Oldra.& quòd adhuc consuleret idem, ibique refert Alexandrum hanc partem tenuisse conf.1.lib.1.& idem refert Decius d.conf.427.est igitur sublata prima ratio Alexandri.d.cõs.139.li.6. Secũda vero ratio sua, quòd quãdo verba aliquo modo ex propria vel impropria, seu larga significatione nõ possunt adaptari ad coniecturã dã mentem testatoris, tũc nullo modo attenditur mens testatoris, minus defendi potest, quia licet uidere in infinitis iuribus, substitutionẽ fideicõmissariã uerificari, etiã si uerba omnino deficiãt, vt in.l.unũ ex familia.§.fina.ff.de leg.2.& in.l.hæredes mei .§.cum ita.ff.ad Trebell.cum infinitis similibus, quæ in terminis congerit Socinus.di cto consil.26.libr.4. sublatum est itaque consilium Alexandri. & certe Roynus dicto consil.153.uidetur recedere ab Alexandro, quando affuisset digressus ad plures gradus, ut patet nu.6.uersic. & propterea constat: Quinimo reperio quòd ipsemet Alexandr.in illis propriis terminis contrarium expresse voluit, vt patet consil.3.col. fina.versic.posito autem quòd testator.lib.3.vbi expresse sensit, quòd per illa verba, (& sic voluit hæreditatem suã deuenire in lineam masculinam) testator videatur voluisse grauari filios filiorum decedentes sine liberis:& quanquã ipse attentare videatur quòd testator eos grauare non potuerit, attamen nõ audet hoc firmare, & recte fecit, & in casu nostro cessat ista difficultas, quia ostensũ fuit in cõsilio exhibito quòd testator potuit grauare Comi.Franciscũ nõ, repeto. Ad secũdũ autem fundamentũ principale responsũ fuit & respondetur quòd imò illa uerba, (tunc & eo casu)(adueniente casu prædicto,) nõ impediunt fieri extensionem, iuribus, rationibus, & authoritatibus, luculenter(ni fallor)adductis in cõsilio exhibiio: Adde Cur.Seniorem cõs.75.nu.14.Gratum conf.106.nu.24.li.2. Nec refragantur quoque illa verba(modo, & forma quibus supra)est enim aduertendũ quòd vera intelligentia illorũ verborũ est declarare modũ & formã, quibus Co.Guido, eiusque linea masculina generaliter & in omnẽ casũ admissus, & admissa habeat succedere in dicta hæreditate, videlicet quo ad vsufructũ. quo ad prohibitionẽ alienationis, quo ad diuisionẽ, quo ad solutionẽ dotiũ, legatorũ, debitorũ, quo ad prohibitionẽ Trebellianicæ, quo ad maioritẽ natus, & his similia; nõ autem restringere substitutionẽ ad illũ casũ præcisũ, quo.C. Gaspar decederet sine filiis:& quòd ita sit intelligendũ, ostenditur manifeste, Nã vna pars testamenti alterã declarat.l.qui filiabus.ff.de leg.primo. Sed illa verba ita intelliguntur in illa parte testamẽti dũ in principio testator Co.Gaspari decedẽti sine filiis substituit.C.Theseũ, si ipse tũc uiueret hoc modo & forma, videlicet quod vsufructuare

posit, &c. vbi patet illa verba (modo , & forma) intelligi ,& declarari quo ad vsufructum , prohibitionis alienationem &c. nec intelligi posse vt restringant substitutionem ad illũ casum quo Com. Gaspar decederet sine filiis, quoniã de illo casu tũc testator loquebatur, & disponebat; Ergo pariformiter ita intelligenda sunt dicta verba in prædicta alia parte testamenti : Confirmatur præmissa intelligentia , quia ita illa verba intelliguntur etiam in illa alia parte testamenti , dum testator deficiente linea suprascript. C. Thesei, &. C. Guidonis substituit lineam. C. Caroli , &. C. Ludouici videlicet maiorem natu alterius ipsorum. C. Caroli , &. C. Ludouici modo , & forma ac ordine suprascriptis , vbi patet illa vestra (modo, & forma ac ordine suprascriptis) intelligi ac declarari quoad vsufructũ, prohibitionem alienationis maioritatem natu, &c. nõ autem intelligi quòd restringant substitutionem ad casũ quo Co. Gaspar decederet sine filiis, Ergo, &c. quòd autem non intelligantur quòd restringant substitutionem ad casũ quo. Com. Gaspar decederet sine filiis demonstratur, nã illa verba, (deficiente vero linea) tanquam indeterminata , & sine tempore intelliguntur , quandocumque deficiente dicta linea , & sic non restringuntur ad tempus mortis Com. Gasparis , sed ipsa verba important , vt & si fuerit admissa dicta linea , attamen ipsa postea deficiente quandocumque locus sit substitutioni lineæ. C. Caroli, &. C. Ludouici , prout expresse declarat Socin. l. solemus. col. final. ibi, deficientibus liberis. ff. de cond. & demõ. Vbi ait ita cõsuluisse, & quòd idem postea consuluit Alexand. & uerè ita Alexan. consuluit, vt patet consil. 43. li. 3. refert & sequitur Deci. consil. 585. in fina. Et idem in simili tradit Corn. consil. 226. numer. 3. versic. quod autem filius lib. 4. vbi illa verba (si non viueret) intelliguntur, quandocumque non viueret : & idem in alio simili tradit Calcan. consil. 104. col. final. cum sequentibus consil. vbi ista uerba (non extantibus) intelliguntur quandocumque non existerint: Ergo illa verba (modo & forma ac ordine suprascriptis,) nõ intelligũtur quòd restringant substitutionem ad casum quo Com. Gaspar decederet sine filiis , quia illa verba (deficiente linea) refragantur tanquam indeterminata indefinita non restricta ad tempus mortis Com. Gasparis ; Et quanquam prædicta sint ex se clara , attamen ne desit etiam authoritas in terminis, quòd fideicommissum iniuctum filiis trahatur ad nepotes, dato quòd non appareat testatorem grauasse nepotes , & præsupposito , quòd in superioribus non sit prouisum in casum , de quo agebatur ; illa quidem expressa ratione conseruandæ agnationis, & familiæ , non obstantibus illis verbis in fine appositis (prout supra,) egregiè tradit post alium eximium Consultorem Curt. Iunio. consil. 43. col. final. versic. non obstat etiam, vt ibi per eum : Et idem in simili tradit Gratus consil. 109. numer. 64. versic. Nec obstat libr. 2. Vbi inquit, quód uerbum(& vt supra,)nõ habet relationem ad superiora , nec denotat testatorem voluisse substituere sicut fecit in superioribus. sed refertur ad illud verbũ(in capita , & non in stirpes) vt ibi per eum Ex quibus patet quòd causa prorsus, quòd dubitari posit nihil amplius habeat : & stat conclusio late firmata in consilio exhibito.

REQVISITVS , vt pro resolutione dubiorum , è more laudabili , in nobilissima Sessia causa datorum, scriberem, equidem non nihil sum reluctatus, propterea quòd planè scirem ad dubia excitata dubitantem, ex se ipso, certum posse

posse reddere responsum. Nihilominus, vt efflagitantibus morem geram, perstringam aliqua.

Igitur principio, pro fundamento solido præmittendum est, quòd (prout docebat Quintilianus instit. Orat. li. 7. cap. De statu ex scripto & volũtate) scripti & voluntatis frequentissima quæstio est, & pars magna cõtrouersiæ iuris hinc pendet, & quã quam in legibus, & contractibus sæpe eiusmodi controuersia oriatur, attamen in testamentis sæpissime illa accidit, & maxime circa materiam fideicõmissorum; sub eo itaque statu generalis fit quæstio, scripto an voluntati standum sit, vnde inferendo ad speciem propositam. In hoc iudicio in quo tractamus de fideicommisso. q. Illustris Com. Francisci Sessii. Senior. & scripti, & voluntatis quæstio, equidem prius generaliter quærendum est, scripto an voluntati testatoris magis standum sit, & profectò respondetur in testamentis ac fideicommissis standum esse magis voluntati quam verbis, plures leges possent ad hoc allegari, at sufficiat ille tex. egregius in. l. quisquis mihi. ff. de verb. signi. vbi ait, quòd cum Labeo videatur verborum figuram sequi. Proculus verò mentem testatoris, proculdubio Labeonis sententia nõ est vera. & tex. aureus in. l. hæredes mei §. cum ita, versic. prima quidem facie propter conditionis verba admitti non videbatur, sed cum in fideicommissis voluntatem spectari conueniat absurdum esse respondi, &c. ff. ad Trebell. cum similibus vulgaribus cumulatis pulchrè per Ias. cons. 52. col. 4. vers. secundo principaliter lib. 3. ubi inter alia alleg. celebre dictum Alex. cons. 100. num. 5. lib. 4. qui magistralitater dicebat quòd materia fideicommissorum est taliter fundata in voluntate defuncti, quòd quibuscunque verbis, coniecturis, seu præsumptionibus potest apparere, sufficit ad inducendum fideicommissum, & hoc sequebatur Curt. Iun. consil. 121. num. 10. ubi ait in terminis, standum esse coniecturæ, quæ elicitur ex eo quod est expressum, & subdit hoc esse, quòd dicebat tex. in. l. vnum ex familia. §. si omissa. ff. de leg. 2. quòd si omissa fideicommissi verba sint, & cætera, quæ leguntur cũ iis, quæ scribi deberunt, cõgruant, rectè datum & minus scriptum intelligitur, & ait Curt. Iun. illum tex. iudicio suo, semper habendũ esse ante oculos, & magis credendũ esse illi text. quã doctoribus dicentibus stãdũ esse verbis. Hinc ipse attestatur ibi nu. 10. ver. ego autẽ, se in materia fideicõmissorũ solitũ esse semper inhærere volũtati testatoris, & secũdũ præmissa nouissimè cõsuluit Soc. Iun. cõs. 75. nu. 32. li. 2. vbi inquit ex præmissis a verborũ cortice recedendũ esse, & hãc partẽ defendit elegãter Fortun. in §. qui si tantũ nu. 165. vbi ait quòd doctrinæ modern. Alex. & Ias. in. l. 3. C. de li. præter. dũ volebãt, quòd quãdo uerba proprie vel improprie nõ exprimũt voluntatem, quã dicimus fuisse testatoris, nõ debeat attendi allegata volũtas, nõ videntur æquitatẽ habere, nec iustitiã: & pernitiosè eas ponũt, & reperio nouissimè Clarissimũ Torniellũ in sua solenni repetio d. §. cũ ita. ff. ad Trebell. eãdem sententiã post lõgã, & subtilẽ examinationẽ tueri post Fortu. nãq; nu. 22 circa primũ, tãdẽ cõcludit quòd lex hoc induxit specialiter in fideicomm. quòd sola volũtas sufficiat ad inducendũ fideicõmissũ, quãuis verba illã nullo modo significẽt, vt in illo tex. & ut latius per eũ ibi, ubi obiecta resoluit, Ex quibus omnibus fũdata remanet propositio, in testamẽtis & fideicõ.[is] standũ esse uolũtati magis, quã scripto; & hãc cõclusionẽ pro uolũtate testatoris cõtra scriptũ cõstat priscis tẽporibus Romæ, in nobilissima causa Curiana in Centũuirali iudicio, sũmo concursu hominũ atq; incredibili expectatione cõtra Scæuolã Crassum defendisse, & obtinuisse: refert Quintilian. loco præallegato. in testamentis (inquit) & illa accidunt, ut uoluntas manifesta sit, scriptum nihil sit, ut in iudicio Curiano, in quo nota. L. Crassi, & Scæuolæ fuit contentio, substitutus erat hætes si posthumus ante tutelæ suæ annos decessiset, non est natus, propinqui bona sibi uendicabat, quis (inquit) dubitaret, quin ea

voluntas fuisset testantis, vt is nō nato filio hæres esset qui mortuo, sed hoc non scripserat, refert & Cicero de Oratore lib.1.& in Bruto.& clarius in Orat.per Cecinna, & nouissime cōmemorat Claud.Cantiunc.in tract.de officio iudicis.cap.de iure controuerso num.18.& Illustris Alciat.Parerg.li.10.cap.24.vbi ait hodie litem illam esse aperte diremptam ex diui Veri & Marci constitutione.l.4.ff.de vulg. & pupill.sicque omnem illam altercationem veterum sopitam esse, qua lege constat approbatam fuisse opinionem Crassi contra Scæuolam. Hæc ibi Alciat. & merito quidem Crassus obtinuit. Non enim uerba testamentorum captanda sunt, sed voluntas inspicienda, vt etiam in toto iure ciuili interpretando obseruari debet, secundū pulcherrima Pau.Iuriscons.sententiam.l.pen.ff.ad exhib. Respondit enim non oportere ius ciuile calumniari neque verba captari, sed qua mente quid diceretur animaduertere conuenire: Quæ quidem fuerat prius Ciceron.sententia in d.Orat. pro Cecinna dum.C.Aquilium iuriscons.laudauit, quòd nūquam iuris ciuilis rationem ab æquitate seiungebat, & ita speramus & confidimus facturos hos præstantissimos.DD. Iudices in hac causa. Hoc itaque fūdamento præsupposito patet resolutio illius opponis (hoc casu non loquitur substitutio) vt per Socin.in d.cōsil.62.num.7.lib.3.& alibi passim quasi standum sit præcise verbis, Nam ex præmissis manifeste constat in fideicommissis, & si verba omissa sint, & deficiant, imò contra verba ipsa, & mente & uoluntate testantis, substitutionem in alio omisso, diuerso, & contrario casu verificari, & attendi; & possent infinita exempla proferri, ni res prorsus clara, & indubia esset quare, &c. Restat nunc aggredi ad oppositionem illam in specie in qua pendet tota machina, & omnis difficultas presentis iudicii, scilicet super cons.Oldra.21.& quā plurium sequacium, quòd substitutio facta filio decedenti sine filiis expirat, moriente filio relictis filiis, nec amplius reuiuiscit, licet illi filii nepotes, postea moriantur ipsi sine filiis, & super illis uerbis, (tunc, & eo casu adueniente) (adueniente casu prædicto, &c.) iuxta not.per Bal cons.57.nu.2.lib.2.& quamplures sequaces, & super illis uerbis (hoc modo & forma, &c.) ex quibus omnibus simul iunctis & geminatis uidebatur corroborari Decisio Oldra.& sequacium in casu nostro. Resoluendo igitur fundamentum principale consil.Oldrad.21. In primis attentari posset, quòd illa decisio in suis terminis propriis authoritatem triū subtilissimorum Doctorum, qui contrarium consuluerunt, videlicet Castellion.Fulgos.& Cuman. Nanque testator quidam hæredes instituerat filios masculos, & disposuerat, quòd si decederent sine filiis masculis bona peruenirent ad fratrem testatoris, euenit casus quòd isti filii decesserunt relictis filiis, & postea illi nepotes decesserant nullis superstitibus filiis, Quærebatur an locus esset fideicommisso, & prædicti Docto.omnes Responderunt quòd sic. mouebantur inter alia per tex.d §.cum ita.ff.ad Trebell.Ita refert ibi Pet.de Besut.qui tamen subdit quòd ille tex.probat contrarium, & quòd vidit in contrarium consilia Doctorum. Sed certe ille tex.bene probat intentionem illorum trium acutissimorum consulentium præalleg.ita inducendo, dicitur ibi, quòd in fideicommissis testatoris voluntas spectanda est, non verba, At testator si grauauit filios onere fideicommissi, ergo eadem & fortiori ratione nepotes grauare voluit argum.l.si viua matre.C.de bon.ma.l. Publius.ff.de cond.& demo.Extat igitur in indiuiduo authoritas & decisio trium sūmorum Doctorum contra consil. Oldra.21.quorum nullam hucusque mentionem fecit Decius aut aliquis alius sequens simpliciter cons. Oldr. 21.præalleg. Sed quicquid sit in illis puris, & simplicibus terminis, in quibus loquuntur Doctores prædicti, & esto quòd tunc militaret decisio, & consil.Oldra. Attamen in casu nostro, in quo euidentissimè constat de voluntate testatoris enixè volentis bona sua conseruari in sua nobilissima familia Sesia, prout manifeste legitur in ipso testamento

stamento. Equidem res caret omni dubitatione, & proculdubio in casu nostro decis.& consilium.Oldr.limitatur non procedere secundum quamplurimas decis. & consilia Doctorum nostrorum inferius in propriis terminis allegandorum. ita decisio.& consil.Oldr.limitantium: De voluntate vero testantis apparet; Primo quia prudentissimus, & sapientissimus testator in institutione prætulit masculos filiabus fæminis,& deinde in substitutionibus sæpe idem fecit, ex quibus videtur respexisse ad agnationem & familiam,iuxta notab.dictum Ioa.And.in addit.Specul.tit.de testam. Sed quid plura? testator ipse hoc expresè declarauit,dum prouidit quòd deficiente linea masculina,fæmina maior natu accipiat vnum nobilem in maritum,qui se vocari faciat de domo & familia Sessiorum,iuxta.l.facta.§.si in danda.vers.si vero nominis ferendi conditio ff.ad.Trebell.& inl.hoc iure §.fi.ff.de donat.& per docto. alibi sæpe in consiliis & pulchrè per Bened.cap. Raynutius, versic. Raynutius de Clera numer.44.& seq.de.testam. Cum igitur appareat testatorem omni conatu respexisse ad conseruationem bonorum suorum in familia,& agnatione, sequitur necessario eum voluisse inducere fideicommissum omni casu. qui enim vult consequens vult necessariũ antecedens l.denique §.Interdũ ff.de lib.leg.Nõ enim bona necessario cõseruarentur in agnatione,& familia si bona libera,nec fideicommisso obstricta censerentur,et ita arguit Dec.cons.23.col.1.& cons.38.co.3.& alibi sæpe.& per hãc rationem & considerationem,quòd ex eo, quia testator respexit ad agnationem & familiã,fideicõmissum iniunctum vno casu.verificetur etiam in casu non expresso imò penitus contrario casui expresso,tradit idem Dec.cons.227.nu.7.& maxime quando ratio agnationis & familiæ fuit expressa, vt tradit & declarat Dec.idem cons.315 nu.6.vers.preterea; Cõfirmantur promissa quia testator noster digressus est ad plures & ferè infinitos gradus substitutionum, Ex quibus apparet enixa testatoris voluntas, & ad hoc facit optime Ias.consil.140.col.4.versic.mens autem.lib.2. Vbi ex mente testatoris, qui voluerat quòd hæreditas sua perpetuo remaneret in agnatione & familia de Pelletis vsque quo reperiretur aliquis de Pelletis, Ias.arguit et inquit fæminas non facere deficere conditionem si sine liberis,ne vno verbo subuerteretur tota illa voluntas testatoris per tot gradus substitutionum in agnatione de Pelletis discurrens, & quia testator expressè disposuerat quòd dicta hæreditas esset inalienabilis,& perpetuo vocaretur hæreditas de Pelletis, sic in proposito nostro arguendũ & dicendum est, & pro hoc dicto Ias. facit tex.l.si quando,vers.huiusmodi verbo totam obseruationem testamentorum multis vigiliis excogitatam velle euerti.C.de in offi. testam. & cum Ias.concordat Beltrand. cons.36.numer.2.versic.Cum enim substituerit libr.2.vbi in simili casu,quo testator digressus fuerat ad substitutiones plurium gradum.arguit, & inquit non esse verisimile quòd propter solam superexistentiam illius Guidonis, testator voluerit substitutionem vacare quo ad alios,& sic rumpi & in nihilum deduci illam longam prouisionem per eum factam. Sic in proposito dicendum est,& ad oppositionem factam quòd non fiat extensio de persona ad personam etiam ex tacita,& verisimili mente testatoris iuxta not per Areti.l. Gallus.§. quid si tantum ff.de lib.& posthum.cum sequacibus. Respondetur ex præmissis regulam Areti.non subsistere, & merito Ias.in.l. Ticius.§.lucius nu.7.ff.de lib. & posthum,post Ange.reprobat in hoc Aretinum,& idem Ias.contra. Areti.consuluit sæpius, cons.148.col.3.ver.quarto facit lib.primo & cons.154.col.4.ver. confirmantur optimè per illud quòd egregie.tenet Angel.lib.4.& late Fortu.in d.§.quid si tantum nu.86.confundit Aretinum & Cassaneus cons.67.nu.46.vers.quoniam ad prædicta,vbi expresse reprobat Areti.& sequitur Angel.& Ias.& Paris.cons.50.nu:54. lib.3. Vbi reprobando Areti.& Deci.sequitur Angel.Ias.Fortun.& Crott.Idem cõ-

ſuluit Mant.conſ.22.nu.72.& Conſiderandum eſt quòd hic non tractatur de exten ſione perſonæ ſubſtitutæ, vnde res planius procedit iuxta not.per Bar.l. Gallus in princ.nu.9.ver.preterea,vbi inquit quòd ſubſtitutio facta in vnum caſum porrigitur ad alium reſpicientem perſonam eius,cui facta eſt ſubſtitutio, non autem ſi reſpiceret perſonam ſubſtituti,& cum illa ſolutione Bar. uidentur omnes pertranſire, & eã ſequitur Guid.Papæ.conſ.22.nu.26.verſ.in aliis,& ſenſit Cur.ſen.conſ.51.col.fi verſ. maxime vbi ſemper remanet perſona ſubſtituti & ſi dicatur quòd Bart. non procedit quando variaretur perſona eius, cui ſubſtituitur, Reſponderi poteſt primo tenendo hic non variari perſona eius, cui ſubſtituitur, intelligendo quòd cenſeatur facta ſubſtituto Com.Gaſpari ſub duplici conditione ſi ipſe decederet ſine filiis vel ſi lii ſine filiis,iuxta inferius dicenda; ſecũdo reſpondetur clariſsimè quod imò & ſi variaretur perſona eius,cui ſubſtituitur,attamen aduc verificatur ſubſtitutio fideicom miſſaria ex mente teſtatoris, & ad hoc probãdũ adduco expreſſam deciſionem Bar. communiter approbatam in.l.quamdiu inſtitutus nu.10.verſ. quæro iuxta predicta ff.de acqui hæred. & ita reperio Rip.in.l.1 nu.92.ff. de uulg. & pupill.facientem expreſſam mentionem Bar.loco prealleg.& ad probandum quòd verificetur ſubſtitutio licet varietur perſona eius, cui ſubſtituitur, Rip. alleg.predictam deciſ. Bart.d.l. quamdiu, quam etiam approbat Dec.conſ.427.vbi loquitur in caſu, quo inerat cõditio,ſi ſine filiis,& primo adducit Oldra.d.conſ.21.cum ſequacibus, & tamẽ non obſtante quòd deceſsiſſet cum filiis,aduc conſuluit pro ſubſtitutio,& in eodem caſu illi conſilio decii ſubſcripſit Soc. Iun.conſ.42.libro primo & ſecundum eandem decis.reſpondit ſolenniter Ias.in.d.conſ.148.lib.primo & Doct.alibi ſæpe:qua deciſione commumi ita ſtante, neceſſario labefactatur regula Aret.& nouiſsime contra Areti.conſuluit Soci.Iun conſ.129.nu.35.verſ.ſed ex abundanti lib.3.vbi tradit quinque reſponſiones ad dictam regulam Aret. quarum aliquæ cadunt in propoſito vt ibi videri poteſt, Nõ obſtat etiã oppoſitio de conditione voluntaria impediente extenſione iuxta not.in.d.§.quid ſi tantum, reſpondetur enim quód imo ex mente teſtatoris fit extenſio etiam in conditione voluntaria not.Soci.d. §.quid ſi tãtum nu.6.& tradit Dec.in l.ſi mater num.2.C.de inſti.& ſubſt.& in Rubr. de prob & in.d.conſ.227. nu.12 & conſ.427.nu.11.& alibi ſæpe & late defendit Fortun.d §.quid ſi tantum,nu. 121.& idem ait illuſtris Alciat. de verb.ſignif. li.3,fol 82.85.88.& quando teſtator reſpexit ad conſeruationem bonorum in agnatione & familia tradit Soci.Iun.conſ.145 nu.32.li b3. Poſtremò quando conditio voluntaria non pendet ex facto honorati, ſed ez facto fortunæ.tunc poteſt extendi, ita limitat Lancellot.deci.in.d.§. quid ſi tantũ uerſ.octaua ſit concluſio,vbi ait hanc Aret.eſſe limitationem pulchrã.Non ob.illud fundamentum quòd teſtator grauans filios non cenſetur grauare nepotes iuxt. Dec. conſil.95.cum concord.quia reſpondetur quod in contrarium eſt dictum Bar.in au then.ex cauſa nume.7.C.de libr.præter.vbi inquit quòd huic opinio.conſonat volũtas defuncti, ſi enim filium ſuum(inquit ibi Bart.)qui erat in primo gradu grauauit legatis,multo magis eſt præſumendum, quòd grauaſſet nepotem, qui erat in gradu vlteriori,& qualiter intelligi debeat hæc materia, declarat Alciat.l.liberorum.ff.de verb.ſignif. vbi inter cætera inquit ſibi videri Dec.d.conſ.95.imprudenter hac in re labi.& contra Deci.conſuluit Alexandrin.conſ.primo nu.11.& conſ.28.num.9.verſi. imò etiam,& hoc de plano procedit in fideicommiſſo reſpiciente ad agnationem,& familiam hoc enim caſu in onere fideicommiſsi appellatione filiorum veniunt nepotes,ita declarat Curt.Iun.conſ.3.num.6.11.& conſ.114.num.14.verſi.admittatur igitur,& egregiè Alcia.d.l.liberorum ver.quod & reſponſum eſt, vbi atteſtatur,ita contra quàm Ias.reſponderat ex facto iudicari vidiſſe,Et eodem modo reſpondetur illi

obie-

obiectioni quòd prohibitio alienãdi facta filiis non extendatur ad nepotes.§.nos igitur,in aut.de resti.fid.nam id limitatur non procedere quando testator expresse habuit respectum ad cõseruationem bonorum in agnatione & familia,vt post alios tradit Ias.in §.diui nu.146.152.ff.de.leg.primo.& Alciat d.l.liberorum,vers.quod multo magis dicendum est.Præterea male arguitur de illo tex.in.d §.nos igitur,loquente de prohibitione alienandi que est principaliter odiosa ad fideicõmissum simplex iuxta tradita notab.per Soci.Iun.cons.136.nu.43.vers.non omitto libro 3. vbi huiusmodi facit differentiã, & clare tradit Paris.cons.72.nu.84. libro 4. At inter alias oppositiones factas opponitur.quòd esto testator noster voluisset grauare nepotem id facere non potuisset,cum fuerit tantum positus in cõditione iuxta.l.ab eo.C.de fidei com.& glo:in l.Lucius ff.de hære.instit.cum sequacibus.sed hæc obiectio diuersimo de resoluitur.primo omissa disputatione de veritate illius conclusionis,an filii positi in conditione intelligantur ad fideicommissum vocati,quæ est valde cõtrouersa, respondetur clarè.tenendo opinio.Bar.in.l.Centurio.ff.de vulg.& pup.quòd grauãdo filios positos in cõditione,eos censeatur prius honorasse,quæ Bar. opin. a multo tem pore citra,consulendo canonizata fuit per docto.Perusin.prout attestatur Soci.in.l. cũ filiofamilias nu.5.ff.de.leg.primo.vbi refert aliàs per infinitos doctores totius Italiæ ita vidisse consultum,eamque opinionem approbauit vir solidæ doctrine Zasi. in tractatu substitutionum cap. de compendiosa nu.34. vers.pro cõplemento,vbi post longam & subtilem disputationem ait opi.Bar.esse veriorem & refert Crott.& Polit. eam asseueranter probasse & attestatur doctrinam Bar.consuetudine suæ Germaniæ esse cõfirmatã,eandem opinionem probabat Alcia.d.l.centurio nu.105.vbi ait quòd licet nõ pauci.dessentiãt sitque maxima de hac re altercatio,tamẽ negari nõ potest & æquiorẽ & magis mente testatoris cõsentaneã hãc esse opinionẽ,idẽ tradit Craue.cõ. 155.nu.5 vbi etiã refert Curiã hãc opinionẽsequi esse solitã.Præterea dici posset fidei cõmissũ censeri in iunctũ ipsi filio sub duplici cõditione si ipse sine filiis, vel eius filii sine filiis decesserint iuxta declaration. Alex.d.l.centurio. quãdo enim grauamen nõ iniungitur expressim ipsis filii filiis,sed filio,vel impersonaliter,seu bonis ipsis, res est extra difficultatem,& idem tradit Alex.cons.13.col.fin.versic.fortius dico li.4. & clarius Dec.cons.182.col.pen.versic. Item aduertendum est.& sequitur Alciat. d.l.Centurio.vbi etiam declarat,nil referre hæc cõd.disiunctim an coniunctim cõcepta proponatur,post Salycet.& Corne. Præterea quando in conditione ponuntur filii masculi tunc censentur a testatore vocati,& honorati,hanc limitationem tradit Dec.l.1 num.16.C.de pactis & cons.270.nume.6.versic.venio ad secundum,vbi consuluit in terminis,& alibi sæpe,& idem tradit Cur.Iun.d.l.1.C.de pact.& consil.113.num.4.& cons.87.col.1.vbi refert consuluisse, & ita fuisse iudicatum, quæ conclusio procedit etiam stante statuto excludente fæminas ab intestato, secundũ Deci.cons.574.& in specie in splendida ciuitate Regii eam defendit cons.546. Et hanc conclusionem, & limitationem in casu nostro, vbi testator expresse respexit ad conseruationem agnationis,& familiæ, sequitur Rip.l.1.num.10.versi.alias etiam respondi.C.de pact. vbi refert alias consuluisse ita,quando deficiente linea masculorum sit alius substitutus. cum onere deferendi nomen.& arma familiæ ipsius testatoris.quia tũc apparet testatorem voluisse æternã facere suã familiã,& iste est casus noster in indiuiduo. & idem tradit Rip.d.l.Centurio num.164.versic.qua ratione respondebam.& vtrobique ponit præcedentem limitationem saluari etiam in alio casu, (vt est noster) quando scilicet testator excluserat filias propriis & si filius institutus decederet sine filiis masculis substituit proximiorem de familia, tunc enim excludendo proprias filias, & vocando proximiorem videtur voluisse conseruari bona in familia,& cõsequenter substituere

stituere filios inconditione positos,& in.d.l. Centurio,subdit,quòd in iudicando nō recederet ab hac coniectura,vt ib per eum;& præcedentem limitationem.(hoc casu) nouissime defendebat Cagnol.d.l.1.nu.53.ver.procedit etiam.C. de pact:& hoc casu videtur esse decis.Guid.Pap.q.299. Et hoc casu idem tradit soci.Iun cons.110.nu. 24.vers.eo magis.li:3.vbi alleg.& sequitur Rip.& addit Crau.& Paris.& refert se aliàs idem consuluisse& in.d.cons.110.ex pluribus coniecturis defendit filios positos in conditione censeri vocatos,vbi videndū est, Et ex præmissis cum res sit clara in casu nostro nepotem positum in conditione fuisse vocatum,non est vlterius laborandum & dubitandum super illa clausula testamenti(volens & mādans dictus testator quòd omnes & singuli ad quos dicta eius hereditas deuenire cōtigerit ordine supra scripto excepta ipsius.D.testatoris linea, teneātur &c.):Quæ quidē verba(excepta ipsius.D. testatoris linea) videntur satis declarasse voluntatem & mentem testatoris quæ non est cauillanda,& in similibus verbis arguit & tradit Soci.Iun.cons.114.col fi. vers. & talis voluntas lib.1.remanent itaque ex præmissis labefctatæ oppositiones quæ prima facie coloratæ videbātur;Restat nūc diluere aliud fundamentū principale super illis dictionibus(&c.tūc & eo casu,adueniente casu prædicto &)nāque respōdetur quòd his & similibus non obstantibus,non prohibetur extensio ex mente & voluntate testatoris,& ad hoc probandum(omissis generalibus)in primis adducitur text.in.l. Gallus.§.quid si tantū,iūcto principio legis.ff.de lib. &posthu. quem tex.ad hoc ponderabat Gozad.cons.64.in fi.& Galia.d.§.quid si tantum nu.14.vers.ex hoc vbi reprobat Ancar:& Deci.in cons.prealleg.& ad id ponderāt tex.optimum in.l.1.ff.de vulg. & pupil.vbi in substitutione adest dictio(tunc,)& tamen trahitur nō solum ad alium casum vulgaris,sed etiā ad pupillarem,quæ est diuersi effectus, & Decium reprobat etiam Rip.in.d.l.1.nu.169.& Alciat.de verb.signif.lib.3.fol.82.vers.sed quid si limitatiua;vbi loquitur etiam quando adest geminatio(tunc & eo casu)& secundū præmissa expresse contra cons.Deci.fuit decisum in Rot.Roma.vt patet in decis.Cassiodor. tit.de.testam.q.1.vbi loquitur in verbis geminatis(tunc & eo casu) & inter alia.ponderat.text.d.§.quid si tantum:quinimò Dec.ipse.hoc idem alibi admisit cons.372. nu.10.cons.227.nu.12.vers non obstat, Cur.Sen.cons.75.nu.14. & nouissime firmat Soci.Iun.cons.145.nu.29.lib.3.& alibi sæpe,& egregie tradit Paris cons.50.nu.52. lib.3.& alibi sæpe.Et illa verba(modo & forma quibus supra) nihil obstant,quoniam illa verba referuntur ad modū & formam videlicet quo ad vsumfructum,prohibitionem alienationis,diuisionem,solutionem dotium,legatorum debitorum.prohibitionem Trebellianicæ, maioritatem natu,& his similia de quibus sup.testator disposuerat,& quanquam prædicta clarè pateant ex lectione testamenti, tamen quòd nō obstantibus.similibus verbis(pro vt supra) in fine substitutionis appositis, fideicommissum iniunctum filiis extendatur ad nepotes,dato quòd non appareat testatorem grauasse expressè nepotes,& præsupposito quòd in superioribus non sit prouisum in casu,de quo agebatur,illa quidem ratione expressa agnationis conseruandæ tradit in terminis Cur.Iun.cons.43.col.fi.vers.non obstat etiam:& in simili idem tradit Grat. cons.109.nu.64.vers.nec obstat lib.2.& Cuma.cons.92.col.fi. vers.nec moueor. vbi dicit quòd dictio illa(ut supra) refertur ad proxima : His itaque percursis, redeundo eò , vnde digressi sumus, rursus dicimus extare quamplures authoritates, & cōsilia interminis limitantia consilium. Oldrad.21. procedere in suis puris, & simplicibus terminis,non autem in casu nostro, vbi testator exclusit filias fæminas ,substituit agnatos de familia, digressus est ad infinitos ferè gradus substitutionum & in defectum agnatorum de familia,voluit expressè quòd fæmina accipiat vnum nobilem & maritum,qui se vocari faciat de domo & familia Sessiorum,& in defectum fæmi-

narum

narum uoluit quòd tunc liceat ultimo substituto instituere quem voluerit, qui se uocari faciat de domo, & familia Sesiorum, ex quibus omnibus euidentissime constat de enixa uoluntate testatoris, Et in primis ità consilium Oldrad. limitat solennis doctor Curt. Iuni. consil. 121. numer. 15. uersic. Non obstat etiam, & numer. 16. ubi expressè confundit Dec. dicto consil. 287. & fundat se in ratione agnationis, & familiæ posita in vltimo gradu substitutionum, & idem tradit consil. 111. num. 16. versic. octauo principali fundamento, in illo enim consil. tractabatur. An sicut testator grauauit filios onere fideicommissi, si contingeret eos. decedere sine masculis, eodem modo voluerit grauare nepotes decedentes sine filiis masculis, vt patet in themate illius cō silii, & in consilio num. 6. versic. quòd autem in proposito nostro, & respondit quòd sic, ex pluribus coniecturis, & inter alias ex ea. quòd quemadmodum testator excluserat proprias filias propter masculos, ita etiam voluerit excludere nepotes, & pronepotes argum. dicta. l. si viua matre. & vt ibi per eum. Secundo eandem limitationem tradit Dec. cons. 477. col. 1. in fina. versic. non obstat quod supra in contrarium allegatur, vbi clare inquit quòd consilium Oldrad. 21. haberet locum quando testator apposuisset simpliciter conditionem si decederet sine filiis, & idem Dec. consil. 270. col. fin. versic. non obstat, quòd substitutio vbi clarè inquit Oldrad. non procedere quando testator voluit conseruari bona in agnatione & familia, vnde non est curandum de consilio Decii. 287. Cum ipsemet variauerit, & illud consilium reprobetur in specie per Curt. Iun. loco præalleg. Tertio eandem limitationem tradit Corne. consil. 146. nume. 4. versic. & quòd institutis filiis: Iuncto num. 21. versic. & similiter non obstat lib. 2. Vbi inquit quòd substitutio facta filiis institutis, sine filiis masculis decedentibus, dicitur etiam facta nepotibus, cum eadem qualitate videlicet & si ipsi nepotes sine filiis decedant. Quarto eandem limitationem tradit Soci. consil. 250. col. 3. num. 4. versic. secundo venit & col. 4. versic. ostenditur clare, & versic. præterea adicitur, & col. 5. versic. infertur lib. 2. Quinto secundum hanc limitationem decisum fuit in curia Delphina. decis. Guid. Papæ. q. 531. ibi enim habetur quòd substitutio facta in vno casu quo Stephanus decederet sine liberis masculis verificatur etiam in casu, quo Stephanus decesserat relicto filio masculo, qui tamen postea decessit sine filiis, vt ibi per eum. Sexto eandem limitationem tradit Paris. consil. 90. lib. 2. Ibi enim testator in effectu grauauerat Benedictum filium decedentem sine filiis masculis, relictis fæminis tantum, ad restituendum hæreditatem masculis proximioribus, dotatis fæminis, quærebatur an defuncto Benedicto, relicto filio Berto, qui postea decesserat sine filiis, locus esset fideicommisso, & Paris. Respondit pro fideicommisso, vt patet toto illo integro consilio vbi numer. 9. allegat. consilium Oldrad. & nume. 39. versic. Non ob. illud, illi respondet ex præmissis, & ponderat verbum (semper) & loquitur in casu fortiori, quia ibi non fuerat expresse facta mentio de domo, & familia, vt in casu nostro. & idem Paris. consil 57 eo lib. & consi. 75. nu. 50. vers. Nam licet dictus Sullimanus, & nu. 64. vers. Nā in præsentiarum sumus extra dictū casum eo lib. & idem consi. 1. nu. 46. li. 3. & cons. 63. nu. 26. lib. 2. Septimo idem consuluisse videtur Crot. in causa ardua ut ipse refert in d. §. Diui, nu. 172. uersic. tenendo tamen. Octauo idē latè consuluit Grat. conf. 5. li. 2. nu. 86 Respōdendo ad cōsiliū Old. inquit illud limitari nō procedere, quādo aliqua coniectura posset apparere in contrariū, & alleg. solū Deci. d. cōs. 477. Nono, & si Crau. in d. cōs. titubādo dubitauerit, & nō firmauerit, & in eodē casu expresse consuluerit Grat. cōs. 5. li. 2. præalleg. cōtra Craue. ut deprehenditur, ex narratis in cōs. Grati (ubi uidendum est, quia eleganter loquitur, & est casus noster in indiuiduo, quia etiam ibi testator prouiderat de onere ferendi nomen, & arma familiæ suæ) attamen

Craue. ipse nouissimè sequutus est hanc limitationem consil. fin. numer.16.uersic. & ideo non sumus libro.2. Vbi refert Curt. Iun.dicto consil.121. limitantemOldra. non procedere quando testator in ultimo gradu substitutionum, vocauit agnatos vel familiã, & subdit ibi Crauet.vers.secundo principaliter quòd ex hoc dicto clarissima videtur res. Decimo secundum hanc verissimam limitationum nouissimè consuluit eminentissimus Socin.Iunio.consil.78.nume.28. versi. secundum vero lib. 3. vbi in terminis ponderat exclusionem filiarum fæminarum, vocationem masculorum, & inter alia considerat quód attentis præmissis, verisimile cuilibet circumspecto viro erit, quòd testator si hunc casum, qui euenit considerasset, vel de eo fuisset interrogatus absolutè respondisset masculos de domo, & familia admitti,ex quibus concludit quòd sicut testator grauauit filios decedentes sine filiis, eodem modo censentur grauasse nepotes sub eadem conditione. Vndecimo reperio secundũ hanc limitationem decisum fuisse in Senatu Neapolit.vt patet ex deci.Capy.q.108. Nam ibi propter rationem agnationis expressam, fuit per omnes conclusum, grauamen iniunctum filio decedenti sine filiis, extendi etiam ad filium filii.Nam testator dispo suerat quòd si Antonius decederet sine filiis masculis bona deuenirent ad Iacobum Antonium vel ad eius filium primogenitum. Euenit quòd Antonius decesserat relicto filio Ioan.Baptista. Quærebatur an esset extinctum fideicommissum. An potius adhuc duraret in persona dicti Ioan.Baptistæ filii Antonii, & sic dictus Ioan. Baptista tanquam ligatus non posset alienare dicta bona, & quidem post longam disputationem fuit per omnes votatum,quòd dictum fideicommissum adhuc duraret:vt dictus Ioan.Baptista nũ posset alienare per clausulam illam(ita quòd dictæ domus nõ exeant de Domo de Marramaldis)quæ verba erant apposita in fine dictæ substitutionis, Quid igitur volumus, quid expectamus amplius? causa præsens profectò,quod dubitari posit, nihil amplius habet, & si res adhuc dubia esset,iam constat in præsenti casu potius fore iudicandum pro fideicommisso tanquam fauorabili,Nã quòd generaliter fideicommissa sint fauorabilia ego soleo ponderare & allegare text. expressum instit.de fideicommiss.hæredi.in princ.versic.tantus fauor,& absolutè quòd fideicommissa sint fauorabilia dicebat Socin.in.l.si filius numer.25.uersic.præterea si confirmaretur.ff.de uulg.& pupill. & idem clarè dicit in.l.cum auus col.54. uersi. ex quibus octauo. Vbi non obstante quòd fideicommissa dicantur continere onus, tamen inquit, quòd licet sit grauamen quo ad filios non propterea debent restringi. Sed ampliari, ut ibi per eum, & idem tradit.Iaso.consil.203.col.4.uersic.Nõ obstat.lib.2. ubi dicit quòd substitutio fideicommissaria dicitur fauorabilis, non obstante quòd contineat onus, & idem dicebat Socin.Iun.consil.168.numer. 91.lib.2. Comprobantur præmissa ex not.in.l.ex facto.§.siquis autem.ff.ad Trebell. ubi Angel.in eo dubio inquit,id fuisse inductum specialiter fauore fideicommisi refert, & sequitur Alexand.consil.39.numer.3.uersic.& dicit Angel.lib.1.& Deci. consil. 652. numer.7.& in specie uidetur esse text.expressus in.l.cogi.uersic. in ambiguo tamen magis sensum dico, ne intercidat fideicommissum.ff.ad Trebellian. & quòd pro fideicommisso sit iudicandum inquit Bal.cons.104.circa.fi.versic.dicendum est, vbi limitando illam vulgatam regulam in dubio esse iudicandum pro reo,dicit illam regulam videri fallere fauore fideicõmisi.lib.4. Sed quicquid esset in fideicommisso simplici,equidem in fideicommisis respicientibus ad agnationem, & familiam proculdubio tenendum est, ea censeri fauorabilia,ita Ancar.cons.27.col.3.versic. hic autem loquimur.& Cuman cons.2.num.4.& expresse ita declarat Gozad.cons.89. nu. 12.versic.ad illud.& Cur.Iun.cons.22.num.15.& egregiè cons.111.nu.12.& Paris cons. 63.num.27.& cons.37.num.28.lib.2.& optime tradit Soci.Iun.cons.181. num.39.lib.

2.ubi

2.vbi inquit quòd cum de fauore agnationis tractetur etiam si casus esset dubius, ei parti adherendum esset, vt substitutio fideicommissaria de qua agitur, fauore agnationis facta locum habeat, Cum istud dicatur benignius, ut ibi per eum, & ex omnibus præmissis appareat resoluta ea, quæ dubium prima facie videbantur facere contra Illustres Comites actores, in proposita causa. & consequenter sententia pro eis lata tanquam iustisima, & æquisima, ac optime fundata (vt constat luce illustrius, ex præmissis) proculdubio est amplectenda & confirmanda; proponat enim quisque sibi ante oculos tex. in. l. siquis hæredem, versic. ne dum nimia vtimur circa huiusmodi sensus subtilitate, iudicia testantium defraudentur. C. de instit. & substit. & tex. in l. quoniam desideria morientium ex arbitrio viuentium non sine iusta ratione colligimus. C. de natu. liber. & iustè, æquè, ac sanctè iudicabit in fauorem horum Illustriũ Comitum actorum Nomen & familiam testatoris iuxta eius enixam, expressam voluntatem conseruantium. Saluo semper, &c.

V.

Pro Ioa. Maria Compostella Bascianens.

IN EPITOME. Q. XIX.

LECTO testamento. q. Ser Ioannis Compostellæ, videbatur prima facie dicendum fideicommissum defecisse, præsupposito, quod Bartholomæus vnus ex hæredibus institutis decesserit relictis filiis masculis, quanuis postea illi filii videlicet Matthæus, & Ioãnes Baptista decesserint sine filiis, verba enim testatoris sũt clara, vocauit enim ad fideicommissum masculos, & descendentes de domo, & familia ipsius testatoris vsque in infinitum, scilicet in eo casu, quo ambo hæredes instituti videlicet Bartholomæus & Antonius decessissent sine filiis masculis legitimis, & naturalibus; At cõditio ista defecit, quoniã Bartholomæus vltimo loco defunctus nõ decessit sine filiis masculis. Ergo &c. & breuiter ita in terminis est vulgatũ cõsi. Oldr. cons. 21. Pau. de Cast. consil. 172. in antiq. & Alex. consil. 31. in prin. lib. 3. & alibi per alios sæpe; Confirmatur, ponderando illam dictionem (tunc voluit.) &c. nam natura illius dictionis (tunc) est restrictiua ad casum suprascriptum, & videtur impedire extensionem de casu ad casum, iuxta not. per Ancar. consil. 357. col. 2. versi. tertio hoc probat, & Rom. cõs. 131. in prin. cum similibus; & in dubio iudicandum esset contra fidei commissum, tanquam odiosum, propter onus restituendi, & quia impedit libertatem alienandi & disponendi. l. nõ vsque. ff. si a par. quis. fue. l. in re mandata. C. mand. cum vulgaribus, & habetur in decis. Rot. 863. testator in fin. & tradit Deci. cons. 336. in fin. & alibi pasim.

Verùm maturè considerato toto testamento, contrarium est respondendum ex mente, & voluntate testatoris, quæ fuit facere fideicommissum nedum in casu expresso, quando ambo hæredes instituti decederent sine filiis masculis, sed etiam in casu, quo decederent non sine filiis, sed cum filiis masculis, qui tamen, & ipsi postea decesserint sine filiis masculis, vt ita, fideicommissum iniunctum nepotibus testatoris, censeatur quoque iniunctum pronepotibus, sub eadem conditione in fauorem masculorum de domo, & familia Compostella vsque in infinitum; & pro clariori demonstratione huius verisimæ conclusionis; præmittendum est, quod in condi-

tionibus testatoris voluntas in primis attenditur, tanquam domina, & regina, l. in cõditionibus. ff. de condi. & demon. ea enim voluntas totum facit. l. ex facto. ff. de hære. insti. & præsertim in fideicommissis sola voluntas obseruatur. l. pen. ff. de leg. 2. & lex dicit, in fideicõmissis seruari voluntatem contra verba ipsa. l. hæredes mei §. cum ita; versic. prima quidem facie propter conditionis verba, admitti non videbatur, sed cũ in fideicommissis voluntatem spectari conueniat, absurdum esse respondi. ff. ad Trebell. & plenissimè, & pulchrè congerit Ias. consil. 52. col. 4. versic. secundo principaliter li. 3. vbi inter alia alleg. tex. egregium in. l. quisquis mihi. §. ff. de ver. sig. vbi inquit, quod cum Labeo videatur verborum figuram sequi, Proculus vero mentem testatoris, proculdubio, Labeonis sententia non est vera; & hæc intelligũtur, & procedunt sano modo, scilicet quando voluntas & mens testatoris colligitur, ex aliis verbis positis in testamento, licet verba deficiant in casu; quo tractamus testatorem fecisse fideicommissum, iuxta tex. aureum in hac materia in. l. vnum ex familia si omissa. ff. de leg. 2. vbi diuini ingenii iurisconsſ. ille Papinianus tradit hanc doctrinã; quòd si omissa fideicommissis uerba sint, & cætera, quæ leguntur, cum iis, quæ scribi debuerũt, congruant, recte datum, & minus scriptum, exemplo institutionis legatorumque intelligetur, quam sententiam opt. quoque Imper. noster (ait) sequtus est: & ita hunc tex. in proposito ualde ponderat Curt. Iun. consil. 121. num. 10. ubi ait standum esse coniecturæ, quæ elicitur ex eo, quod est expressum, & istud esse, quod dicit text. d. §. si omissa, cui magis credendum esse; quam uerbis doctorum: & subdit Cur. Iun. ibi, illum tex. iudicio suo, semper habendum esse ante oculos: & hinc num. 10. uersic. ego autem; attestatur, quòd ipse in materia fideicõmiss. solet semper inhærere uolũtati testatoris, quando aliquo modo possunt uerba adaptari; Hinc etiam Alex. consil. 100. num. 5. lib. 4. magistraliter dicebat, quòd materia fideicommissorum est taliter fundata in uolũtate defuncti, quòd quibuscumque uerbis, coniecturis, seu præsumptionibus posit apparere, sufficit ad inducendum fideicommissum: & secundum præmissa nouissimè consuluit Soci, Iun. consil. 75. num. 32. lib. 3. ubi ait, quòd ex premissis, à uerborum cortice recedendum est; faciunt, quæ pulchrè congerit de attendenda uoluntate loquentis, & scribentis, contra sonum uerborum & corticem scripturæ Benedict. cap. Raynutius, glo. uersic. eidem impuberi nume. 18. de testam. & in. q. de matrimonio, in prin. & hanc conclusionem in materia fideicommissum nouissimè defendit, & firmat Clarissimus D. Torniellus in repetitio. d §. cum ita nume. 22. uersic. circa primum ubi ait, quòd lex hoc induxit specialiter in fideicommissis, quòd sola uoluntas sufficiant ad inducendum fideicommissum, quanuis uerba illam nullo modo significent, prout in illo text. & ut ibi latè per eum; & per Fortun. in repetitio §. quid si tantum numer. 165. vbi inquit quòd doctrinæ modern. Alexand. & Ias. in. l. 3. C. d. lib. præterit. non videntur æquitatem habere nec iustitiam, & perniciosè eas ponunt; dum volunt, quod quãdo verba proprie, vel improprie non exprimunt voluntatem, quam dicimus fuisse testatoris, non debeat attendi allegata voluntas, vt ibi per eum docte sanè, & subtiliter, hinc denique ait Socin. Iun. cons. 158. nu. 72. li. 2. quòd prudentissimi magistratus Illustrissimorum Venetorum semper voluntatem testatorum sequuntur ergo &c. In proposita itaque specie considerando disposita per testatorem in suo testamento, apparebunt euidentissimæ coniucturæ, & manifestissimæ præsumptiones, ex quibus resultet voluntas testatoris, quòd quemadmodum grauauit fideicommisso nepotes hæredes institutos, eodem modo grauare voluerit nepotum filios, & si id scriptum non fuerit, Et in primis se offert illa testatoris dispositio, vbi propriis neptibus ex filio prædefũcto legat certã dotem tempore nuptiarũ, & similiter propriis filiabus legat certã quãtitatem denariorũ vltra ea

rũ dotes,& ita proprias neptes, & filias à se ipso descendentes, in certis tãtũ rebus instituit, vniuersales vero suos hæredes instituit nepotes ex fratre, equidẽ ex hoc patet testatorem enixè respexisse ad masculinitatem & cõseruationem suæ domus, ac familiæ Cõpostellæ, nõ enim ex alio id testator fecit, nã exordine naturæ, & successionis legalis vniuersalis hæreditas debebatur neptibus, & filiabus, sed testator prudentissimus ac sapientissimus voluit se cõformare cõmuni vsui, & mori totius Italiæ vbi fœminæ excludũtur à successionibus, & masculi de domibus & familiis præferũtur, pro conseruatione familiarum, publicè enim expedit bona agnatis differri, vt familiarũ, ordinũque dignitas salua sit. l. 1 §. publicè. ff. de uent. inspecien. per diuitias enim conseruatur decus, & honor familiis, teste beato Augustino, & aliis, quos plene cumulat Barb. in Rubr. extra de success. ab intestato, & cons. 18. col. lib. 2. & ita reperio quod singulariter attestatur in terminis Pau. de Castr. consil. 58. col. 6. vnde. videmus, vbi ait, quòd videmus quotidie accidere, quòd patres qui, non habent filios masculos, sed fœminas, potius instituũt suos fratres, & agnatos masculos, vt bona remaneãt in agnatione, & familia; quia non instituunt filias fæminas, sed mandant eas dotari, &c. Vt ibi per eum: & per Craue. cons. 297. col. 2. versi. & cõmuniter videmus quòd testatores; ita igitur fecit quoque, & noster testator: & ex hac dispositione infertur, quòd si testator exclusit ab eius successione proprias neptes, & filias à se ipso descendentes, equidem multo magis voluerit excludere filias nepotum ex fratre, eiusdem testatoris proneptes transuersales, vt bona remaneant masculis descendentibus de domo, & familia testatori in infinitum, quos testator expressè vocauit; argumen. l. si viua. C. de bon. mater. vbi dicitur, absurdum esse, quód nepotes sint melioris conditionis quam filii. & arg. l. Publius. ff. de cond. & demon. cum similibus, & breuiter in specie, hanc coniecturam considerauit Cur. Iun. consil. 3. num. 16. versic. octauo principali fundamento: in illo enim consilio tractabatur: An sicut testator grauauit filios onere fideicommissi, si contigeret eos decedere sine masculis, eodem modo voluerit grauare nepotes, descendentes sine filiis masculis, vt patet in themate illius cõsilii; & not. ibi in consilio nu. 6. vers. quod autem in proposito nostro: & consuluit quòd sic: ex pluribus coniecturis, & inter alias ex hac, quòd quemadmodum testator excluserat proprias filias propter masculos, ita etiã voluerit excludere neptes, & proneptes argum. d. l. si viua matre, & vt ibi per eum: quam quidem coniecturam defendit etiã consil. 113. nu. 13. hæc certè coniectura videtur esse adeo naturalis, vt sola sit sufficiens ad probandum in casu nostro censeri inductum fideicõmissum pro masculis descendentibus de domo, & familia testatoris, ad exclusionem proneptum testatoris ex fratre. Sed hæc conclusio adhuc clarior apparebit ex responsione ad allegata in contrarium, super quibus stat tota difficultas; Nõ enim obstat, dum dicebatur, quòd substitutio facta filio decedenti, sine filiis defecit, filio decedente relictis filiis, nec reuiuiscit licet illi filii postea decedant sine filiis, nam in primis dico, quòd imò decedentibus illis filiis sine filiis habebit locum fideicommissum: & moueor ratione & authoritate, ratione quidem naturali & demonstratiua, omnis enim ratio naturalis (vt dictum est) ostendit, quòd si testator grauauit expressè filium, eodem modo censeatur grauasse nepotem arg. d. l. si viua matre. C. de bon. mat. & d. l. Publius. ff. de cond. & demon. & ita clarè dicit Bar. in authen. ex causa nu. 7. ver. si enim filiũ suum, qui erat in primo gradu grauauit legatis, multo magis præsumendum est, quòd grauasset nepotem, qui erat in vlteriori. C. de lib. præterit: & facit dictum Bart. in. l. quidam. §. si tibi. ff. de reb. dub. & in l. Gallus §. etiam nu. 5. ff. de lib. & posthum. & reperio, quòd hoc argum. vtitur ferè in terminis Roman. consil. 56. col. 2. versic. quarto, quia si testator filiis: Ibi enim consuluit, quòd substitutio in casu non existentium in rerum natu

ra verificatur etiam in casu existentium in rerum natura,sed postea decedentium:eodem argu.vtitur Abb.cons.40.in principio vers.minor probatur lib.1. & licet Abb. ibi contrarium respondeat, attamen mouetur ex eo,quia substitutus ille non erat de familia,vnde fatetur Abb. quòd quo ad nepotem ex fratre habuisset locum substitutio fideicommissaria, ex prædicta consideratione,vt ibi per eum,& idem sensit An car.cons.152.nu.4.vers. & æquum est ita sentire neplus &c. sed vltra rationem adduco in terminis terminātibus authoritatem triū subtilissimorū doctor,qui ex facto ita consuluerūt videlicet Castellio. Fulgos.& Cuma.nanque testator filios masculos hæredes instituerat & disposuerat quòd si decederent sine filiis masculis, bona peruenirent ad fratres testatoris , contigit , quòd hi filii decesserunt relictis filiis , sed postea hi nepotes decesserunt sine filiis,quærebatur apud illos clarissimos iurisconsl.an locus esset fideicommisso,responderunt omnes concorditer quòd sic,mouebantur inter alia per tex.d.l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebel. vbi dicitur quòd in fideicommissis voluntas,&c:Ita refert Petr.de bexut in dicto.§.cum ita:qui tamen dicit,quòd ille tex.probat cōtrariū & quòd vidit in contrarium consilia doctorum:sed certe ille tex.bene probat, inducendo hoc modo,dicitur ibi quòd in fideicommissis voluntas testatoris attenditur,non verba,tunc sic si testator grauauit filios,onere fideicommissi ergo eadem, & fortiori ratione nepotes grauare voluisse censendū est d.l.si viua matre & d.l.si Publius cum similibus: extat itaque in terminis authoritas summorum doctor.de quibus nullus modern.(quem huiusque viderim) fecit mentionem in proposita quæstione, Nec præmissæ conclusioni obstaret, si quis opponeret estò, testator voluerit grauare nepotes,attamen non potuisset,quia eos non honorauit, iuxta.l.ab eo.C.de fideic. respondetur enim quòd imò grauare potuit, quasi ponendo eos in conditione, & grauando censeatur honorasse iuxta doctrin.Bar. in.l.centurio.ff.de vulg.& pupill.cuius opin. a multo tempore citra fuit in consulendo per doctor. Perusin.canonizata, prout attestatur Socin.in.l.cum filiofamilias nu. 5.ff.de leg.1.vbi refert aliàs per infinitos doctor totius Italiæ uidisse ita consultum , eamque opinio.approbat nouissime vir germanæ solideque doctrinæ, Zasi.in tract. de substitutio.cap.de cōpendiosa num.34.vers.pro complemento,vbi post longam, & subtilem disputationem, ait opinio Bar.esse ueriorem , eamque sequitur & refert Crott.& Polyt.eam asseueranter probasse & attestatur doctrinam Bar.consuetudine suæ Germaniæ esse confirmatam. Præterea,quando in conditione ponuntur filii masculi, tunc censentur,à testatore honorati & uocati,tradit hanc limitationem Dec.l. 1.nu.16.C.de pact.& cons.270.nu.6.uers. uenio ad secundam,ubi consuluit in terminis;& alibi sæpe : Et tradit Curt.Iuni.d.l.1.C.de pact.& consil.113 num.3.& cons. 87. col.prima vbi refert consuluisse in Ciuitate Brixiæ,& ita fuisse iudicatum, sententiā que fuisse per Illustrissimum Senatum Venetum confirmatam: Quam limitationem in casu nostro vbi testator expresse respexit ad conseruationem agnationis , & familiæ,sequitur Rip.d.l.1.num.10.C.de pact.Quia tunc apparet testatorem voluisse facere æternam suam familiam:& ita dicit consuluisse;& idem tradit in.l.Centurio nu. 164.versic.qua ratione respondebam.ff.de vulg.& pupill.& vtrobique ponit dictam limitationem saluari etiam alio casu (vt est noster) quando scilicet testator excluserat filias proprias;& si filius institutus decederet sine filiis masculis, substituit proximiorem de familia,tunc excludendo proprias filias,& vocando proximiorem,videtur voluisse conseruari bona in familia,& consequenter substituere filios in conditione positos,& in d.l. Centurio subdit,quod in iudicando non recederet ab hac coniectura , ut ibi per eum : & hanc limitationem (hoc casu) nouissime defendit tanquā ueram , & communem Cagnol.d.l.1.numer.53.uersic.procedit etiam.C.de pact.

Postremo

Postremo responderi potest grauamen censeri iniunctum nō ipsis pronepotibus, sed nepotibus sub duplici cōditione videlicet si ipsi,& eorum filii decederent sine filiis, & sic res erit extra difficultatem, quando enim grauamen non iniungitur expresse ipsis filiorum filiis, sed filio, vel impersonaliter, seu bonis ipsis, res est clara,& expedita, vt declarat notab. Alexand. dicta.l. Centurio numer.94.& sequitur Deci consil.182. col.4.versic. Item aduertendum est, & sequitur Appostill. Alexan.cons.105.versic. liberi lib.1.& Doctor.alibi sæpe. Item præmissæ conclusioni non ob regula, quam facit Aretin.l.Gallus.§.quid si tantum.ff.de lib.& posthum.quòd in substitutionibus non fiat extensio de persona ad personam; Respondetur enim ex prædictis d. regulā Aretini, non procedere,& in specie Ias.in.l.Titius §.Lucius num.3.7.ff.de lib.& posthum.post Angel.reprobat Aretin.& latè tradit Fortun.d.§.quid si tantum num.178 Addo quòd idem tenuit ipse Ias.cons.148.col.3.versic.quāto facit lib.2.vbi refert, ac sequitur dictum Angel.in d §.quid si tantum, tanquam notab. quòd dispositio testatoris facta in vno casu, vel in vna persona semper extenditur ad alium casum, & ad aliam personā, si ex coniecturis colligi possit, quòd testator idem disposuisset, si fuisset interrogatus, eādem conclusionem cum Angel. contra. Areti. firmat Cassane. cōs. 67.num.46.versic.quoniam ad prædicta; Paris consil.50.num.54.lib.3.vbi reprobādo Areti.& Deci.sequitur Ang.Ias.Fortun.& Crott. Idem tradit Mant.cons.22. nu. 72. Præterea cōsidero, quòd hic non tractamus de extensione personæ substitutæ,& ita res clarius procedit, iuxta, not.per Bar.l.Gallus in princ.ver.cons. vers. Præterea, vbi inquit, quod substitutio in vnum casum porrigitur ad alium respicientem personam eius, cui facta est substitutio, secus si respiceret personam substituti, & cum illa solutione Bar. Videntur omnes pertransire: eamque sequitur Guid. Papæ consil. 22. num.6.versic.in aliis; & sensit Cur.Seni. consil.51.col.fin.versic. Maximè vbi semper remanet eadem persona substituti. Et si rursus opponatur, quòd Bar. ibi non procedit, quādo variaretur persona eius, cui substituitur; Replicari potest primo dicendo quòd hic non variatur persona eius, cui substituitur, intelligendo, quòd censeatur facta substitutio nepotibus sub duplici condit. prout supra declaraui; Secundo dico (& quidem clara voce) quòd imò,& si variaretur persona eius, cui substituitur attamen adhuc verificatur substitutio & ad hoc probandū adduco expressā decisio.Bar. communiter approbatam in.l. quamdiu institutus versic.10.vers.quæro iuxta prædicta.ff.de acqui.hære.& ita reperio Rip.in.l.1.nu.92.ff.de vulg.& pupill.vbi facit mentionem de Bart.d.l.Gallus in princ.loco præalleg.& de prædicta intelligentia de variatione personæ eius cui substituitur,& nihilominus ad probandum, quòd merificetur substitutio licet varietur persona eius, cui substituitur, alleg.prælle.decisio.Bar. d.l.quamdiu. Et prædictam decisionem sequitur.Deci.cons.427.vbi loquitur in casu, quo inerat conditio si sine filiis,& in princ.adducit cons.Oldrad.21. & tamen non obstante, quòd decesserit cum filiis, consuluit pro substituto, secundum prædictam decisionem,& in eodem casu subscripsit Socin.Iun.consil.42.lib.1.& tradit Ias. cons. 148.lib.1.vbi expressè sequitur Angel.quòd fiat extensio de persona ad personam,& sic Ias.concordat cum eo, quòd tenuit etiā legendo;& ita eius authoritas est pro hac parte. Item præmissæ conclusioni non ob. si opponatur, quòd in conditione, voluntaria non fiat extensio de casu ad casum, iuxta not.in d.§.quid si tantum: Nanque respondetur, quòd imò ex mente testantis fit extensio de casu ad casum, etiam in conditione voluntaria tradit hoc Socin.d.§.quid si tantum num.6.& Deci.in.l.si mater nume.2.de insti.& subst.& in Rubrica extra de probat.& in consil.227.nu. 12. & cōs. 427.num.11.& alibi sæpe,& latè Fortun.d.§.quid si tantum nu.265.& firmat, ac probat Illustris Alciat.de verb.significat li.3.car.82.uers.& ideo ubi probabilis,& car.85

versic.non procedit, tamen, & car. 88. vers. nec refert conditionem esse voluntariam: Eandem opinio. nouissimè tenuit Socin. Iun. consil. 145. nu. 32. libr. 3. vbi loquitur in terminis, quando testator considerauit effectum, scilicet conseruationem bonorum in agnatione, & familia: denique reperio quòd Aretin. d. §. quid si tantũ, dicit, quòd conditio voluntaria extenditur, quando non pendet ex facto honorati, sed ex fortuna (vt in casu nostro;) Et hanc limitationem tanquam pulchram refert, ac sequitur Lancell. Deci. d §. quid si tantum, versi. octaua sit conclusio. Ex præmissis itaque apparent labefactæ omnes oppositiones, quæ principaliter fieri solent contra volentes tenere contra Oldra. d. cons. 21. & sequaces, vnde remanet conclusio fundata marmorea & illæsa, in simplicibus terminis, quòd substitutio facta filio decedenti sine filiis, verificetur etiam in filiis filii dicedentibus sine filiis secundum rationes præallegatas & authoritatem Castellion. Fulgos, & Cuma. de quibus nullam fecerunt vnquam mentionem tenentes opinio. Oldrad. & sequacium.

Verùm tamen, quia conclusio in illis simplicibus terminis Oldr. habet multos, & magnos sequaces, adeo, quòd in iudicando non esset tutũ recedere ab Oldr. & pluribus aliis; Ideo deueniendo ad viam tutam, & planã, considerandũ est, quòd & si opin. Oldr. esset verior, & communior in illis suis simplicibus, & puris terminis, nihilominus in casu nostro non procederet; nanque in casu nostro, quo constat testatorem exclusisse neptes, & filias proprias, & instituisse nepotes ex fratre: & deinde eos inuicem substituisse, ponendo semper in conditione masculos tantum, & postremò ambobus decedentibus sine masculis, tunc substituisse masculos descendentes de domo, & familia, in infinitum, equidem sine dubitatione firmiter tenendum est, opin. Oldra. & aliorum nõ procedere; & breuiter ita in terminis extant qumplures authoritates, & decisiones maiorum nostrorũ ex quibus res clarissima redditur, In primis enim ita opin. Oldrad. limitauit Cur. iun dicto. cons. 111. & superius relatum fuit, non repeto; Secundo eandem limitationem tradit Deci. consil. 77. col. 1. in fin. versic. Non ob. quòd supra in contrar. allegatur; vbi clare inquit, quòd consil. Oldra. haberet locum quando testator apposuisset simpliciter conditionem si decederet sine filiis, & idem Deci. consil. 270. col. fin. versic. Nõ ob. quòd substitutio, vbi clare inquit Oldr. non procedere, quando testator voluit conseruari bona in agnatione, & familia, vnde non est curandum de cons. Deci. cons. 287. cum variauerit, iuxta. l. que varia. ff. de fals. & maximè, quia Cur. iun. cons. 121. col. 5. nu. 15. 16. reprobat Deci. de cons. 287. & Cur. iun. ibi firmat solenniter hanc limitationem. quãdo testator respexit ad agnationem & familiam, Tertio eandem limit. tradit Corne. cons. 146. numer. 4. versic. & quòd institutis filiis, iuncto num. 21. versic. & similiter non ob. lib. 2. Vbi inquit, quod substitutio facta filiis institutis, sine filiis masculis decedentib; dicitur etiam facta nepotibus cum eadem qualitate videlicet, & si ipsi sine filiis decedant. Quarto eamdem limitatio. tradit Socin. consil. 250. col. 3. numer. 4. versic. secunda venit, & col. 4. versic. ostenditur clarè & versic. præterea: & col. 5. vers. infertur, & secundo non obstare dicta lib. 2. Quinto secundũ hanc limitatio. reperio fuisse decisum in curia Delphin. Guid. Papæ. q. 531. ibi enim habetur, quod substitutio facta in casu, quo Stephanus decederet sine liberis masculis, verificatur etiam in casu, quo Stephanus decesserat relicto filio masculo, qui tamen postea decessit sine filiis, vt ibi per eũ. Sexsto eãdem limitatio. tradit Paris. consil. 90. li. 2. ibi enim testator grauauit in effectu Benedictũ filiũ decedentem sine filiis masculis, relictis fæminis tantum, ad restituendum hæreditatem masculis proximioribus, dotatis fæminis, Accidit Benedictum decessisse, relicto filio Berto; quærebatur an defuncto Berto sine filiis esset locus fideicommisso, & Paris. Respõdit pro fideicõmisso ut patet in illo integro consilio. Vbi nu. 9.

alleg.

alleg.conſ.Oldr.& nu.39.verſ.Nō.ob.illud,eidem reſpōdet expræmiſsis,& pōderat uerbbū(ſemper)poſitū in ſubſtitut.(vt in caſu noſtro uerbū,in infinitū) & loquitur in caſu fortiori,quia ibi nō fuerat expreſsè facta mentio de domo,& familia, Et idē Paris.cōſuluit in cauſa Patauina cōſ.57.eo li. Et idem in alia cauſa Patauina cōſ.75. nu.50.uerſ.Nā licet dictus Sullimanus,& nu.64.uer.Nā in præſentiarū ſumus extra dictū casū eo libr.Et idem conſ.1.nu:46.li.3. Et idem conſ.63.nu.28.li.2. Septimo Idem cōſuluit in cauſa ardua Crott. ut ipſe refert in.§.Diui nu.127,uerſ.tenendo tamen.ff.de leg.primo. Octauo idem latè cōſuluit Grat.conſ.5.li.2.ubi nu.86.reſpōdendo ad cōſi.Oldr.inquit illud limitari nō procedere quādo aliqua coniectura poſſet apparere in cōtrariū alleg.Deci.d.cōſ.477. Nono,& ſi in caſu Grati dnbitauerit titubādo Crau. cons.98.tamen hāc limitationem idem Crau.poſtea ſequutus eſt, ut patet con.fi.nu.16.ver.ideo nō ſumus li.2.vbi refert Cur.Iun.d.conſ.121.limitātem Old.nō procedere,quādo teſtator in vltimo graduſubſtitutionū vocauit agnatos,vel familiā,& ſudit Craue.verſ.2.principaliter,quòd ex hoc dicto clariſsima videtur res;

Vndecimo reperio ſecūdū hāc limitat.fuiſſe Deci.in ſen.Neapol.vt patet ex deciſi. Capy:q.108.nā ibi propter rationē agnationis fuit per omnes cōcluſū grauamen iniūctū filio decedēti ſine filiis extendi ad filios filii, Duodecimo ſecūdū hāc nota.& veriſsimā limitationem,reſpondit nouiſsimè Socin Iun.cōſ.78.nu.28.verſ.ſecundū ver lib.3.vbi interminis,pōderat excluſionem filiarū. propriarū, vocationem maſculorū & inter alia cōſiderat,quod attentis prædictis, veriſimile cuilibet circūſpecto viro erit,quòd teſtator,ſi hunc caſum, qui euenit cōſideraſet, vel de eo fuiſſet iterrogatus abſolutè reſpōdiſſet maſculos deſcendentes de domo & familia admitti, pronceptes vero ex fratre excludi.Nā ſi fauore agnationis(inquit)teſtator voluit excludere proprias neptes & filias à ſe cognitas,& dilectas, & vocare nepotes ex fratre fortius eadē ratione uoluit excludere proneptes argu.d.l.ſi viua matre.d.l.ſi Publius,& vt ibi per eū,ex quibus cōcludit, quòd ſicut teſtator grauauit filios deſcendentes ſine filiis eodem modo cenſeatur grauaſſe nepotes ſub eadem cōditione,exquibus ſatis remanet ſublatū conſil.Oldr.cū ſequentibus, quod prima facere uidebatur facere rem clarā cōtra ſubſtitutos;& ita remanet res clariſsima pro ſubſtitutis maſculis deſcendentibus de domo,& familia in infinitū. Reſtat labefactare fundamentū ſecūdū principale factū in contrar.ſuper illa dictione (tunc uoluit;) Vnde breuiter dicendum eſt, quòd nō obſtante illa dictione,(tunc) fieri poteſt ac debet extenſio de caſu ad casū: Et adhoc probādū omiſsis generalibus,adduco tex. expreſsū in.l.Gallus.§. quid ſi tātū iuncto prin.illius legis.ff.de lib.& poſthu. quem tex. in ſpecie adhoc ponderauit Gozadin.conſ.64.in fi.& Galiagul.d.§.quid ſi tantū nu.14.uer. ex hoc notab.in fine ultra omnes,ubi ex hoc reprobat Ancar.& Deci.in dictis cōſiliis & ad idem pōderat etiam alium text. optimum.in.l.1 ff.de uulg. Vbi in ſubſtitutione uulgari eſt dictio (tunc) &nō trahitur ſolum ad alium caſum vulgaris, ſed etiam ad pupillarem, quæ eſt diuerſi effectus; & Deci. etiam reprobat Ripa dicta.l.1.numer.169.ff.de vulg.& pupill. & idem tradit Alciat. de uerbo. ſignific.libr.3.cart.82.ubi etiam ponit, de dictionibus geminatis (tunc, & eo caſn,) & ſecundum præmiſſa, ita contra Deci. fuit deciſum in Rot.ut apparet ex deciſio. Caſsiodor.titu. de teſtam.q.prima ubi loquitur in uerbis geminatis (tunc & eo caſu) & inter alia ponderat tex.dicto.§. quid ſi tātum, iuncto princ.legis: & hanc deciſio. Rot.refert, & ſequitur nouiſſimè, Dur.in ſuo tracta. de arte teſtandi, Rubrica de ſubſtitutio.Caut.5.numer.5.& idem Decius hoc idem alibi ſenſit, conſil.372.numer.10.& conſil.227.numer.12 verſic. Non obſtat, & idē tradit Cur.Sen.cōſ.75.nu.14.& firmat nouiſsimè Soci.Iun.cōſ.145.num. 29,li.3.& alibi ſæpe;& egregiè tradit Paris cōſ.50.nu.52.li.3.cū ſimilibus vulgaribus.

Postremo nõ obstat, in dubio iudicandũ esse cõtra fideic. tãquã odiosum, nã hic res est, clara, & quando obscura, vel dubia esset, equidẽ pronũtiãdũ foret pro mascu lis de familia cõtra fœminas, & in primis negari potest, quòd fideic. absolute sint odio sa, tanquã onerosa, &c. reperio enim contrariũ lege cautũ, Imperat. enim instit. de fi deicomm. hær. in prin. vers. tantus fauor, docet expresse, fideicõmissa censeri fauorabilia, & iurisconf. in. l. cogi, versic. in ambiguo tamen magis sensum dico, ne intercidat fideic. ff. ad Treb. euidenter instruit, in ambiguo, & dubio pronũtiandũ esse pro fideic. ad idem faciũt not. in. l. ex facto §. siquis autem. ff. ad Trebe. vbi Angel. dicit id fuisse inductũ specialiter fauore fideicõmissi, refert, & sequitur Alex. cons. 39. vers. & dicit Angel. lib. 1. & Deci. cõs. 652. nu. 7. & tradit clare Ias. cõs. 203. col. 4. ver. non ob. lib. 2. vbi dicit, quòd substitutio fideic. dicitur fauorabilis, nõ obstãte quòd cõtineat onus, idem Socin. Iun. cõs. 168. nu. 91. lib. 2. pulchrè Zasi: Rubrica. ff. de leg. 1. & quòd pro fideic. sit iudicandũ, ait Bal. cons. 104. causa fi. vers. dicendũ est: vbi limitãdo illã vulgatã regulã, in dubio iudicandũ esse pro reo, inquit illã regulã videri fallere, fauore fideicõmissi. lib. 4. & reperio Socin. l. si filius nu. 25. vers. præterea si confirmaretur ff. de vulg. & pupill. dicentem, quòd fideicõmissa absolutè sunt fauorabilia, & idem clare dicit in. l. cũ auus col. 54. vers. ex quibus octauo. ff. de cõdi. & demõ. vbi nõ obstãte quòd fideic. dicuntur continere onus, tamen inquit quòd licet sit grauamẽ quo ad filios nõ propterea debent restringi, sed ampliari. vt ibi per eũ: Sed quicquid sit in simplici fideic. Equidem in fideicõmissis respicientibus ad agnationem, & familiã, proculdubio tenẽdum est ea censeri fauorabilia, ita Ancar. cons 27. col. 3. vers. hic autem loquimur, Cuma. cons. 2. nu. 4. & expresse ita declarat Gozadin. cons. 89. nu. 12. ver. ad illud, Cur. iun. cõs. 22. nu. 15 & egregiè cõs. 111. nu. 12. Paris. cons. 63, nu. 27. & cõs. 37. numer. 28. libr. 2. & optime tradit Socin. Iun. cõs. 181. nu. 39. li. 2.

Et ex his stat cõclusio omni ex parte defensa, & bene fundata, scilicet ex mente & volũtate testatoris, & si verba deficerent censeri inductũ fideicommissũ, etiã in casu, quo Matthæus, & Ioa. Bap. pronepotes testatoris ex fratre decesserũt sine filiis masculis, vt ita descendẽtes masculi de domo, & familia Cõpostella testatoris in infinitũ ad mittãtur, exclusis pronepotibus sororibus dictorũ Matthæi, & Io. Bap: Et ita hãc cõclusionẽ, ex voluntate testatoris cõtra scriptũ, reperio Romæ priscis tẽporibus, cõtra Scæuolã Crassũ in clarissima causa Curiana in Centũuirali iudicio sũmo cõcursu hominũ, atque incredibili expectatione defendisse: & obtinuisse, vt refert Cic. de orat. li. 1. & in Bruto: & clarius in orat. pro Cecinna: & refert, ac sequitur Quinti. li. 7. ca. de statu ex scripto, & volũtate, & nouissime cõmemorat Claud. Cãtiũc. tract. de offit. iudicis cap. de iure controuerso nu. 18. & illustris Alciatt. Parerg. li. 10 cap. 24. vbi inquit, hodie litem illã esse aperte diremptã ex diui Veri & Marci constitutione. l. 4. ff. de vulg: sicque omnem illã altercationem veterũ sopitã esse: qua lege constat approbatã fuisse opinio. Crassi cõtra Scæuolã, & merito quidem non enim verba testatorũ captãda sunt, sed volũtas inspicienda, vt & in omni dispositione seruãdũ est, in toto iure ciuili interpetrãdo, vt pulcherrime inquit Pau. iuriscons. l. pen. vers. respõdit, nõ oportere ius ciuile calũniari, neque verba captari, se d qua mente quid diceretur, animaduertere cõuenire. ff. ad exiben: & hæc in effectu prius fuerat Ciceronis sententia in. d. Orat. pro Cecinna; dum. C. Aquil. iurisconsultum laudauit, quòd nunquam iuris ciuilis rationem ab æquitate seiungebat, & ita facturum confidimus hũc sapientissimum Doctorem iudicem in præsenti causa, quem ob eximias, rarasque dotes merito priscis illis Vlpianis & Sabinis assessoribus prætoriis cõparare possumus.

Pro

Pro Magnifico Com. Odoardo de Thiennis.

IN EPITOME. Q. XIX.

REQVISITVS à magnifico Com. Odoardo de Thiennis, vt fcribā quid ipſe ſentiam de fideicommiſſo. q. Magnifici D. Ioannis de Thiennis Senioris, eius progenitoris, An ſcilicet id fideicommiſſum iam defeciſſe, & penitus expiraſſe intelligatur, quando filii, & nepotes. d. Magnifici teſtatoris deceſſerunt relictis & ſuperſtitibus filiis, quaſi reſtrictum fuerit ad eum caſum tantùm, quo filii & nepotes inſtituti decederent ſine filiis maſculis, An verò potius fideicommiſſum huiuſmodi iudicandum ſit adhuc extare, & viuere, duraturum (deo annuente) in natis natorum & qui naſcentur ab illis, in infinitum & & per futura tempora, maſculis tantum legitimis, & naturalibus de conſanguinitate ipſius teſtatoris de Thiennis, gradatim tamen, prout latè in teſtamento legitur; Equidem diu diſtuli ſuſcipere hanc conſulendi prouinciam cum eſſem occupatus, & obſtrictus cauſis & litibus audiendis & iudicandis; ſed his paucis diebus feriatis nactus occaſionem, (permiſſu Illuſtriſsimi, ac Excellentiſsimi Principis. D. mei benigniſsimi cui in præſentiarum ſeruio,) viſo ipſo teſtamento viſis conſiliis quorundam inſignium Doctorum, qui præteritis temporibus videntur contra propoſitum fideicommiſſum reſpodiſſe, viſo denique docto conſilio excellentis Doctoris D. Hieronymi à Platea, qui nuper pro fideicommiſſo concluſit, omnibusque perpenſis & conſideratis, Ego ſubſcribo opinioni præfati excellentis. D. Hieronymi, & quoniam ſubtiliter, & copioſè ſcriptum fuit ſuper his, ex quibus reſultant quàmplura fundamenta ad inducendum & comprobandum clariſsimum & apertiſsimum fideicommiſſum adeò quòd alia additione & ſupplemento eius ſcripta non egent, ideò ad ea me ſimpliciter remitto. Solum mihi reſtare videtur opus, & labor in diſſoluenda & labefactanda obiectione, ſuper qua nitebantur illi inſignes doctor. qui contra fideicommiſſum olim reſponderunt, ſcilicet ex deciſione Ioa. Andr. in addit. ad Specul. tit. de teſta. §. primo, Qualiter petantur relicta in teſtam. in vltima addit. magna, in fin. verſic. quinta. Q. talis eſt: & (ante eum) Oldrad. conſil. 21. thema tale eſt teſtator inſtituit, ſecundum quod conſilium, & deciſionem Oldradi. & Ioan. Andreæ; plerique etiam moderni Doctor. in caſibus ſimilibus, ſæpe occurrentibus, frequenter reſponderunt, vt patet ex congeſtis per Tiraquell. in repet. l. ſi vnquam verſic. ſuſceperit liberos, numer. 190. verſic. & per quædam ex illis iuribus conſuluit Oldrad. & in. l. boue §. hoc ſermone, in Regula, numer. 118. verſic. ſexageſimo octauo & num. 127. uerſic. ſeptuageſimo ſeptimo. ff. de uerbo. ſign. in quibus locis neminem in contrarium (quod mihi ſanè mirum eſt) commemorauit. Itaque hoc non obſtante, puto defendi poſſe in ſpecie propoſita concluſionem ſuperius firmatam per. D. Hieronimum. Nam deciſio. Oldra. & ſequacium limitatur procedere in illis ſuis ſimplicibus terminis, ubi teſtator fratribus inſtitutis, ſic ſubſtituerat, ſi aliquem meorum hæredum ſine filiis uel nepotibus, uel ulterioribus maſculis, & ex maſculis deſcendentibus mori contingat, eius portio deuoluatur ad cohæredes ſuperſtites, uel ipſorum hæredes; At in caſu noſtro legenti totum teſtamentum conſtat hunc Magnificum, & ſapientiſsimum teſtatorem ſummoperè laboraſſe, ac enixè quæſiuiſſe condere fideicommiſſum fortiſsimum, perpetuum pro conſeruatione bonorum in nobiliſsima conſanguinitate, & familia ſua de Thiennis, gradatim, ut in teſtamento. Modo uelle opponere quòd uoluntas, adeò enixa, tanto ap-

paratu producta, intelligi debeat restricta tantum ad eum casum, quo filius, & nepotes ex filio prædefuncto decederent sine filiis, ita quòd non intelligantur grauati eodem fideicommisso eademque conditione filii, nepotes, pronepotes, & alii descendentes ex dicto filio & nepotibus institutis, videtur esse valde absurdum, & cõtra manifestam, & expressam mentem & voluntatem ipsius prudentissimi testantis: argum. tex. l. si quando, versic. huiusmodi verbo totam obseruationem testamentorum multis vigiliis excogitatam, atque inuentã velle euerti, C. de inoffi. testam. & ita in specie arguit Ias. cons. 140. col. 5. versic. mens autem lib. 2. Beltran. consil. 36. num. 3. vers. non est verisimile quòd propter solam super existentiam. lib. 2. Alb. cons. 51. num. 16. vers. Præterea si testator. Vnde ego aliàs in similis fideicommisso Illustris Com. Francisci de Sesso consulendo limitabam præallegatum consil. Oldrad. & sequacium procedere in illis suis terminis, non autem in eo fideicommisso mihi proposito, vbi apparebat de enixa voluntate testantis quòd bona cõseruarentur in nobilissima sua familia Sessia; & memoria teneo quòd licet Magnificus D. Ferdinandus de Thiennis, immortalis memoriæ iurisconsſ. antequam vidisset consilium meum, recusasset consulere, attamen viso consilio mutauit sententiam, & pro eadem parte elegantissimè & diffusissimè (more solito) respondit; & ita in illa causa fuit iudicatum per D. Paulum Leoniũ Patauinum Consiliarum iustitiæ Illustrissimi, ac Excellentissimi Ducis Ferrariæ, Iurisconsultum certè integritate, ac laudatissimis operibus editis notissimum, & postea vidi amplum cõsilium doctissimi, & integerrimi, ac diligentissimi inter modern. Crauettæ, qui pro eadem parte scripsit; & audiui itidem fuisse consultum per venerandũ collegium Bononiense. ex quibus omnibus fretus, cum iterum in alio simili fideicõmisso Ioannis Compostellæ de Basciano essem requisitus, non dubitaui secundum prædictam opinionem consulere; & ita fuit iudicatum per eminentissimum D. Torniellum, cui de consensu partium causa fuerat remissa decidenda: Quare etiã in præsenti casu, absque vlla prorsus dubitatione, permaneo in eadem opinione, & sententia; fundamenta verò, rationes, & authoritates, quibus ego mouebar, erant inter alia maximè infrascripta. Pro clariori enim demonstratione huius verissimæ conclusionis, & limitationis ad consilium & decisionem Oldr. & sequacium, præmittebam quòd in conditionibus testatoris voluntas in primis attenditur, tanquam domina, & regina. l. in condit. ff. de condit. & demo. ea enim voluntas totum facit. l. ex facto. ff. de hære. instit. & præsertim in fideicommissis sola voluntas obseruatur. l. pen. ff. de leg. 2. Et lex dicit in fideicommissis seruari voluntatem contra verba ipsa. l. hæredes mei §. cum ita, versic. prima quidem facie propter conditionis verba, admitti nõ videbatur, sed cum in fideicommissis voluntatem spectari conueniat; absurdum esse respondi, &c. ff. ad Trebell. cum similibus cumulatis per Deci. in. l. emancipatos. C. de collat. & plenè ac pulchrè per Ias. consil. 52. col. 4. versi. secundo principaliter lib. 3. vbi inter alia alleg. tex. egregium. l. quisquis mihi. ff. de ver. signific. vbi inquit, quòd cum Labeo videatur verborum figuram sequi, Proculus verò mentem testatoris, proculdubio Labeonis sententia vera non est: Et hæc intelliguntur, & procedunt sano modo; scilicet quando voluntas & mens testatori colligitur ex aliis verbis positis in testamento licet verba deficiant in casu quo tractamus testatorem fecisse fideicommissum iuxta tex. aureum in hac materia. l. vnum ex familia §. si omissa. ff. de leg 2. vbi diuini ingenii iurisconsſ. ille Papinian. tradit hanc doctrinam, quòd si omissa fideicommissi, verba sint, & cætera quæ leguntur, cum his, quæ scribi debueran t, congruant, rectè datum & minus scriptum intelligetur, quam sententiam Opt. quoque Imperat. noster (ait) secutus est: & ita hunc tex. in proposito valde ponderat Cur. Iun. cons. 121. nume. 10. vbi ait stãdum esse coniecturæ, quæ elicitur ex eo, quod est expressum;

& istud esse quod dicit text.d §.si omissa:cui magis credendum esse, quam verbis do ctor. Et subdit Cur.Iun.ibi.illum tex.(iudicio suo) semper habendum esse ante oculos : & hinc num.10.versi. Ego autem, attestatur quòd ipse in materia fideicommiss. solet semper inhærere volũtati testatoris,quãdo aliquo modo possunt verba adaptari : Hinc etiam Alex.consil.100.num.5.libr.4.magistraliter dicebat quòd materia fideicommissorum est taliter fundata in voluntate defuncti,quòd quibus cumque verbis,coniecturis,seu præsumptionibus posit apparere, sufficit ad inducendum fideicommissum,& secundum præmissa nouissimè consuluit Soci.Iun.consil.75.num. 32 lib.3.vbi ait,quòd ex præmissis à verborum cortice recedendum est: faciũt quæ pulchrè congerit de attendenda voluntate loquentis,& scribentis,contra sonum & corticem verborum & scripturæ,Benedict.in cap.Raynutius,versi. eidem impuberi,nu. 18.de testam.& in.Q de matrimonio,in prin.Et hanc conclusionem & doctrinam nouissimè defendit, & firmat Clarissimus D. Torniellus,in repet.d §.cum ita num.22. versic.circa primum, vbi ait,quód lex hoc induxit specialiter in fideicõmissis,quòd sola voluntas sufficiat ad inducendum fideicommissum quamuis verba illam nullo modo significent,prout in illo tex.& vt ibi latè per eũ : & per Fortun.in repet.l.Gallus §.&quod si tantum num.165.ff.de lib.posthu.Vbi inquit quòd doctrinæ modernorum Alexan.& Ias.in.l.3.C.de lib.præt.non videntur æquitatem habere nec iustitiam,& pernitiosè eas ponunt dum volunt, quòd quando verba proprie vel impropriè non exprimunt voluntatem,quã dicimus fuisse testatoris,non debeat attendi al legata voiuntas,vt ibi per eum,doctè sanè,& subtiliter : Hinc denique ait Soci. Iun. consil.158.num.72.lib,2.quòd prudentissimi Magistratus Veneti semper volũtatem testatorum sequuntur, Nunc ad propositum, licet testator substituerit sub conditione si filius & nepotes instituti decederent sine filiis masculis, & non sit scriptum, (etiam & filii ac descendentes dictorum filii & nepotum institutorum &c). quamquam imò expressim videatur scriptum in illa clausula(& in casu quo omnes prædicti filius meus & nepotes)ibi(& ipsorum omniũ filii & descendentes) quicquid, extorquendo ipsa verba,comminiscantur aliqui ex illis insignibus consultoribus cõtra fideicommissum & vltra prædictan clausulam adest alia clausula inferior, vers.& sic semper intelligatur successiue de filiis filiorum & aliorum defændentium, prout in simili ponderat Deci.cons.515.nu.1.vers.& intelligatur tam in filiis, quam in nepotibus in infinitum , & in eodem casu Roy.cons.144.nu.4.vers.nam per ista vltima verba libro 2.& in alio simili Alcia.cons.774.nu2.vers.& sic disponatur de eorũ descendentibus vsque in infinitum, nihilominus aduertendum est ex coniectura ta mente & voluntate testatoris,qui adeò enixè laborauit.(vt patet ex lectione & discursu testamenti,) vt conderet fortissimum & perpetuum fideicommissum pro conuersatione bonorum in sua consanguinitate & familia Thiennea,censeri eum voluisse grauare sub eadem conditione etiam filios ac descendentes dictorum filii & nepotu minstitutorum,& pro hoc dicto ego adduco in specie expressam doctrinam Bar.in authent. ex causa nu.7.vers.si enim filium suum grauauit,qui erat in primo gradu , multo magis præsumendum est quòd grauasset nepotem, qui erat in vlteriori.C.de lib.præter & ad idem facit dictum Bar.l.quidem §.si tibi.ff.de reb.dub.& in.l. Gallus §.etiam. nu.5.ff.de lib.& posth:& reperi quòd hoc argum.vtitur ferè in terminis Roma.cõs. 56.col.2.ver.quarto quia si testator filiis,ibi enim consuluit quòd substitutio in casu non existentium in rerum natura verificatur etiam in casu existentium in rerum natura, sed postea decedentium ; eodem argum. vtitur Abb. cons.40. in princ.versic. minor probatur.lib.1.& licet Abb.in illo casu contrariũ respondeat, attamen mouetur ex eo,quia substitutus ille non erat de familia , unde fatetur Abb. quòd quòad

nepotem ex fratre habuisset locū substitutio fideicommissaria & idem sensit Ancar. cōs.152.nu.4 ver.& æquū est ita sentire,ne plus &c.Sed ultra prædicta adduco in terminis authoritatem triū subtilissimorū doctorum,qui ex facto ita consuluerunt vide licet Castellio.Fulgo & Cuma.prout refert Petr.de Bexut.in.d.l.hæredes mei §.cum ita.ff.ad Trebe.testator enim filios masculos hæredes instituerat & disposuerat quòd si decederent sine filiis masculis bona peruenirent ad fratres testatoris, cōtigit quòd hi filii decessere relictis filiis, sed postea hi nepotes decesserunt sine filiis,quærebatur apud illos clarissimos doctor.an locus esset fideicommisso & respōderunt omnes cō corditèr, quòd sic, mouebantur inter alia per tex.d §.cum ita:vbi dicitur quòd in fideicōmiss. volūtas &c. vnde si grauauit filios, multòmagis nepotes argum.l.Publius ff.de cond.& demon.l.si viua matre.C.de bon. mater.extat itaque in simplicibus terminis autoritas trium excellentissimorum Doctorum de quibus nullus moder.(quē hucusque viderim) fecit mentionem in hac quæstione proposita consulendo: Nec huic conclusioni ob.si opponatur, estò testator voluisset grauare nepotes & descendentes,non tamen potuisset, quasi eos non honorauerit,iuxta.l.ab eo.C.de fideicō. Respond.enim quòd imò grauare potuit, quasi ponendo eos in conditione & grauādo, intelligatur honorasse, iuxta doctrin.Bar.l.Cent.ff.de vulg.& pupill. cuius opinio à multo tempore citra fuit consulendo per Doctor Perusinos canonizata,prout attestatur Soci.in.l.cum filiofamiliàs nu.8.ff.de leg.primo,vbi refert aliàs per infinitos doctor.totius Italiæ vidisse ita consultum : eamque opi.approbat doctor germanæ solidæque doctrinæ (teste Alciato) Zas. in tract.de substitutionibus cap.de Cōpendiosa num.34.versic.pro complemento,vbi post longam & subtilem disputationem ait opinionem Bar.esse veriorem,eamque sequitur referens Crott.& Polit.eam asseueranter probasse;attestaturque doctrinam Bar.consuetudine suæ Germaniæ esse cōfirmatam , & seruari in Curia Delphinali refert se audiuisse Crauetta.cons.155. num.5.& est decis.Guid.Pap.Q.39.versi.Nisi. Præterea quando in conditione sūt positi filii masculi,tunc censentur a testatore vocati,& honorati,vt hāc limitationem tradit Deci,l.1.num.16.C.de pact.& cons.270.num.6.versi.venio ad secundū,vbi cō suluit in terminis : & alibi sæpe:& Cur.Iun.d.l.1.num.14.versi. Aliam singularem fallentiam ponit Deci.vbi attestatur secundum istam fallent.multoties consuluisse maximè in ciuitate Brixiæ,& ita fuisse ibi iudicatum,& sententiam confirmatam per Illustrissimum Consilium Venetum:& verè ita pluries consuluit vt patet,consi.113.nu. 5.consil.87.col.1.& alibi; quam limitationem (in casu nostro)vbi testator expresse respexit ad conseruationem agnationis & familiæ sequitur Rip.d.l.1.num.10. quia tūc apparet testatorem voluisse facere æternam suam familiam,& ita dicit consuluisse,& idem tradit in.l.Centurio num.164.versic.qua ratione respondebā.ff.de vulg. & pupill.& vtrobique ponit saluari d.limitationem etiam alio casu(vt est noster) quando scilicet testator exclùserat filias proprias,& si filius institutus decederet sine filiis masculis substituit proximiorem de familia,tunc,excludendo proprias filias , & vocando proximiorem.videtur voluisse conseruari bona in familia,& consequenter substituisse filios in conditione positos : & in d.l.Centurio subdit quòd in iudicando non recederet à dicta coniectura,vt ibi per eum:& hanc limitationem (hoc casu) nouissimè defendit tāquam veram & communem Cagnol.d.l.1.num.53.versi.procedit etiā C.de pact.& Soci.Iun.cons.110.nume.23. & seq.lib.3. vbi ponit quinque coniecturas ad probandum quòd filii positi in conditione intelligantur vocati; quæ omnes optimè quadrant in proposito : & idem cons.145.nume.36. & seq.eo.lib.& tradit Boeri. decis.155.num.19.versic.in contrarium,& decis.147.num.15. versi. sed ad prædicta, Alb.consil.87.nume.10.& seq.Crauett.consil.62.num.6.& seq.& eius socer insignis Purpur.

Purpur.inter consil.Silua.consil.53. Idem Craue.consil.130.num.1.& seq.Didac.cap. Raynutius §.3.num.5.in fin.versic.posset sanè de testam.Hierony.Zanch.in repet.d. §.cum ita nume.724. & seq. vbi recenset limitationes decem nouem seu viginti ad conclusionem quòd filii positi in cõditione non censeantur vocati, quarum aliquas firmat, quæ cadunt in proposito sine difficultate. Rursus præmissæ limitationi ad decisio.Oldra.non obstat regula illa quòd in substitutionibus nõ fiat extensio de persona ad personam, vt tradit Areti.l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de lib. & posth. respond.enim ex prædictis d. regulam Aretini non procedere,& in specie Ias.in.l.Titius.§.Lucius num.3.7.ff.de lib.& posth.post Angel.reprobat Aret.& latè tradit Fortun.d §.& quid si tanium num.178. Addo quòd idem tenuit ipse Ias.cons.148. col.3. versic.quarto facit lib.2.vbi refert ac sequitur dictum Angeli in d §.& quid si tãtum, tanquam notab.quòd dispositio testatoris facta in vno casu vel in vna persona semper extenditur ad aliũ casum & ad aliam personam si ex coniecturis colligi possit, quòd testator idem disposuisset, si fuisset interrogatus: Eandem conclusionem cum Angelo contra Aretin.firmat Cassane.consil.67.num.46.versic.quoniam ad prædicta: Paris consil.50.num.54.lib.3.vbi improbando Areti.& Deci.sequitur Angel.Ias.Fortuni.& Crott.& Idem tradit Mant.consil.22.num. 72. Et hoc procedit licet variarietur persona eius cui substituitur, vt probatur per decisionem Bart.communiter approbatam.l. quamdiu institutus num.10.versic.quæro iuxta prædicta.ff.de acqui. hære. Et ita explicat Rip.in.l.1.num.92.ff.de vulg.& pupill.vbi facit mentionem de Bar.d. l.Gallus in princ.& nihilominus ad probãdum quòd verificetur substitutio licet varietur persona eius cui substituitur, alleg.prædictam decis.Bar. quam etiam sequitur Deci.consil.427.vbi loquitur in casu quo inerat conditio si sine filiis,& in prin.adduxit consil.Oldrad.21.& tamen non obstante quòd decesserit cum filiis consuluit pro substituto: & in eodem casu subscripsit Soci.Iun.consil.42.libr.1.& tradit Ias.consil. 148.lib.1. Et pulchrè, ad doctrinam Areti.respondet Soci.Iun.consil.129.num. 35. & seq.lib.3. Item præmissis non ob.quòd non fiat extensio de casu ad casum in cõditione voluntaria, iuxta not.in d.§.& quid si tantum: respond.enim quòd imò ex mente testatoris fieri potest, vt tradit Soci.d §.& quid si tantum num.6.& Deci.l. si mater num.2.C.de instit.& sub.& in Rubrica de probat.& consil.227.num.12. consil.427. num.11.& alibi sæpe: & latè Fortun.d.§.& quid si tantum num.265.& probat Alciat. de verb.signif.lib.3.& Soci.Iun.consil.145.num.32.lib.3.vbi loquitur in specie quãdo testator considerauit effectũ, scilicet conseruationem bonorũ in familia; Deniq; Aretin.ipse in d.§.& quid si tantum, tenuit quòd conditio voluntaria extenditur, quãdo non pendet ex facto honorati sed à fortuna; & hanc limitationem tanquam pulchrã refert ac sequitur Lancell.Deci.ibi, versic.octaua sit conditio. Et ex his remanent labefactatæ illæ oppositiones, quæ fieri possent contra hanc limitationem ad decision. Oldra.& sequacium. Et ita quòd ex coniecturis de mente & voluntate testatoris, limitetur.d.consil.21.Oldra.& sequacium, non procedere, sed grauamen censeatur iniũctum filiis & descendentibus institutorum sub eadem conditione reperio quàm plures authoritates doctorũ in terminis nostris: In primis enim ita limitauit Curt. Iun consi.4.num.16.versic.octauo principali fundamento, in illo enim casu tractabatur, an sicut testator grauauit filios onere fideicõmissi si contingeret eos decedere sine masculis, eodem modo voluerit grauare nepotes decedentes sine filiis, masculis, vt patet in themate illius consilii, & in consilio.nu.6.uersic.quòd autem in proposito nostro: Secundo, eãdem limitationem tradit Deci.cons.477.col.1.infi.vers. nõ ob.quòd supra in contrar.allegatur, ubi clarè inquit, quòd consilium Oldra. haberet locum quando testator apposuisset simpliciter conditionem, si decederet sine filiis

lιis;& idem Deci.conſ.270.col.fin. verſ.non ob.quod ſub.vbi expreſſe ait Oldra.nō procedere quando teſtator voluit conſeruari bona in agnatione & familia & ibi, in ſpecie, loquitur quod intelligitur inductum fideicommiſſum reciprocum inter filios & deſcendentes amborum filiorum inſtitutorū:& idem in eodem caſu cōſuluit Roy.conſ.139.in prin.& nu.4.verſ.præterea & nu.21.verſ.nec ſecundo obſtat, lib.3. vnde parum curandum eſt quod incontrarium allegetur idem Deci.conſ.287. cum variauerit,& maximè quia Cur.Iun.cōſ.121.col.5.nu.15.16.reprobat illud cōſil.287. & firmat ibi ſolenniter hanc limitationem,quando teſtator reſpexit ad agnationem & familiam. Tertio,eandem limitationem ponit Corn.conſi.146.nu.verſ.& quòd inſtitutis filiis iuncto nu.21.verſ.& ſimiliter non ob.lib.2.vbi inquit quod ſubſtitutio facta filiis inſtitutis,ſi ſine filiis maſculis decederent,dicitur etiā facta nepotibus cum eadem qualitatem & ſi ipſi ſine filiis decedant. Quarto, eandem limitationem ſequitur Soci.conſ.250.col.3.nu.4.verſ.ſecunda venit, & col.4.verſ.oſtenditur clarè, & verſ.præterea adducitur,& col.5.verſ.infertur & ſecundo non obſtan.lib.2.

Quinto,ſecundū hāc limitationem reperio fuiſſe deciſum & iudicatum in Curia Delphinali, Decis.Guid.Pa.531.ibi enim habetur quòd ſubſtitutio facta in caſu quo Stephanus decederet ſine liberis maſculis verificatur etiam in caſu, quo Stephanus deceſſerat relicto filio maſculo,qui tamen poſtea obiit ſine filiis,vt ibi per eum.

Sexto,eandem limitationem tradit Paris.cōſ.90.li.2.nā teſtator grauauerat in effectu Benedictum filiū decedentem ſine filiis maſculis,relictis fœminis tantum, ad reſtituendum hæreditatem maſculis proximioribus, dotatis fœminis,contigit Benedictumdeceſsiſſe relicto filio Berto,quærebatur an defuncto Berto ſine filiis,eſſet locus fideicommiſſo & Paris.reſpondit pro fideicommiſſo vt patet illo integro cōſilio, vbi nu.9.alleg.conſil.Oldra.& nu.39.verſ. non ob.eidem reſpondet ex præmiſsis. & ponderat verbum,(ſemper) poſitum in ſubſtitutione, & loquitur in caſu fortiori, quia ibi non fuerat facta expreſſa mentio de domo & familia & idem in cauſa Patauina cōſuluit conſi.57.& conſ.75.nu.50.verſ.nam licet d.Sullimanus,& nu.64.verſ.nam in præſentiarum ſumus extra d.caſum:& conſ.63.nu.28.eo lib.& conſ.1.nu.46.lib.3. & alibi ſæpe; Septimo idem conſuluit in cauſa ardua Crott.vt ipſe refert in.l.filiusfamilias §.Diui,nu.27.verſ.tenendo tamen ff.de.leg.1.&verè conſuluit vt patet.conſ. 58. vbi poſt alium conſulentem hanc partem intrepidè ſequitur. Octauo,idem latè reſpondit Grat. cōſi.5.lib.2.vbi nu.86:reſpondendo ad conſil.Oldra.inquit,illud limitari,non procedere,quando aliqua coniectura peſſet apparere in contrarium & alleg.Deci.d.con.477. Nono,& ſi in eodem caſu Grati titubauerit Crauetta cōſ. 98.attamen idem Craue.poſtea.ſecutus eſt hāc limitationem conſ306.nu.3.verſ. ſed in contrarium;& conſ.vltimo nu.16.verſ.ideò non ſumus,vbi citat Cur.Iun.d. conſ. 121.limitantem Oldra.non procedere,quādo teſtator in vltimo gradu ſubſtitutionū vocauit agnatos, ſeu familiam,& ſubdit in verſ.ſecundo principaliter,quòd ex hoc dicto clariſsima videtur res: & idem egregiè firmauit in conſilio præallegato in cauſa Seſsia, in qua ego prius coſulueram,vt ſuperius dicebam: Decimo, ſecundum hanc concluſionem deciſum fuit in ſenatu vel conſilio Neapolit.vt habetur in Deci. Capyc.108.ibi enim propter rationem agnationis fuit per omnes concluſum, grauamen iniunctum filio decedenti ſine filiis extendi ad filios filii, Vndecimo ſecundū hanc veriſsimam ſententiam,nouiſsimè reſpondit Soci.Iun. conſ.1.nu.70.lib.1. vbi ſequitur Cor.conſ.146.præalleg:ſed idem ſolenniter tradidit conſ.78.nu.28.verſ.ſecundum verò lib.3.vbi in terminis ponderat excluſionem filiarum,vocationem maſculorum,& inter alia cōſiderat quòd attentis prædictis veriſimile cuilibet circūſpecto viro erit quòd ſi teſtator de hoc fuiſſet interrogatus in ſpecie,abſolutè ita reſpondiſſet

diſſet, vnde cõcludit, quòd ſicut teſtator grauauit filios decedentes ſine filiis, eodem modo intelligatur grauaſſe nepotes ſucceſsiuè ſub eadem conditione. Duodecimo; eandem limitationem ſequitur Doctiſsimus Modern. Didac. Hyſpan. in cap. Raynaldus, col. 5. verſi. quo in loco addit hanc opinio. procedere, niſi ex aliquot coniecturis. de teſtam. Tertiodecimo ſecundum hanc limitationem reſpondit Illuſtris Alciat. conſ. 482. in prin. verſic. ſecundo quia, & in fin. verſ. non ob. ſecundũ fundamentũ, & idem clarius in conſ. 604. num. 4. verſ. tertia cõcluſio, vbi atteſtatur ita ſæpe vidiſſe iudicari, licet alii aliter reſpondiſſent, & ſe ſemper ſecutum eſſe hãc opinio. tanquam menti teſtatoris magis conſonam: & idem tradit. conſ. 778. nu. 3. verſi. idem dicimus etiam in fideicommiſſo vbi nume. 4. refert, in ſpecie reprobando Decium conſ. 258. contrariam opinio. eſſe veriorem & contrà conſiliũ illud Decii fuiſſe ſuperioribus annis in frequenti Senatu pronuntiatum, & ideo non eſſe recedendum ab eo, quòd ex conſuetudine iudicum iam receptum eſt. Quartodecimo, eandem limitationem poſuit expreſsim Roy. conſ. 158. num. 14. verſ. Nõ ob. inſuper dum dicebatur lib. 2. vbi conſuluit in terminis, in quibus aderant plures gradus ſubſtitutionum, & in fine erat clauſula (ita quòd prædicta hæreditas perueniat de vno in alterũ de domo, & progenie, &c.) prout eſt in caſu noſtro, ibi (Et ſic continuo obſeruetur, & obſeruari debeat per futura tempora adeò quòd ſemper & continuo in ipſis meis bonis immobilibus, & hæreditate præcedant proximiores maſculi tãtum, &c.) & reſpondet conſilio Oldra. quòd procedit, quando eſt facta ſimplex ſubſtitutio, vt ibi per eũ: & per eundẽ cõſ. 139. li. 3. vbi cõſuluit in illo caſu Decii d. conſ. 270.

Quintodecimo reperio quód inſignis præcept. meus D. Mantua conſil. 240. lib. 2. conſuluit in eodem fideicommiſſo Ioannis Compoſtellæ de Baſciano, pro eadem parte, pro qua ego ſuperius dicebã me aliàs conſuluiſſe, & ita iudicatum fuiſſe per Clariſsimum Torniellum: & denique nouiſsimè idem conſuluit Alb. conſ. 93.

Ex quibus omnibus ſatis ſuperque conſtat hanc limitationem ad conſ. Oldra. & ſequacium, eſſe apud quàmplurimos doctores receptiſsimã, & in quàmpluribus iudiciis grauiſsimis obſeruatam. Reſtat nunc diluere aliam oppoſitionem, quæ fieri poſſet ex illis dictionibus reſtrictiuis (tunc, & eo caſu, &c.) Itaque dico quòd non obſtante hac obiectione ſit extenſio de caſu ad caſum; & ad hoc probandũ (omiſsis generalibus) adduco tex. expreſſum in. l. gallus. §. & quid ſi tantum, iuncto princ. illius legis. ff. de lib. & poſt. quem tex. in ſpecie ad hoc ponderauit Gozad. conſ. 64. in fin. & Galiagu. d §. & quid ſi tãtum, num. 14. verſi. ex hoc uotab. in foro vltra omnes, vbi ex hoc improbat Ancar. & Deci. in conſiliis: & ad idem ponderat etiã alium tex. optimũ in. l. 1. ff. de vulg. vbi in ſubſtitutione adeſt dictio (tunc,) & tamen nõ trahitur ſolum ad alium caſum vulgaris, ſed etiam ad pupillarem quæ eſt diuerſi effectus: & Ripa etiam in. d. l. 1. num. 169. reprobat Decium: & ſecundum præmiſſa contra Decium fuit iudicatum in Rota, vt apparet in deciſio. Caſsiod. tit. de teſtam. Decis. 1. vbi loquitur in dictionibus geminatis, (tunc, & eo caſu) quam deciſio. refert, ac ſequitur nouiſsime Dur. in ſuo tractatu de arte teſtandi, Rubric. de ſubſtitutio, Caut. 5. num. 5. & ipſe Deci. hoc idem alibi ſenſit conſ. 372. num. 10. conſ. 227. nu. 12. verſic. non ob. & idem tradit Cur. Sen. conſ. 75. nu. 14. & firmat Soci. Iuni. conſ. 145. nu. 29. lib. 3. & alibi ſæpe: & egregiè tradit Paris conſ. 50. num. 52. lib. 3. Alcia. de verb ſignif. fol. 82. verſ. ſed quid ſi limitatiua: & cõſ. 550. nu. 4. ver. Præterea, Alb. d. cõſ. 51. nu. 22.

Poſtremò non ob. illud vulgare dictum, in dubio eſſe iudicandum contra fideicõmiſsũ tanquã onerosũ, & odiosũ, nã hic res clara eſt: & quãdo obſcura aut dubia eſſet, equidem foret pro preſenti fideicommiſſo ſemper pronuntiandum, tanquam fauorabili, nam in primis quòd regulariter fideicõmiſſa ſint fauorabilia ego ſoleo

adducere text. expressum instit.de fideicomm.hæred.in prin.versic. tantus fauor, & ad idem text.l.cogi, versic.in ambiguo tamen magis sensum dico ne intercidat fideicommissum.ff.ad Treb.Ad idem conferũt not.in.l.ex facto.§.siquis autem.ff.ad Trebe.vbi Angel. dicit id fuisse inductum specialiter fauore fideicommissi, refert ac sequitur Alex.consil.39.num.3.lib.1.Deci.cons.652.num.7.& clarè inquit Ias.cons. 203.col.4.versic.Non ob.lib.2.vbi ait,quòd substitutio fideicõmissaria dicitur fauorabilis non obstante quòd contineat onus,idem tradit Soci.Iun.cons.168. nume.91. lib.2.& pulchrè Zasi.in Rubrica.ff.de leg.primo.& reperio Soci.in.l.si filius.nume. 25.vers. Prætera si confirmaretur.ff.de vulg.dicentem,quòd fideicommissa absolutè sunt fauorabilia;& idem in.l.cum auus,col.54.versic.ex quibus.ff.de cond.& demon. vbi ait,quòd non obstante quòd fideicommissa dicantur continere onus, tamen non propterea debent restringi,sed ampliari:& ita quòd pro fideicommisso sit iudicandum docet Bald.cons.104.col.fin.lib.4.Vbi limitando illam vulgatã regulam,in dubio iudicandum esse pro reo,inquit illam regulam videri fallere fauore fideicommissi. Sed quicquid sit in fideicommisso simplici,certè in fideicommissis ad conseruationem agnationis.& familiæ,proculdubio tenendum est ea censeri fauorabilia, publicè enim expedit vt familiarum dignitas salua sit.l.1.§.publicè interest.ff.de ven.inspi.& per diuitias conseruatur decus,& honor in familiis inquit Augustinus relatus per Barb. in Rubrica de succesio.ab intest. & cons.18.lib.2.& ita in specie declarat Gozadin.consil.89.numer.12.versic.ad illud: Cur.Iun.cons.22.num. 15.& egregiè cons.4.nume.12.Paris.cons.63.num.27.consi.37.num.28.lib.2. & optimè Soci.Iun.consi.181.nu.39.lib.2.Ancar.cons.27.col.3.vers. Hic autem loquimur.

Concludo ergo in proposito testamento fore,& esse iudicandum,fideicõmissum non defecisse aut expirasse ex eo,quòd filius,& nepotes instituti decesserint, relictis filiis,sed durasse,& durare in eorum filiis,& descendentibus,& gradatim,vt in ipso fideicommisso legitur, tàm inspectis uerbis ipsis totius fideicommissi,quàm ex coniecturata mente,& voluntate enixa huius generosi & sapientissimi testatoris, quæ non est calumnianda,aut defraudãda,prout ipsemet expressim disposuit in illa clausula (insuper quia finalis,& firma voluntas,& intentio mea est,&c.) ibi enim in verbis sequentibus videtur mihi prudentissimus testator leguleios põderatores verborum & præsciisse,& reiecisse; Non enim verba testatorum captanda sunt,sed voluntas amplestenda, prout & in omni alia dispositione seruandum est in interpretando iure ciuili,inquit Paul.Iur.cons.in.l.pen.versic.Respondit nõ oportere ius ciuile calumniari,neque verba captari.ff.ad exhib.Quæ lex(inquit M. Tullius in Orat. pro Cecinna) quod senatusconsultum,quod magistratus edictum,quod fœdus,aut pactio,quod,(vt ad priuatas res redeam) testamentum non infirmari aut conuelli potest,si ad verba rem flectere velimus,consilium autem eorum qui scripserunt, & rationem & authoritatem relinquamus?Ornatè,& copiosè.L.Crassus homo lõgè eloquentissimus iudicio Centumuirali hanc sententiã defendit; & facile,cum cõtra eũ prudentissimus homo.Q.Mutius diceret,probauit omnibus, M. Curiũ, qui hæres institutus esset ita, (mortuo posthumo filio)cum filius nõ modo non mortuus, sed ne natus quidem esset, hæredem esse oportere : Quid? verbis satis hoc cautũ erat? minimè: Quæ res igitur valuit?voluntas : & subdit(quibusdam interiectis)secũdum Crassum aduersus.Q.Mutiũ fuisse iudicatum : & hoc celebre exemplum cõmemorat Claud.Cantiunc.in tract.de offitio iudicis,cap.de iure controuerso, numer.18. & Alciat.Parerg.lib.10.cap.24.Tiraqu.l.si vnquam,versic libertis,numer.49.C.de reuoc.donat.

Florentiæ. M.DLXVII.

CONSILIVM

Pro Illustri Com. Iulio Sesio.

IN EPITOME. Q. XIX.

Diuino subsidio ex corde postulato. De anno 1513, & die 7. Mensis Iulii Comes Frãciscus à Sesio S. Sepulchri eques testamentũ suũ Rolli fecit;in quo Com. Gasparem filiũ hæredem ex asse fecit,eidem plane sine filiis masculis iustisquè decedenti Theseũ ipsiustestatoris fratrem ita vulgariter pupillaret,atque per fideicõmissũ substituit, vt hæreditate ipsa frui in vita posset,vendendi alienãdi,diuidendiquè potestate adempta, id quia substitutionis conditione cedente,idest Gaspare filio sine masculis decedente, indiuisã semper hæreditatem manere voluit,dotibus tamen filiarũ legatisque, & alieno etiã Gasparis ære ex fructibus hæreditatis persolutis,Trebellianæ alicuius detractionem ab eo fieri prohibuit,quicũq; ad hæreditatem eius perueniret;atque vbi detrahi de iure debebit,fructus in eã cõpensari iussit. Theseo mortuo;Guidonem substituit alterũ ipsius testatoris fratrem,quòd si mortuus & Guido ipse,esset,cũ mortem Gaspar obiret,potestatem testãdi Gaspari ipsi fecit,ita vt hæredem instituere possit & debeat ex filiis vnũ,quem voluerit Thesei,& Guidonis,qui hæres ordinem supra infraque scriptũ sequi,hæreditatemq; relinquere debeat vni ex cõsanguineis suis videlicet si hæres ipse electus à Gaspare ex filiis Thesei erit vni eã relinquere ex filiis Guidonis debeat,ex aduerso si filiũ Guidonis hæredem Gaspar elegerit,hæreditatem is ex filiis vni relinquere Thesei debeat cui lubitũ fuerit.Sin autem intestato,Gaspar ,nullisq;masculis relictis Theseoque,& Guidone præmortius,vitã finiret,Et eo casu eidem filiũ vnũ ex Theseo,& Guidone ipso substituit,qui natu maior tũc esset, Qui ordini ipsi tã supra;quàm infrascripto parere teneatur, Gasparis filiabus ad aureos bis mille in singulas, ex fructibusq; hæreditatis dotatis,vltra quam summã præstari quicquã dotis nomine vetuit. Quæ substitutiones de liberis fratrũ adiectæ ad eũ omnes casũpertinent,quo ante iã mortui Theseus,& Guido quàm Gaspar filius, essent. Cæterũ si superstes Gaspari Theseus foret,qui ad hæreditatem ex substitutione loco priore facta veniret, eã is Guidoni fratri,aut eo prærepto, ex liberis eius vni masculis relinquere debeat,quem eligendũ putauerit.Qui ita electus eã postmodũ vni relinquere ex filiis,aut ex linea masculina Thesei debeat. Intestatis planè his defũctis,à quibus fieri electio debet vel cõtra ordinẽ à testatore ipso præscriptũ facientibus,hæreditas ipsa iure ipso ad maiorẽ natu ex filiis masculis deueniat.& sic voluit,dictus testator hæreditatem eius in linea semper masculina esse prædictorũ Thesei,& Guidonis quãdiu durabit modo,& forma quibus supra,eoq;ãplius ãpliari per substitutos ipsa bona hæreditatis stabilia in annos singulos ad ducatos cẽtũ ex fructibus redigendos,pæna priuationis negligentiæ irrogata.Linea, planè Thesei atq;Guidonis extincta,ad lineã Caroli,& Ludouici de Sesio ãbulare hæreditatem admodũ prænarratũ voluit,idest,vt potior sit maioris natu cõditio,filiabus Thesei,& Guidonis ad aureos bis mille dotatis.Quæ linea etiã Caroli,& Ludouici deleta in lineã Vgolini Fregnani ,ac Bern.ni. fratrũ de Sesso,atque filiorũ Palmerii ad modũ, & ordinẽ memoratũ trãsire bona voluit,filiabus Caroli,& Ludouici ad sũmã prænarratã dotatis;linea Vgolini Fregnani ,ac Bern.ni. perẽpta,filiabus extãtibus ad filiã maiorẽ natu, quæ nupta nõ erit,aliis vt supra matrimonio collocatis,ꝑuenire bõa voluit quæ filia natu maior virũ sibi matrimonio adiũgat,qui Sesiorũ cognomẽ,familiãq;accipiat, Sesiũque cognomine se dicat. Quòd si filia vlla exlinea, & stirpe suprascriptorum nõ supersit,facultatem ei testator dedit, qui nouissimus substitutorũ decesserit,hæredẽ quẽ voluerit instituendi,qui Sesiorũ tamen cognomen ferat;ad extremũ, sub

ſtituto ipſo nouiſsimo ſine teſtamento, & abſque liberis maſculis, & fœmininis vita functo,monaſterium Dominicanorum obſeruantium ex Regio vocauit; Vbi teſtatoris maiorumquè eius tumulus eſt. Super hæc ſi quiſpiam ex familia Seſsiorùm eſſet,qui artibus liberalibus,aut diſciplinæ operam dare alii vellet,aureos ei nummos quinquaginta annuos ad annos octo vſque erogari iuſsit. Atque vbi ad dignitatem doctoream idem perueniret,aureos eum alios quinquaginta,in ſumptũ ornamenti ipſius accipere voluit. eandem pecuniam annuam, atque in tempus prædictum numerari ei iuſsit,qui ad diſciplinam militarem ſe daret, literarum ſtudia nemine arripiente, cui tamen oneri exemptam lineam eſſe ipſius teſtatoris voluit. Teſtatore ſublato,viuere,& Gaſpar filius, hæreſque desiit, Comite Franciſco filio ſuperſtite, qui & ipſe fati paſſus vinculum eſt, liberis nullis ſuperſtitibus, D. Paula Fontanella matre,hæredeque relicta; Inde iudicium matri illatũ à ſubſtituto eſt, litemque ſubſtitutus ipſe apud iudicem priorem amiſit.Sed enim ſententiam meliorem in appellatione meruit,à qua prouocatio interpoſita à matre eſt: In appellatione hac poſteriore,dubia interim poſita à iudicibus in Ciuitate Ferraria ſunt.Cõſulebatur vtra iuſtior ſententia videatur,prior ne pro matre dicta,an poſterior pro ſubſtituto petitore lata. Summa dubitationis in eo eſt, vtrũ ad filium Comitis Gaſparis fideicommiſſum porrigatur,quaſi non Gaſpar modo,ſed & Frãciſcus filius grauatus cenſeatur, ſi abſque liberis,& filiis ipſe decederet.In quæſtione hac, duo excutienda in primis ſunt. Primum, vtrum filii Gaſparis in conditione poſiti vocati intelligantur, quippe vocatione remota,fruſtra fideicommiſsi extenſio diſceptatur, ad filiũ ne Gaſparis pertineat.Quomodo enim pertinere poterit,ſi honoratus filius non ſit?l.hæreditas ad Statium,& quod ibi Bar.ff.de hæredi.inſti.l.imperator in prin.ff.de leg.2.l.cũ quaſi.§.ſi plures.ff.de fideicõm.liber.l.ab eo.C.de fideicom.l.1.§.& hæc diſponimus C.com.de lega. Secundum, vocatione filiorum Gaſparis admiſſa, qui poſiti in conditione ſunt,vtrum grauati,& ipſi credantur ſi abſque liberis mortem obirent.

Circa primum dicendum videbatur primo iudicio vocatos filios non cenſeri,in conditione ſolummodo aſcriptos per glo.vulgatiſsimam in.l.Lucius.2.ff.de hæred. inſti.& in.l.ex facto,ibiquè Alex.ff.ad Trebell.Alex.& alii in l.1.C. de pactis.cumu latè idem Alex.in conſil.185.lib.2.Soci.in.l.cum auus num.112 verſic.ego ponderaui dictas leges.ff.de condi.& demon.& ſexcenta alia. Neque mutat ſub qualitate maſculina in conditione filios poſitos,ad vocationem enim inducendam expreſsio maſculorum non valet,ſi fidei quicquàm Curiæ Delphinali habemus, quæ opinione hac iudicando vtitur,vti Guido Papæ teſtatur.q.600.cum opin. hac Alex. quoque ſenſit in conſ.105.nu.4.ver. ad idem,quia exceptis his,coniunctis quæ in primordio conſi.circa facti narrationem dicuntur libr.1.in conſ.185.libr.2.in conſil.24.libr.3.in conſ.64.lib.5.in conſ.139.num.7.verſic.nec obſtat dictis mulieribus;& in conſil.252 lib.6.Capra in conſi.2.num.21.& in cons.18.num.9.verſic.pro quo facit, Soci.in cõſ. 62.lib.3.Corn.in conſ.207.col.2.verſic.& capiendo primo bona,lib.2.& in conſil.1. col.7.in ſecundo dubio lib.3.Deci.in conſ.291.circa fin. Ruin.in conſil.89.col.1.in conſ.149.col.1.lib.2.in conſ.132.num.8.lib.3.vbi maſculos in conditione poſitos lectio conſilii docet;expreſsius ſententiam hanc Ruin.defendit in conſil.134.nume.5. lib.3.Gozadi.in conſil.29.col.3.poſt med.& col.fin.Paris.in conſ.14.num.20.& ſeq. in conſ.3.num.17.& ſeq.in conſ.5.44.num.11.in conſ.86.num.15. & num.30.in cõſ. 5.ſeq.num.6.7.& num.19.in conſ.88.num.8.& 9.lib.2. & in conſ.63.nume.10. lib.3 in quo conſ.63.maſculos poſitos in conditione eſſe num.4.oſtenditur,opi.hanc Socin.etiam Iun.admittit in conſil.112.num:31.verſic.Sed poſito,in conſ.118.nume.15.& ſeq.lib.1.in conſ.177.nume.16.17.& 25.lib.2.cum qua opi.facere idem Socin. Iuni.

videtur,

videtur,in cõſ.108.nu.34.eodem li.2.eiuſdem ſententiæ Riminal.quoque eſt in cõſ. 326.nu.18.li.2.Ripa in.l.Centurio nu.151.ff.de vulg.& in d.l.1.co.3.infi.C.de pactis.

Neque ad rem conferre coniectura illa videtur, qua Anchar. nititur in conſ. 74.cõtra Philippum,quòd ad gradus plures ſubſtitutionum digreſſus teſtator eſt; quoniam ad vocationem filiorum,qui poſiti in conditione ſunt, coniecturam hanc non conferre Soci.putat,in d.l.cum auus col.pen.verſic.Aliàs autem allegabatur;in conſ.62.col.pen.in fin.in conſ.69.col.7.poſt med.in conſ.104.col.5.in fin.& in cõſ. 116.col.pen.in fin.lib.3.Curti.Sen.in conſ.63.antiquiſsima num.4.verſic.ſecunda,& fortior iuncto verſic.ſeq.ſed præmiſsis nõ obſtãtibus,Ruin.in conſ.128.col.pen. poſt princ.in conſ.136.col.pen.circa med.& in conſ.141.in fina.lib.3.Paris.in conſ.31.nu. 29.in conſ.36.num.27.in conſ.86.num.27.28.in conſ.ſeq.num.34.lib.2.& in conſil. 14.num.24.25.lib.3.Ripa.in d.l.Centurio num.165. in Ancharani etiam opinione Iaſon hæſitat in conſil.232.col.prima lib.2.Curt.Iun. in conſ.11.num.6.vbi periculoſã eã ait;eandem opinionem difficultatibus multis ſuppoſitam Cur.idem Iun. teſtatur in cõſ.43.nu.9.in opi.hac nec Soci.Iu. ſola acquieſcit in con.119.nu.2.& ſeq.li.1.

Secundò, vera Anchar.opinio ſeu limitatio ſit,ad caſum tamen hunc non pertinet in quo gradus aliqui ſobſtitutionum facti,inter deſcendentes ipſos teſtatoris nõ ſunt,verũ inter eos,qui ex Theſeo, & Guidone naſcerentur,ſubſtitutione igitur inter deſcendentes teſtatoris vlla omnino nõ facta,volũtas argui eius nõ poteſt, quòd vocatos eos voluerit,quaſi ex ſubſtitutionibus tot appareat, ratione vlterioris gradus,prioris deſcendentes vocatos cenſeri,quatenus vlteriores vocantur. Si quidem gradus vllius deſcendentes,nõ vocantur;ratione igitur quieſcente,qua Anchar.opinio nititur,dictum ceſſare,& eius oportet.l.adigere §.quãuis.ff.de iure patro.quod igitur ſcriptum ab Anchar.eſt,vocatos filios intelligi in conditione poſitos, verum tum denique habetur,ſi inter deſcendentes ipſos, gradus iſti ſubſtitutionum fiunt, quorum reſpectu diſceptatio habetur. reſtringi enim diſpoſitio generalis ſolet, ut eo reſpectu,quo prolata ſunt uerba intelligantur.l.fin.ff.quem.admo.ſer.am.l.debitor §.fin.l.ſi patroni.§.qui fideicommiſſariam uerſic.nec eſt contrarium, &.l.reſtituta.ff.ad Trebelli.l.ſi ante.ff.ad legem Falci.§.quòd autem, inſti.de legit. agnato.tu. §.fin.inſtit.de codicil.& alia compluria. Vnde ex diuerſis ſepuratiſque deduci argum.hoc uidetur,quod ex gradibus pluribus ſubſtitutionum deducitur,quæ factæ inter tranſuerſales ſunt.l.neque natales.C.de proba.c.2.de transla. epi. Eadem ratione uocationi huic filiorum adminiculari filiarum excluſio nõ uidetur,eo enim caſu excluſæ leguntur,quo caſus ſubſtitutionis trãſuerſalium cederet ideſt Gaſpare ſine liberis maſculis defuncto, maſculis planè relictis,excluſio filiarũ ſilet. conditione igitur ſubſtitutionis, & conſequenter excluſionis filiarũ deficiente,fruſtra ab excluſione, quæ non eſt,argumentatio deducitur,l.2.ff.de uſufruct. & alia non pauca. Argumentis his non mouentibus, uocatos filios Gaſparis magis eſt dicere, cuius rei gratia monendi ſumus, ſanèquàmcõtrouerſam glo.opi.eſſe in d.l.Lucius,aduerſus quam doctores non pauci reſiſtunt à Corn. enarrati in conſ. 22.lib.2.cumulatius à Boerio.q.155.col.7.in fina. & col.tribus ſeq.& col.11.in fin.Soci.Iun.conſ.158.nu. 70.& pluribus ſeq.& in conſ.174.num.21.lib.2.Sed & ueriorem opi.hanc Soc.Iun. putat in conſ.141.num.7.lib.2.Ibique tex.pro ea expendit in d.l.Lucius,neque contra religionem facturum iudicem opinatur,qui ſententiam hanc iudicando amplecteretur, eandem opi.uerbis pluribus Soci.Idem Iun.excutit.atque tuetur, in dicto conſil.158.nume.57.& pluribus ſeq.ad col.6.vſque,lib.2.Quin etiam numer. 69.& num.71.frequentiorem hodie opi.hanc eſſe(ſub dubio forte tamen)affirmat,veriorem,planè æquioremue omnino exiſtimat,tum quidem in primis cũ ab aſcendente

substitutio fit, eandem opinionem non ægrè admittendam Soci. idem Iun. censet in cons. 168. num. 75. lib. 2. veriorem opi. hanc Socin. idem Iun. defendit in consi. 174. lib. 2. æquam item opinionem hanc Soci. ipse asserit, quamuis ea non vtatur, in cõsi. 119. num. 25. versic. istam opi. lib. 1. eandem opinionem Soci. ipse Iunior admittit in cons. 78. nume. 12. & in cons. 145. nu. 35. lib. 3. in quo cons. 78. subiicit iudicem fortè non erraturum, qui secundum opinionem hãc sententiam diceret, idem Paris. scribit in cons. 66. num. 15. & seq. lib. 3. ibique tutiorem opinionem hanc iudicat æquitate, humanitate, & benignitate eius perspectis; sed & opinioni huic fauere simpliciter ibi videtur num. 26. cum ex verbis negatiuis induci fideicõmissum putat ex Curtio Seniore, in cons. 51. ibi enim num. 20. 21. in verbis istis negatiuis Curtius loquitur si sine liberis; eandem opinionem humaniorem, æquiorem, atque tutiorem Paris. idem prædicat in cons. 6. in fin. eodem libr. 3. Controuersia igitur tàm ingenti de opinione hac intercedente, nõ immeritò recentioribus visum, coniecturã quamuis vel leuem, ad vocationem filiorum admittendam, qui positi in conditione sũt, quasi non tàm induci ex ea vocatio, quàm declarari videatur, voluntate testatoris filiis ipsis non obscure fauente, ita in coniectura quacunque vel leui Corn. acquiescit in cons. 97. lib. 1. in cons. 20. col. 8. & in cons. 101. col. 2. lib. 4. Deci. in cõs. 242. circa fin. Cur. Iun. in cons. 87. in fin. Ripa in d. l. 1. col. 3. post med. C. de pactis: Soci. Iuni. in cons. 65. in d. cons. 119. num. 25. in fin. lib. 1. in cons. 141. num. 8. in d. cons. 158. num. 73. vers. & in proposito, post Corn. in cons. 174. nume. 23. in cons. seq. nu. 1. lib. 2. & in cons. 145. num. 36. lib. 3, quicquid scriptum aliter reliquerit in cons. 118. num. 13. lib. 1. vbi coniecturas exquirit, quæ mentem testatoris necessario ostendant. Quo casu, ã dubitatione omni vacua res est; satis coniecturra leuis, & nobis est in cons. 62. num. 6 quæ sententia argumento eo iuuatur, quoties ab ascendente substitutio fit. Nanque conditio hæc, si sine filiis, &c. citra expresionem in substitutione ipsa sub auditur d. l. cum auus. l. generaliter. §. cum autem. C. de in insti, & substi. l. cum acutissimi. C. de fideicom. expresio eius igitur habere pluris aliquid debet, ne inutilis fiat. l. si quando in prin. ff. de leg. 1. Quo argumentandi genere Anchar. vtitur in dicto consil. 74. contra Philippum col. 1. circa fi. versi. primo probo. Huc illud spectat offendi verba potiusquàm inutilia fiant. l. si. vno in prin. ff. loca. l. si olei. C. eo titu. l. quibus diebus §. dominus & quod ibi Bar. ff. de condi. & demon. & alia sexcenta: verba igitur conditionalia non ægrè ad dispositionem trahenda ne frigida, ieiuna remaneant, cum nouũ non sit ex verbis conditionalibus, dispositionem interdùm sequi. l. qui de reddenda. ff. de pact. dotal. l. 3. §. fin. ff. de condi. ob cau. l. 3. ff. de statu lib. l. cum quidam. C. de condi. inser. Fulgo. in cons. 145. quoniam plurimæ, ante finem, in cons. 202. Gulielmus col. 4. ante med. text. hùc pertinet in. l. auia. §. fi. ff. de condi. & demon. & in l. licet. ff. vt lega. nomi. cau. His autem prænarratis coniecturam satis vel leuem esse ad vocationem in specie hac inducendam, videamus leues ne an põderosæ coniecturæ interueniant, ex quibus vocati filii Gasparis censeantur. Principio coniectura illa occurrit, quòd expressa qualitas masculinitatis est, quàm si inanem, momentiq; nullius dicamus, obsonum consequitur, vt Gaspari intestato defuncto liberis sexus vtriusque relictis ex æquo filiæ, atque mares admittantur, contràquàm placitum testatori est, qui potiores mares habuit; qua ratione doc. impulsi non pauci sunt, vt inuitatos casu isto, filios masculos censeant, quamuis in conditione solummodo positos: in doct. his Guido Papæ, ceù ductor habetur. q. 184. Soci. in. l. Gallus §. nunc de lege, num. 6. ff. de lib. & post Deci. in d. l. 1. nu. 16. C. de pactis, in cons. 270. & in cons. 318. col. 2. Ruin. in cons. 99. col. 8. post med. lib. 1. in cons. 142. col. 6. ante med. versic. Si ergo intelligitur facta substitutio; & in consil. 167. num. 9. lib. 3. Paris in cons. 37.

num.34.& in numer.ſeq.& in conſ.41.nume.71.in conſ.57.num.18.in conſ.76.nu. 9.lib.2.in cons.5.num.35.in conſ.ſeq.num.17.in conſ.17.num.28.in conſ.50. nu.38. in conſ.53.num.44.& in conſ.66.nu.50.lib.3.Gozadi.in conſ.26.col.4.in conſ. 64. col.2.& in conſ.87.col.4.in princ. Soci. Iun.in conſ.65.num.65.in conſ.114.nu.16. plenius in conſ.119.num.29.30.vbi receptam hanc ait,in conſ.126.num.29. lib.1. in conſ.141.num.19.expreſsius in conſ.151.in fin.lib.2.vbi iuxtà docendo in d.l.Centu rio atque conſulendo opi.hanc à ſe probari ſcribit,eidem opinioni Soc.ipſe Iun.fa-uet in conſ.78.num.16.& in conſ.145.num.37.lib.3.in quo conſ.78.Gratum in ean dem ſententiam profert,in conſ.31.num.19.& in conſ.101.num.20.lib.2. Nos etiam citat in conſ.62.num.15.vbi doct.& alios relatos habemus;quicquam tamen affirma tum ibi à nobis non eſt,ſi quidem ſcriptum ſub cōditione habemus, tenendo illam opinionem,&c. Sed & opi.hanc Soci.ipſe Iun.ampliat in d.conſ.78. num.13. libr.3. vt locum tamen etiam habeat cum expreſsio ſacta maſculorum non eſt, verū de ma ſculis per coniecturas conditio intelligitur.quæ tamen ampliatio Socino ipſi Iunio-ri non placuit in conſ.164.num.6.& duobus ſeq.lib.2.mentis nunc oculis coniectu-ram hanc metiamur,vana ne,aut leuis ad filios vocandos æſtimetur, quo ſub quali-tate maſculina poſiti ſunt.quandoquidem a doct.tàm multis excepta apparet.

Quanquàm autem variatum de more à recentioribus noſtris eſt, qui pro re nata non tàm conſulentibus, quàm ſibi ipſis (crumenæ penè dixeram) reſpondiſſe viſi ſunt,ſub caſu vno tamen opinioni incumbere huic videntur, quoties per ſtatutum loci à maſculis fæminæ non ſubmouentur,ne cum maſculis inteſtato inuitentur, ſi vocatos mares non dicimus in cōditione nominatos, in quam opinionem caſu hoc Soci.Sen.inflectitur in conſ.116.num.5.verſ.ſed contra hoc poſſet ingenioſè inſtare lib.3.Soci.Iun.in conſ.111.num.32,in conſ.280.num.19.& in conſ.ſeq.num.31.libr.2. in conſ.164.num.9.in conſ.177.num.18.verſi.ſecundo itaque ad argumentum libr. 2.Ibique num.21.Ripam & Zucardum in ſententiam hanc profert, ſed & opinioni huic à Decio ſubſcriptum Soci.idem Iun.teſtatur in d.conſ.111.nu.32.cum opinio-ne ſeu diſtinctione hac & Cagnol.conſentit in d.l.1.nume.32.verſ. Rurſus concluſio C.de pactis,à qua ſententia ſeu diſtinctione abhorrere nec Decium credit,ſed enim non rectè Decii mentem in re clara præſumere Cagnol.potuit. Si quidem vocatos maſculos, ſine diſcrimine Decius putat. excludantur per mares fæminæ ſtatuto vel non, vt ex Decio ipſo apparet in conſ.546.col.2.& in con.571.col.fi.de quibus De-cii conſ.memoriam Soci.Iun.habet,quamuis in eis occupari excutiendis nolit in d. conſ.145.num.38.lib.3.facilius item maſculos vocatos intelligi, vbicunque per ſtatu tum fæminæ non ſubmouentur Paris.ait in d.conſ.50.num.38.& ſeq.lib.3.quamuis in conſ.86.num.17.iuncto num.30.lib.2.nihili diſtinctionem hanc faciat,verum vo-catos ſine delectu vllo mares non putat;ſtatuto igitur fæminarum excluſiuo remoto opi.hanc agnoſcendam magis erit,dicere ne voluntas aliàs teſtatoris offendatur,ca-riores, potioreſque mares fuiſſe proculdubio eſt. Secundo principaliter vbi du-bitationis quicquam reſidere in ſimplici maſculorum expreſsione poſſet,vtrum ob id vocati mares ipſi cenſeantur, attamen quoties vlterius teſtator progreditur,filias propter maſculos excludendo,negotii breuioris nō paulò res videtur,vocatos tum mares intelligi in conditione poſitos,vt autor Caſtrenſis eſt in cōſ.359.ſupraſcriptus D.conſultor col.1.lib.2.Guido Papæ.4.299.Iaſ.in conſ.108.col.3.circa med. verſic. ſecundo principaliter moueor,& col.5.ante med.verſ. item glo.lib.4.Curt.Seni.in conſ.74.D.Ludouicus num.2.& ſeq.Cur.Iun.in conſ. 43. nu.8.verſ. tertiam etiam. Ruin.in conſ.3.num.15.lib.2.& in conſ.167.col.5.lib.3,Ripa in d.l.Centurio nume. 164.& in d.l.1.col.3.in fin.C.de pactis Soci.Iun.in d.conſ.119.nu.32. ad finem vſque

conſilii

consilii lib.1.in d.cons.141.num.11,& pluribus seq.lib.2.& in d.cons.78.nu.16.vers. & ista opinio.sine dubio lib.3.Paris.in cons.53.num.40.& 41.lib.3.& apud nos in d. cons.62.col.2.circa fin. exclusionem planè filiarum propter masculos lectio ipsa testamenti docet. Tertio ratio facilior vocationi masculorum fauet, quòd maribus omnibus fœminam agnatam virginem, natuque maiorem inuitauit, quæ virum sibi ascisceret, qui Sesfium se cognomento vocaret, vt Ripa obseruat in d.l.1.co.4.C.de pactis ex Cur.Sen.in d.cons.74.D.Ludouicus, cum qua sententia Ruin.quoque facit in cons.142 col.6.circa med.vers.& præcipuè in casu nostro,li.3.vbi vocatos mares putat in conditione positos, quoties masculorum inopia fœminæ vocantur.

Quarto vacua ret à dubitatione omni videtur prohibitione illa Trebellianæ omnibus facta, ad quos hæreditas ipsa veniret, ita vocationem masculorum, ex prohibitione hac Gozadi.admittit in d.cons.64.col.3.Riminal.in cons.243.num.90.versic. & maxime hoc potest suaderi.lib.2. Quinto si vocatos mares non dicimus in conditione ascriptos, absona res consequitur, meliorem conditionem transuersalium, atque descendentiũ esse, quòd asseruari agnationem inter agnatos ex latere venientes eosque inuitare potiusquàm inter descendentes testator voluerit, quam coniecturã in specie hac Ruin. animaduertit in cons.40.col.4.in cõs.99.col.8.post med. lib.1.Soci.in d.cons.116.col.4.vers.tertium colligunt lib.3.Curt.Seni.in d.cons.74. col.4.huc pertinet quæ scripta à nobis sunt in cons.113.col.2.post med. & in consil. 130.num.9.ex ratione agnationis expressa fideicommissum induci, cum qua sententia Paris.quoque facit in cons.66.num.33.& pluribus seq.lib.3.Soc.Iun in cons. 68. num.78.in cons.181.num.39.lib.2. Sexto leuis coniectura non est, quam Anchar. expendit in d.cons.74.contra Philippum, quòd ad gradus substitutionum non plures at quantos plurimos potius digressus testator est, qua coniectura Cur.maior vtitur in cons.51.super testamentis.nu.22.circa med.versi.si ita est vt cõclusimus, Barba. in.l.cum acutissimi car.27.versi.aggredior nunc secũdam dubitationem.C.de fidei commiss.Ias.in cons.40.in fi.lib.3.& in cons.108.col.3.in fi.lib.4.Gozadi. in d.cons. 64.col.2 post med.Cur.Iuni.in consi.16.num.7.vers.confirmo hanc conclusionem & in d.l.1.num.14.Ibique purpura.circa fi.C.de pactis.Cassen.in cons.14.col.2.ante med.vers.contrariam tamen partem, Paris.in cons.31.num.24.in cons.37. nume.37. in cons.41.num.69.in cons.77.num.21.& in num.27.in cons.seq.num.5.& in num. 13.in fin.in cons.91.num.43.lib.2.in cons.5.num.4.in cons.42.in consi.52.num.6.in cons.seq.num.42.& in cons.66.num.52.lib.3 cum Anchar.sentire & Soci.Iunior videtur, licet nõ insistat, in cons.141.num.19.lib.2.in cons.1.num.20.lib.3 Sed opinio. hanc certam Soci.ipse Iun.ponit in cons.168.num.75.versic.sed in proposito quòd alia opinio:lib.2. Septimo manifestissimus in vocatione masculorum testator videtur, cum in substitutione extrema oneri descendentes eximit vnum ex familia Sessiorum ad disciplinam literariam, militaremue in annos octo, sustentãdi, aureos nũmos quinquaginta quottanis erogando, præter alios aureos quinquaginta in dignitatem doctoream assequendam, exemptio hæc oneris vocationem descendentium necessariò paæsupponit, si quidem vocatione remota, nihil erat quòd onus illud descendentibus remitteretur d.l.ab eo.C.de fideicom. grauamen itaque hoc descendentibus adimendo vocatos eos, ad eosdemque onus hoc pertinere si leuati eo non essent, nõ obscurè testator innuit. Quorsum enim onere eos leuare, si neque vocare eos, neque grauare in animo habebat? Quæ coniectura ex Soci: Iun. confirmatur in cons.1.num.20.versic.verum vbi ex eis aliquis non moueatur lib.3.ex verbis fideicõ missũ induci, quæ eo remoto, inutilia remanerent; atqui inutilis oneris huius exemptio omninò apparet, si vocatos descendentes ipsos masculos negamus. iam si

verbum

verbũ vllũ sine effectu relinqui non cõuenit, Bal. autore in rubr. C. de contra. empt. q. 9. in. l. ne quicquam §. de plano col. fi. ff. de offic. proconf. & in conf. 51. in generali statuto, in fi. lib. 5. Castrens. in conf. 57. primo videndum est de intellectu col. 1. lib. 1. ex glo. hoc vltra Bal. probatur in. c. solitæ inuersi. tãquàm, de maiori & obed. Sed nec syllabam inertem manere ius patitur glo. Bal. in. l. 1. in prin. ff. quòd metus cau. Cur. Sen. in conf. 29. num. 4. versic. & sic illa verba. Deci. in conf. 48. col. 2. post med. versi. quod quidem deducitur in conf. 69. nu. 3. in fi. Ias. in. l. fi. nu. 9. in fi. ff. quod quisque iuris, si effectu carere nec syllabam oportet quid in oratione seu dispositioue dicendũ vna erit? Nõ ab re igitur interpretamur, onus hoc releuatũ descendentibus esse, quasi releuatione omissa, cõtrouersia de eo fieri ob vocationẽ, & fideicõmissũ inter eos inductũ posset. Vocatione hac descendentiũ ita cõfirmata, negotiũ omne in contrariis disoluendis versatur. Itaque argumentum primũ nõ obstat vocatos filios non intelligi in cõditione positos. locum enim non habet coniecturis in contrariam nos sententiam impellentibus, quas, cum satis leues videantur, efficaces tamen his versari ostendimus, neque doctor. mutãt ex aduerso citati, quibus visum est ad rem expresionem masculorũ non attinere. Nanque quód ad Decium, Ruinũ, Parisiũ, & Socinum Iuniorem attinet, præterquàm quòd mutati leguntur, frequentiores in sententia hac videntur, quæ in locis pluribus affirmata ab eis est, vt ad vocationem expresio masculorũ conferat. vnde potior opinio habenda, in qua crebrior doctor varius inuenitur Corset. sing. 196. quando iurisconsultus, ex text. in. l. diui fratres. ff. de iure patro. Barba. in. c. Rainaldus de test. tex. hùc pertinet in. l. 1. ibi sanè crebrior ff. de offi. quæstor. auten. siue à me. C. ad ueleian. l. cũ simus. C. de agri. & censi. lib. 11.

Similiter ratio habenda Alex. non videtur, quoniã articulum nõ discutit, verũ ita simpliciter perfũctorièque in masculis idem probat, nihil referre ratus, vtrũ filii simpliciter an masculi in cõditione ponãtur, ob id ad obsonũ nõ respõdet, quod consequi per facile potest, vt æqua fæminarũ, atque masculorum ab intestato cõditio fiat; quòd si Guidonis Papæ, & qui cũ eo sentiũt opinionẽ, rationesuè perspectas Alexãder habuerit, sententiã forte diuersã probasset. Cæterum post Alexãdrũ opinio Guidonis Papæ irrepere, inualescereque cæpit. quo circa sicut excussa difficultas hæc ab Alexandro nõ est, ita testimonio eius tribuendũ nõ multũ uidetur, vt autor Abbas est in. c. bonæ. 2. co. fin. de postulat. præla. Fulg. in conf. 102. præsupposito statuto co. 3. circa med. & col. 4. circa princ. Soc. Iu. in cõs. 42. nu. 25. li. 2. cũ qua sententia & Cardi. facit in cõs. 136. col. pe. post prin. potiorẽ opinionẽ æstimãdã, quã doctor examinat. Secũdo respõdetur, vocationem ex masculorũ expresione facta sola, non induci; coniecturæ tamen & aliæ nõ paucæ interueniũt, quæ singulæ, ne dũ cõiũctæ ad uocationẽ, sufficiũt. sic quomodo mõstratũ satis in superioribus habemus. multa enim dispositionẽ perficiũt, quæ satis singula nõ habẽtur. l. Titia Seio §. Seia libertis. ff. de leg. 2. l. 3 §. eiusdẽ, &. l. ob carmen §. fi. ff. de test. atq; in specie Bar. tradidit in d. l. Centurio nu, 37. ubi ex duobus uocatos filios intelligit, idest cũ in cõditione ponũtur, & expresim grauãtur. Nõ ob. coniecturã illã à multis repudiari, quæ notata apud Ancha. est, in d. cõs. 74. cõtra Philippũ, quoniã à pluribus seu maiori doct. parte receptã eã ostendimus, eo autẽ facilius admittẽda, quo uolũtati propior testatoris est, iã ex doct. qui ab Ancha. dissentiũt bona pars secũ pugnat, ut nõ immeritò probrũ patiãtur, de quo in. l. qui falsa uel uaria. ff. de testibus. Nõ ob. ad eũ casum dictũ Anchar. pertinere, quo inter descendentes ipsos, gradus plures substitutionũ fiũt. in partẽ enim diuersã argumẽtũ regeritur. Nãq; si inter remotiores ex latere uenientes agnationẽ cõseruari testator uoluit, lõgè magis idem eũ sensisse inter descendentes credendũ est, testatori ipsi cariores nõ paulò. l. Publi §. 1. ff. de cõdi. & demõ.

l.si uiua matre.C.de bon. mater. cũ aliis apud Ias. relatis in.l.Gallus.§.nunc de lege co.pen.ff.de li.& posth.in.l.1.co.fi.C.de succ. edic.tex.hùc fortissimus accedit in.l. si fratres.§.idem respõdet.ff.pro socio,vbi cõuentio improbatur,per quã proximiori remotior ãte fertur,& alia cõplura. Secũdo in partem diuersã argumentũ reiicitur.nãque si in gradibus tot substitutionum inter trãsuersales factarũ excludi fæminas descendentes propter trãsuersales ipsos remotiores testatori placuit,lõgè magis idem eũ sensisse fauore descendentiũ masculorũ,dicendũ habemus,vt ab eis quoq; fœminæ submoueãtur.Enimuero nõ aliter excludi fœminæ à masculis descendentibus posũt,nisi si vocatos masculos cõfitemur;Quæ responsio ex his adiuuatur,quæ scripta in quinto argumento sũt pro vocatione masculorũ facto. Tertio respõdetur locũ argumento vt cũq;esse si coniectura hæc sola in masculorũ vocationem adduceretur. At enim coniecturæ & aliæ cõcurrũt ne quidem cõtemnendæ, de quibus satis dictũ habemus.quo casu Ancha.coniecturã Rip. nõ negligit in d.l.Centurio nu.165.Soc.Iu.in d.cõs.119.nu.27.28.li.1. vbi sequendã coniecturã hãc admodũ putat,si coniũcta cũ aliis sit. Simili modo argumentũ vltimũ nõ obstat ad eũ casũ exclusionem filiorũ in fauorem agnatorũ restringendã,quo substitutionis casu cederet,idest cũ mortuus Gaspar filius,& hæres sine masculis esset. Argumentũ enim, & hoc aduersarius patitur.Nãque si casu substitutionis expresso cedente propter agnatos trãsuersales remotiores nõ æque caros filiæ,fæminæque descendentes excludun tur, quãto magis idem probãdũ propter masculos descendentes erit ex hiis qui dicta mos habemus, quid autem dico propter agnatos remotiores trãsuersales,quã fæminas descendentes excludi,imò enim per alienos prorsus quibuscũ cognationis, agnationisque quicquã nõ intercederet, si gradũ penultimũ substitutionis ante vocationem Dominicanorũ expendimus,in quofacultas substituto nouissimè decedẽti datur,hæredem,quem voluerit eligendi,dũ Sessiũ tamẽ is se vocitet; secũdũ quæ eò argumentũ spectat vt nõ aliter à substitutis trãsuersalibus fæminæ descendentes excludãtur,quàm si casus ipse substitutionis eueniat. Cæterũ obstare argumentũ nõ potest,quo minus ab exclusione hac in gratiã agnatorũ trãsuersaliũ facta, coniectura sumi efficax posit in descendentiũmasculorum fauorem,vt ab eis ratione coacta magis fæminæ quoq; submoueãtur. Satis hæc circa primã dubitationem erut.

Ad alteram igitur aggredior, vocatione masculorum admissa, qui positi in conditione sunt,vtrum fideicommissi onus Gaspari iniunctum ad filios eis extendatur, in qua specie verbis pluribus argumentissimeque scriptum vltro,citroque legi, tàm per magnificos, & clarissim. iurisconsultos D. aduocatos tàm Ferrarienses, quàm Vicentinos supradictorũ D.substitutorum,qui in hac causa disertissimè, ac elegantissimè scripsere,quàm per Magnificos, & clarissimos Iudices delegatos in dubitationibus proponendis,hisque profligandis,quæ in dubitationum scripta explicationem sunt;id genus certè difficultas incurrit, quæ dirimi nisi certamine argumentorũ facto vtrinque nõ posit,cuius roboris hinc atq;hinc aduersarii cõsistũt. Prima itaq; ratione finita substitutio in morte Comitis Gasparis filio superstite, videbatur neque ob id eã renasci,quòd à viuis Frãciscus absque liberis abiit.l.hæredibus, &.l. ex facto §.pen.ff.ad Treb.l.siquis hæredẽ.C.de inst.& substi.l.cũ vxori.C.quã. dies leg.ced.Oldr.in cõs.21.thema tale est,Bal.in cõs.304.nobilis vir in fi.li.5.Pa. de Ca. in cõs.324.super secũdo pũcto col.2.post med.lib.1.& in cõs.97.ne impropriis li.2. Alex.in cõs.31.in prin.lib.3.& in cõs.139.col.2.lib.6.Soc.in cõs.250.co.4.ver.2.venit discutienda alia difficultas lib.2.Deci.in cõs.218.co.2.in fin.in cons.287.co.1.in cõs. 377.in primo dubio,cumulatius Paris.in cons.89.num.13.& pluribus seq.lib.2. Scitissimè omnium Fulgo.in consil.46. Andræas col.2.circa med.ibi ad argumentum

respondet

respondet quòd volũtati id pugnare testatoris videtur. Neque mouet. filios masculos in conditione positos quasi ratio habenda agnationis, atque ideo ad filiũ etiã trahenda substitutio videatur, qui mortuus sine filiis est. Ius enim & hic idem seruãdum Oldra. scribit in d. cons. 21. Deci. in cons. 63. num. 2. circa fi. vers. & licet liberi in cons. 205. num. 8. versic. non obstat quòd in sequentibus gradibus, in d. cons. 218. nu. 6. versi. vlterius omissis, in d. cons. 287. num. 1. & num. 7. vers. secundo propius ad casum nostrum, in cons. 291. nu. 4. versi. venio igitur ad substitutiones, in consi. 323. nu. 3. in d. cons. 377. in primo dubio, Paris. in con. 31. num. 2. vsque. ad numerũ 23. in cõs. 44. num. 8. & in cons. 89. num. 25. lib. 2. idem ex Soci. probatur in d. consil. 116. col. 3. post med. versic. quæ omnino non habent aliquo modo obstare li. 3. vbi in pecie substitutionis controuersæ ratio agnationis habita eo demũ casu videtur, quo filiis nullis masculis relictis testator decederet, causam aliam esse quoties superstites patri filii masculi sunt in conditione positi, ibi enim finem prorsus substitutio accepit, cum qua sententia Soci. etiam Iun. facit in cons. 118. num. 16. 17. lib. 1. & in cons. 4. num. 13 & pluribus seq. lib. 3. Secundo argumentum hoc masculinitatis confutatum ab Alexand. in specie longè magis ambigua apparet in cons. 139. lib. 6. Ibi enim agnatos vlteriores sororibus testator prætulit, quibus tantulum reliquit, agnatis planè hæredibus scriptis sine hærede masculo decedentibus, remanere bona in propinquioribus ex familia ipsius testatoris gradatim voluit, ita vt familiã ipsã nõ exirent, quàm diu masculi in ea essent, Atqui masculo hærede ab agnatis institutis relicto, peremptam prorsus substitutionem putat. ibique ad argumentum respondet ex diuerso factum, idest quòd sororibus exclusis, quæ proximiores erant, longè magis exclusa mater Antonii filii vnius ex hæredibus videtur, ne absurdum cõsequatur, vt melior cõditio minus dilecti sit. Locum enim argumento non esse scribit, vbicunque ad volũtatem testatoris præsumptã accõmodari verba nec ex impropria significatione possunt per text. in. l. in ambiguo ibique Bart. ff. de reb. dub. ex Sali. idem probat in. l. cum virum in fi. post glo. ibi. C. de fideicõ. eandem respõsionem seu declarationem, Alex. ipse docet in. l. 3 in fin. C. de liber. præter. & in cons. 55. num 9. lib. 3. Curt. Sen. in cons. 42. quia inquit Bal. num. 21. Ruin. in cons. 29. col. 4. in fi. in cons. 49. num. 5. lib. 2. & in cons. 128 & in fi. lib. 3. Soci. Iun. in cons. 4. num. 15. versic. non obstat quod dicebatur li. 3. Responsioni, & declarationi huic Castrens. quoque accedit in. d. l. in ambiguo, & in cons. 151. Præsens. dubium videtur formari in fi. lib. 1. Atqui hoc ferre verba substitutionis nec ex significatione impropria possunt, vt quæ facta filio sine filiis masculis decedenti substitutio est, ad filios eius masculos sine liberis decedentes porrigatur. qua Alexan. opinione, responsioneue in specie substitutionis controuersæ, in qua ratio expressim habita agnationis erat, Ruinus vtitur in cons. 153. libr. 2. Ias. in cons. 228. col. 4. circa fi. vers. non obstat etiam in quantum libr. 2. Alex. etiã in d. cons. 139. Paris. subscripsit in d. cons. 44. nu. 4. & nu. 17. li. 2. Tertio ad argumentum respondetur, agnationis rationem fac expressam à testatore esse, atque adeo eius voluntatem apparere, nihili tamen voluntas hæc facienda, quandoquidem obseruari non aliter potest atque si extensio ad personam aliam fit, quæ permissa ex verisimili etiam disponentis voluntate non est, autor Aretin. in dict. l. Gallus §. & quid si tantum col. 5. ff. de lib. & posthum. Ias. in cons. 30. col. penult. post med. lib. 3. Curt. Senior. in consil. 29. numer. 8. in fin. atque in specie, & nominatim responsione hac contra substitutum Deci. vtitur in dicto cons. 218. num. 9. in d. consil. 287. nu. 7. vers. secundo propius ad casum nostrum, in consil. 291. numer. 6. versic. secundo præmitto regulam, in dicto consil. 377. numer. 2. & 3. & obseruandum, quia in dicto consil. 287. nume. 5. & in dicto consil. 291. num. 5. versic. venio ad sextam substitutionem

ratio expressa agnationis conseruandæ erat. Atqui extensionem fideicōmissi ad personam filii in conditione positi, nihilo magis faciendam scribit, idque ratione illa quòd permissa extensio ad personam non est, eadem responsione, & ratione in specie hac Iason. vtitur in d. cons. 228. col. 2. & in cons. 66. col. 7. versic. tertio principaliter, & col. pen. versi. Ideo tertio modo lib. 3. Paris. in d. cons. 31. num. 9. lib. 2. & apud nos in cons. 98. num. 13. Quarto, ad argumentum respondetur locum in casu isto omnino non habere, in quo simpliciter vocati agnati transuersales non sunt, verùm modo, & forma, quibus supra, quæ verba repetita nec semel sunt. Quæ verba ad superiora referri omnia debent, in quibus modi, formæue facta adiectio est. l. 3. §. filius autem. ff. de lib. & posth. l. talis scriptura. §. fi. ff. de lega. 1. ibique Bart. & alii. ff. de rebus dub. l. quisquis, ibique Bal. in primo not. C. si. cer. pet. l. 1. in fi. C. de li. præter. modi planè formæque præscriptio tradita in superioribus est, videlicet vt locus substitutioni tum denique esset, si absque filiis masculis Gaspar decederet, quæ conditio formam facit Bal. in authen. matri. & auiæ nume. 3. C. quan. mul. tutelæ offi. fūgi po. Deci. in. c. de appellationibus num. 4. in fi. vers. secundus casus, in consi. 11. & in cōs. 77. circa prin. Restrictione igitur substitutionis à testatore facta nihil est quòd tantopere in specie hac interpretanda laboremus. l. non aliter. ff. de lega. 3. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obligat. atque verba restrictiua in specie huius animaduersa apud nos leguntur in consil. 98. nume. 5. ad. numer. vsque 16. Hæc sunt, quæ desiderio obstare substituti videntur, Quibus tamen tātum attribuendum nō censui vt ob ea voluntatem intercidere testatoris patiamur. rei cuius explicandæ causa monendi sumus, doctoribus inter se conuenire voluntatem testatoris adhunc casum pertinere, vt si grauatus filius remotiorum causa est, ratione faciliori, idem seruari, & in descendentibus debeat, quam voluntatem Alex. admittit in d. cons. 139. lib. 6. vbi, & si maxime ea voluntas testatori fuerit, iccircò tamen sequendam non esse ait, quòd ad eā verba conuenire, ne quidem ex significatione impropria possunt; voluntatem testatoris in specie substitutionis huius, etiam Deci. admittit in d. cons. 218. num. 8. versic. & in prædictis decisionibus, in. d. cons. 287. col. 3. in fi. versi. secundo propius ad casū nostrum, in d. cons. 291. col. 3. in fi. ver. secundo præmitto regulam, in dict. cons. 377. col. 2. post med. versi. Nec obstat si dicatur licet filii. Ruin. in d. cons. 153. num. 6. libr. 2. Et quidem volūtatis huius præsumptæ fidem vel ratio sola naturalis facit, quæ sola satis ad dubia explicanda valet. l. scire oporret. §. & si maxime. ff. de excu. tut. cum aliis apud nos relatis in cons. 31. num. 5. pro legeque, & æquitate scripta habetur, veluti certa, & indubitata Bal. in cons. 473. circa quæstionem col. fi. lib. 5. neque. ratio vlla maior, aut certior, quàm naturalis per orbem vniuersum extat, Bal. in rubri. C. si ex fal. instru. num. 8. in fin. per tex. in. §. sed naturalia instit. de iure natur. gent. & ciui. A ratione que naturali virtus legis pendet. Siquidem in natura ipsa lex se speculatur Bal. in. l. quoties num. 1. C. de suis & legi. Inde interpretationum omnium potissima ratio naturalis habetur Cy. in. l. nō dubium circa fi. C. de legibus, quem Bald. refert in tit. de pace constan. §. opizoni num. 2. Ias. in cons. 50. col. 2. libr. 3. Fulgo. hùc accedit in cons. 139. præsuppositis col. fin. & in consil. 180. viso processu in fin. Hoc ita prænarrato, & demonstrato voluntatem testatoris in specie hac controuersa interuenire, iuris exploratissimi est recedendū à voluntate ipsa nō esse. l. ex facto la grād. circa med. ff. de hæredi instit. l. licet. imperator, ibique Bar. & l. pen. ff. de leg. 1. l. qui solidum §. 1. l. Titia seio §. Seia libertis & l. cum proponebatur. ff. de leg. 2. l. fideicōmissa §. item cum quis. ff. de legat. 3. l. in conditionibus primum locum. l. pater Seuerinam §. conditionum. ff. de condi. & demon. l. hæredes mei §. cum ita. ff. ad Trebell. summamque rerum circa interpretationes faciendas voluntas hæc obtinet, quibus non

minus

minus atque imperator orbi vniuerso præest.l.cum quæstio in fi.C.de lega.cui sen tentiæ tex.quoque seruit in d.l.in conditionibus, vbi regi ab ea conditiones scriptũ est, idque locũ in fideicommissis præcipuè obtinet d.l.licet imperator,& d.l.pen. de lega.1.d.l.cũ proponebatur de leg.2.absque in locis permultis doc. Itaque si voluntas testatoris substitutioni huic fauet quid ita deseri eam oportet? Secũdo cũ substituto facit,nanque dubitatio non est quin cariores masculi descendentes testatori fuerint quàm agnati transuersales,quos à masculis excludi descendentibus voluit,& quia nominati prins descendentes sunt.l.qui soluendo.2.cũ glo.ibique Ang. & Imola.ff.de hæred.insti.idem Ang.scribit in d.l.hæredes.§.fi.ff.ad Trebell.Bal.in authent.hoc amplius num.22.C.de fideicom.& in.l.prima.C.de edicto Diui Adri. tollen.idque locum in primis habet, quòd vocatos descendentes ostendimus in cõ ditione positos per ea,quæ scripta à nobis sunt in consi.109.num.2.atque regulariter iure hoc expressum videtur dilectos magis descendentes quàm transuersales intelli gi.l.3.§.liberis.ff.de lega.præstan.vbi liberis non fratribus legata conseruãtur.quem tex.in sententiam hanc Deci.citat in consi.315.num.6.enimuero nisi onus hoc fideicommissi Gaspari impositi ad filios descendentesque eius masculos protendi dicamus,absurda res consequitur,vt splendorem, decusqne familiæ suæ inter transuersales,potius quàm inter descendentes suos clarere testator voluerit; Secunda absurditas,vt qnas agnati transuersales excludunt,eas fæminas vincere descendentes masculi nequeant,ita deterior descendentium, dilectorumque magis conditio, quàm collateralium remotiorum erit,quod iuri repugnat.l.Publius.§.1.ff.de condi. & de mon.l.Aurelius §.Titius testamento.ff.de libera.lega.l.qui fundum §.qui filios, & in fi.ff.ad legem falci.qua ratione,in specie quæstionis huius,Soc. vtitur in cõs.250. col.8.versic.vel secundo habemus dicere lib.2.Paris in consi.66.num.63. iunctis his, quæ scripta in eodem consilio sunt num.58.lib.3.ratione hac etiam in specie substitutionis extendendæ Roma.vtitur in consi.56.nu.4.ver.quarto quia, inde etiam di cimus transmisioni locum fideicommissi cõditionalis esse vbicunque melior aliàs conditio minus dilecti fieret vt Ias.tradidit in consi.52.col.fi.versi. quarta coniectura lib.3.Paris in consi.77.nu.19.& seq.lib.2.& apud nos in cons.62.nu. 10. quid autem dico meliorem transuersalium, quàm descendentium conditionem aliàs futuram? imò enim & extraneorum potior causa erit. Si quidem facultas nouissimè deceden ti datur alienum eligendi, quem hæredem faciat,dum Sessium tamen cognomento se faciat. quis porrò absurdum hoc perferat,vt descendentibus alienus antefera tur?l.2.ff.in ius voca. vt eãt.l.Procula.ff.de proba.l.si seruus communis.ff.de dona. inter vir.& vxor.l.cum rem alienam.C.de legat.l.fi.C.de testa. mili, & quam aliam ob causam conditio in fideicommissis subauditur,de qua in d.l.cum auus.ff.de cõdi.& demon.in d.l.cum acutissimi,nisi absurdi illius amouendi causa, ne ad extraneos,descendentibus exclusis bona venirent.Sed & offensionem verba patiuntur,ne posteris extranei anteponantur,eoque nomine in coniunctam disiuncta resoluitur. l.si is,qui eo.§.item si pater secundum glo.sensum vulg.receptũ.ff.de reb.du. Ruin. in consi.188.num.6.lib.2.& in consi.139.nu.20.lib.3.& quamuis descendentibus masculis superstitibus locus substitutioni transuersalium non sit,satis tamen est meliorem aliunde transuersalium extraneorumque fieri cõditionem posse, si fauore eorum Gasparem dumtaxat grauatum non etiam descendentium,cõtendimus.Si igitur descendentes ipsos eorumque fauore ascriptum non esse fideicommissum asseri mus,si masculis descendentibus,concurrere fæminas ab intestato admittimus,quas vel extranei vincunt, itaque si & descendentes ipsos vocatos, grauatosque dicimus,consequens fit cum qualitatibus eius omnibus ad eos grauamen trahi,vt testa-

toris etiam transuersalibus restituere ipsi debeant.l.sed si manente.ff.de precar.l.cũ stipulatus sim mihi à Proculo.ff.de verb.oblig.l.legem.C.locati Bar.in.l.1.§.& post operis num.5.ff.de oper.no.nunt.Geminia.in cons.56.col.2.ante med.Alex.in consil.106.nume.23.lib.3.Deci.in cons.78.col.1.in fin.Ruin.in consi.37.numer.11.lib.3.

Tertio, ex Castrensi substituti intentio iuuatur in cons. 343. Quia ex allegationibus col.2.circa med.lib.1.vbi in specie.q.huius ad liberos etiam in conditione positos extendi grauamen putat, quotiens id genus bona versantur, quæ, vel ambulare ad alienos non solent, vel testatoris voluntas apparet, ne ad ea extranei admittantur. Quid hic dicendum, vbi non modo ad alienos, quàmdiu agnati superessent, sed nec ad fæminas agnatas dum masculi agnati interuenirent transire bona voluit? Cũ sententia hac Castrensi, quamuis eum non referat, Curt.posterior sensit in cons.121. nu. 15.vbi locum Oldra.dicto esse non putat in d.consi.21.vbicunque in gradu nouissimæ substitutionis agnati inuitantur vel cum prohibitio alienandi interuenit, de qua re dictum à nobis est in cons.98.col.2.& in cons.vltimo.col.fin.vers.secundo principaliter ex Soc.opi.iuuatur, in dict.cons.250.col.6.versic. Confirmantur præmissa & vers.seq li.2.vbi prohibitionem alienationis in specie hac similiter obseruat, vt Cur. posterior idem Parisio visum, prohibitione hac interueniente in cons.57.per totum num.7.præcipuè lib.2.in cons.1.num.13.& numeris pluribus seq.& in cons.53.lib.3. Quid hic dicendum vbi nõ venditio modo & alienatio, sed & diuisio prohibita est, vbi vltra alienandi prohibitionem omni studio & diligentia prospectum à testatore est, ne Sesiorum familiam bona sua egrederentur, ratione agnationis conseruandæ ab eo, nec semel expressa? sententiæ huic Castrens.Socin.Curtii Iunioris, & Parisii, Ruinus quoque nec leuiter opitulatus in cons143.col.4.lib 3.vbi locum Oldra. dicto esse non putat in d.cons.21.de quo in primordio cons.dixerat vbicunque masculis interuenientibus à successione fæminæ submouentur, ibi enim ad filios in conditione positos substitutionem fideicommissumque extendi ne contràquam testatori placuit, locus aliàs fæminis fiat, eiusdem sententiæ & Paris est in cons.11 col.12.lib.3. quanto facilius ius idem probandum hic erit, vbi non simpliciter submotæ fæminæ à successione sũt, masculis interuenientibus, sed& alienatione bonorum interdictũ, ratione agnationis, cum verbis tum re ipsa expressa? in eandem sententiam Deci. quoque accedit in cons.477.vbi cum exclusæ neptes propter masculos sunt locum dicto Oldra.in d.cons.21.non putat, quoties ad bona neptes aspirare possent, etiam si cum eis masculi de iure succederent. Atqui fæminas cũ masculis admissum iri procul dubio sic est, nisi grauatos, & masculos ipsos dicimus, qui positi in cõditione sũt.

Quarto ex eo sententia hæc iuuatur, quòd agnationis fauore fideicommissum inducitur, vbicũque causa expressa agnationis est, vti dictum in argumento quinto supra habemus, quod ad vocationem filiorum adductũ in prima dubitatione, atque in fine argumenti ipsius quinti habemus, idque locum in verbis etiam enuntiatiuis habet vice causæ expressis Soci.in d.cons.250.num.4.versic.præterea adiicitur causa lib.2.Idem Castrens.probat in cons.324.super sexto puncto in tertio dubio lib.1.si fideicommissum nouum propter agnationem nascitur longè magis quod natum est ampliationem admittet, cum facilius quid extendatur quàm nouum fiat.l.si cũ dies in prin.ff.de arbitr.l.1.& 2.cum ibi nõ.ff.de indi.l.si donate.§.si spõsus.ff.de dona.inter vir.& vxor.l.priuatorum.C.de iurisdi.om.iud.c.cum olim Abbas de offi.deleg. Signorol.in cõs.69.co.4.post med.Ang.& alii in.l.fi.ff.de feriis Soc.in cõs.111.abunde nu.1.in fi.versi.stante ergo tali titulo.lib.1.Deci.in cap.de causis col.1.circa finem de offi.deleg & in.c.personas col.fin.de appella.Cur.Iun.in cons.174.nu.27.atque in terminis substitutionis facilius eam extendi, quàm nouam induci Soci.Iu.probat in cons.

in conſ.103.num.12.libr.1. Hic planè inductum fideicommiſſum agnatorum cauſa palam eſt. Illud demum diſceptatur, an quod expreſsim iniunctum Gaſpari eſt, extendi ex veriſimili teſtatoris voluntate ad filium eius Franciſcũ debeat. Quinto & ſi maxime in caſu ſpeciali facta ſubſtitutio tranſuerſalium videatur, caſu quo videlicet ſine filiis maſculis Gaſpar decederet, attamen, quia ratio in ſubſtitutione aſcripta generalis eſt, quoniam in linea maſculina Theſei, & Guidonis bona ſemper manere voluit quãdiu erit, ex ratione hac generali, ampliari ſubſtitutionem ſpecialem oportet, vt ad eum etiam caſum pertineat, quo Gaſparis filius ſine maſculis, & ipſe decederet, id quia locum ratio aliàs habere generalis non poſsit. quomodo enim in linea memorata Theſei. & Guidonis perpetuò, ſemperque manere bona poterunt niſi oneratos, & Gaſparis, & Gaſparis deſcendentes dicamus? Iuris planè obſcuri nõ eſt ex ratione generali, diſpoſitionem ſpecialem ampliari ad caſusque omnes trahi, in quibus ratio ipſa generalis mouet. l. regula §. & licet, ibique Bar. & Bal. ff. de iuris & facti ignor. l. nomen debitoris §. fin. ff. de lega. 3. Bar. in. l. pater filium §. fundum in fin. ff. de lega. 3 Bal. poſt Cy. in. l. voluntas nume. 11. C. de fideicomm. Paul. de Caſt. in l. ſi vero §. de viro. ff. ſol. matr. in conſ. 251. viſa quadam ſecuritate co. 1. poſt med. lib. 1. Geminia. in conſ 39 col. 1. & in conſ. ſeq. col. 2. poſt princ; Curt. Sen. in conſ. 80. rectè col. 3 poſt med. verſic & in propoſito noſtro, idque locum & in materia exorbitanti habet: Geminia. in dicto conſ. 40. col. 2. Atque in materia prohibitionis alienãdi, quam odioſam eſſe conſtat Bar. loquitur in d. §. fundum; Deci. in cõſ. 38. col. 2. circa fin. in conſ. 291. col. 3 poſt med & in conſ. 422. col. 2. in fin. Idem in materia correctoria ſeruandum Bal. aliique ſcribunt in authe. quas actiones. q. 3 C. de ſacroſanct. Eccl. Paul. de Caſtr. in dict. l. ſi vero. §. de viro, ſed & in materia pænali locum id habet, in qua ratio ipſa expreſſa ſit, vti relatum apud nos eſt in tract. de antiq. temp. parte quarta num. 107. Quæ cum ita ſint maſculis deſcendentibus remotis, aut ceſſantibus, dicendum videtur ad lineam maſculinã Theſei Guidoniſuè bona peruenire.

Sexto, ſciendum fideicommiſſum reale ſimiliter inueniri, vt prohibitionem realem alienandi, reale autem dicitur quod rebus non perſonis imperatur, ita vt res ipſe, non perſonæ onere ipſo affectæ, fideicommiſsi intelligantur, atque ideo ad quencunque cum onere ipſo fideicommiſsi, res perueniunt, vendicarique à poſſeſſore ipſo perinde, quaſi bona fideicommiſſa, poſſunt: reale planè fideicõmiſſum gigni dupliciter poteſt, principio cũ ſub conditione mortis hæredis aut alia ſimpliciter, quis ſubſtituitur, ibi enim conditione cedente vendicari bona à poſſeſſore quouis poſsũt etiam qui grauatus non ſit, aut qui grauari non potuit Bal. in. l. precibus nu. 48. verſ. extra quæritur. Ibique Sali. col. pen. poſt med. in ſexta. q. C. de impub. Idem Bald. in l. ab eo num. 4. C. de fideicomm. Soci. in conſ. 62. num. 9. in fi. verſi. Præterea ex quo non grauauit lib. 3. Deci. in conſ. 182. col. 4. circa med. verſic. Item aduertendum eſt quia in caſu noſtro Curt. Sen. in conſ 42 num. 8. verſi, accedat ad præmiſſa, & in cõſ. 51. num. 24. verſic. accedat ad præmiſſa; ſecũdo reale fideicõmiſſum ex ratione adiecta iudicatur, veluti cũ agnationis tuendæ cauſa ſubſtitutio fit, quo caſu, & ſi maxime ad perſonas certas reſtrictum videatur, ad alias tamen trahi videtur, in quibus ratio agnationis verſatur, ad ſimilitudinem prohibitionis alienandi perſonis quibuſdam factæ, quæ ad alias, propter rationem agnationis expreſſam trahitur, veluti cum alienare filii vetantur, quia ad poſteritatem bona peruenire, vel in familia bona reſidere teſtator vult. ibi enim ad deſcendentes alios prohibitio trahitur, vt Caſtrenſis ſcribit in conſ. 302. viſis & diligenter conſideratis omnibus num. 3. in. 2. dubio; latè Socin. in conſ. 43 lib. 3 Iaſ. in. l. filiusfamilias §. Diui num 108 ff. de lega. 1. & in ſecunda lectu. ibique Ripa num. etiam. 108. & idem Iaſon in conſ. 23. col. 1. lib. 3. Deci in conſil. 182.

col.

col.2.versic.quibus tamen non obstantibus;Ruinus in cons.124.col.2.circa med.versic.& si forte dicatur,quòd filii lib.2.& in cons.130.in fin.lib.3.Cur.Iun.in cons. 48. num.11.Paris.in cons.53.num.21.lib.3.atque in specie fideicommissi, reale id ex ratione adiecta fieri Paris.scribit in cons.1.num.42.& seq.lib.3.ibique ex doct. id probat,qui in specie prohibitionis alienandi loquuntur,sic à prohibitione ad fideicommissum Paris. argumentatur, cum ratio vbique eadem versetur;non indiscriminatim hoc intelligo,vt ex ratione fideicommissi,aut prohibitione adiecta ad personas omnes omnino extensio fiat. ad hunc enim modum statuta, quibus fœminæ certis casibus excluduntur generaliter semper ad casus omnes traherentur, sed enim ad descendentes eius cui prohibitio fit,extensionem fieri ex doct. memoratis liquet. si reale fideicommissum hoc ex ratione adiecta fit, ad filium id Gasparis trahendum proculdubio videtur. Septimo ex his sententia hæc iuuatur,quæ in priore scripta dubitatione sunt circa vocationem filiorum in conditione sub qualitate masculina positorum; quia ratio habita agnationis, & quia fœminæ aliàs vna cum masculis admitterentur,& absurda alia incurrerent,de quibus abundè in prima ipsa dubitatione habemus,rationes istæ omnes ad fideicommissum etiam inducendum seu verius extendendum inter filios ipsos valent,vt pote quo non inducto,vocati dici non possent,filiorum enim appellatio ad descendentes pertinet quoties sub conditione ponũtur, si sine filiis decesserit,vt nihil intersit vtrum expressum sit si sine filiis an si sine descendentibus d.l.Lucius.2.ff.de hæredi.instit.Bart.in l.liberorum col.2.&.3.ff.de verb.signi.cum aliis apud Soci.Iunio.relatis in cons.1.num.36.in cons.seq. nu.9.li.3. quomodo vocatos porrò descendentes dicimus nisi grauatos priores admittimus? in antecedens quippè necessarium grauamen priorum inducitur;rursus cum agnationem seruari testator voluerit,masculos in conditione ponendo, quomodo citra grauamen durare agnatio poterit?ex antecedenti planè necessario fideicommissum induci iuris ambigui non est Cuma.in cons.:.col.2.iu fin.per tex.in.l.ad rem mobilem,& in.l.ad legatum.ff.de procur.in.l.illud.ff.de acquir.hære. ex coniectura etiã necessaria fideicommissum induci, Castrens.scribit in cons.28.in causa,quæ vertitur inter Petrum num.2.in fin.lib.2.Iason in cons.108.col.3.circa med.versi. item fideicommissum reciprocum lib.4.Sed enim non satis solum coniectura necessaria ad fideicommissum, sed etiam probabilis videtur, vtique si probabilis nõ paululum sit, Soci.in cons.104.uum.8.versi.sed prædictis minime ostantibus lib.3. Ripa in d.l.hæredes mei §.cum ita col.5.post med.ff.ad Trebell.atque in specie ea nominatim grauatos filios in conditione positos,eo casu intelligi, quo vocati censentur, neque locum tunc dicto Oldra.esse,in dicto cõs.21.scriptum apud Guidonem Papæ legitur q.531.Idem Decio visum(& si Guido.Papæ non referat)in cons.270.in fi.idem etiã Decius sensit si sedulò obseruatur in cons.95.in fin.ibi,& quandò per alia verba vocati fuerunt, simpliciter tamen,& generaliter sententia hac Guid.Papæ, Deciique non vterer, vt quo casu vocatus filius est grauatus is intelligatur, vt est apud nos in cons.98.num.1.& num.14.vers.tenendo hãc opinionem, in notulis Venetiis postea impressis.cæterum in specie hac,in qua ratio habita agnationis est, vt ipsa expressa ex vocatione rectè argumentario ad grauamen deducitur, si quidem rationes omnes quæcunque in vocatione mouent ad grauamen etiam vrgent; quin etiam frugi nullius vocatio in specie hac sine grauamine ad voluntatẽ testatoris implendã esset.

Octauo sententiæ huic iuuandæ appositissimè,argumentum septimum atque vltimum confert, quod adductum est in priore dubitatione ad vocationem filiorum demonstrandam, qui positi in conditione sunt, & quod in exemptione oneris, de quo ibi fundatur, per quam exemptionem testatoris animus non obscurè apparet,

vocatos

vocatos descendentes, grauatosque intelligi, aliàs inepta exceptio aut exemptio illa fieret, vt pote aliena à regula, seu extra regulam posita, quam ipsam tamen ex visceribus, excipi regulæ oportet, aliàs ridicula, ineptaque prorsus exceptio constat, non minus atque si dictum fuerit, omnis homo currit asino excepto. vera igitur, rectaq; exceptio tum denique habetur, si sub præcedentibus includitur. l. nam quod §. fin. ff. de penu. lega. glo. in cap. 1. in glo. 3. de appella. lib. 6. Bar. in. l. in his. ff. de legibus in l. 1. ibique Deci. nu. 26. ff. de reg. iuris, Alex. in. l. fi. col. fi. circa med. versic. sed ipsemet Lapus. ff. quod quisque iuris, Signorol. hùc accedit in cons. 71. col. 3. in primo versi. Præterea per hoc, in cons. 82. num. 10. versic. præterea ad idem, in cons. 166. col. 6. in fin. versic. septimo sic, & in cons. 138. num. 11. in fin. Hicque modus argumentandi Signoroli spectandus ad rem hanc maxime accommodatus, appellatione enim alienationis transactionē contineri, hoc modo probat, quia rei litigiosæ prohibita alienatio præter transactionem est. l. fin. C. de litig. per exceptionem hanc palā fit sub alienatione transactionem includi, quoniam si inclusa non sit necessaria exceptio transactionis non erat, quorsum enim transactionem de regula alienationis eximere si appellationi alienationis transactio non cedit? eadem ratione dicendum descendentes masculos sub regula grauaminis fideicommissiuè comprehendi, aliter si cōprehensi sub grauamine fideicommissi non erant, quorsum onus illud excipere eidem lineam masculinam descendentium eximere? cum necessaria prorsus exceptio, exemptiouè non esset. Et etiam prohibitione Trebellianæ, argumentum hoc octauum iuuatur, quæ prohibitio generaliter omnes apprehendit, quicunque in hæreditate ipsa succederent, per aliquem eam, seu aliquos detrahi vetuit, qui in hæreditate ipsa succederēt, dictio planè aliquem, seu aliquos, vniuersalis est, Geminian. in cons. 29. col. 1. post med. Ruin. in cons. 42. num. 27. lib. 1. Gozadin. in consil. 27. col. 5. post med. & in cons. 31. col. 3. ante med. Itaque grauatos omnes testator in prohibitione hac sensit, quicunque in hæreditate sua succederent, si quidem grauamine cessante inepta Trebellianæ prohibitio est. Nono si interrogatus testator in specie de casu hoc fuisset, filio Gasparis absque liberis masculis decedente, vtrum ad matrem eius, testatori ipsi alienam penitus, an ad fratres agnatosque suos, quorū causa Gasparem filium onerauerat, peruenire bona vellet; nemo omnium dubitat, quin in gratiam fauoremque responsurus agnatorum fuisset, propter quos filias, fœminas aliàs descendentes exclusas esse iussit; & quibus vehementius partibus infinitis, quàm vxori Gasparis extraneæ, incognitæque affectus erat; quod cum ita sit, pro expresso, dispositoque haberi casum istum conuenit verborum quidem tenus omissum, sed voluntate non obscurè declaratum. l. tale pactum. §. fin. ibique, glo. & doct. ff. de pactis. l. Titius §. Lucius. ff. de liber. & posthum. l. vtilitatem & l. in confirmando. ff. de confirma. tut. l. cum res versic. 1. ff. de legat. 1. vbi nihil interest expressum quid sit, an verisimiliter testator id senserit, quæ regula, cum ad materiam omnem, tum verò maximè ad substitutiones amplianda pertinet; Alexand. in cōsil. 130. numer. 5. versic. Confirmantur prædicta libr. 2. Curt. Senio. in consi. 51. super testamentis numer. 3. & numer. 28. in consil. 75. nume. 4. & numer. 13. deci. in consil. 369. post princ. & in consil. 391. col. fina. versic. successiuè non obstat, cumulatè Ias. in consil. 203. col. 2. ante med. versic. secunda ratio est libr. 2. & in consil. 108. col. 4. versic. 3. principaliter moueor, libr. 4. ibique speciem hanc propius loquitur, cum gradus plures substitutionum facti à testatore sunt, quibus exclusæ semper fœminæ leguntur. idem eum in casu omisso facturum verisimiliter fuisse. quid hic dicendum, vbi vltra verisimiltudinem hanc, coniecturæ tot aliæ concurrunt, quæ sententiam hanc omnino confirmant? Hicque obseruandum satis coniecturas

leuiores ad voluntatem disponentis demonstrandam esse, vbicunque verisimilis voluntas per se est, similiter, vt leuior in his probatio admittitur, quæ verisimilia sua sponte sunt Deci. in consi.596. nume.7. & nume. duobus seq. & apud nos in consil. 258. numer.19. quid hic dicendum vbi probabilis vehementes, imò, & necessarias coniecturas versari testatum satis habemus? quin etiam abundè satis verisimilitudo ipsa sola videtur, idest quòd verisimiliter idem dispositurus in casu omisso testator fuerat, sic quomodo argumentum hoc nonum aptissimè monstrat. Argumentis his nouem confirmata satis pellucidè quàm substituti intentio videtur; illud demum superest, vt impedimenta auferamus, quæcunque obiecta è regione sunt, quibus amotis splendidior res fiat, itaque argumentùm primum non mouet, quòd fundatum in dicto consil.21. Oldrad. est, quòd ad eum casum pertinere diximus, quo positi filii in conditione etiam masculi sunt, in quam sententiam consilia Decii relata, nec pauca fuerunt. Nanque quód ad Decium attinet, nihili in specie hæc authoritas eius facienda, vt pote sui ipsius contrarii. l. qui falsa vel varia. ff. de testib. opinione enim illa Deci. vtitur in dicto consil.270. in fin. & in dict. cons. 95. circa fin. vt ad eum casum, Oldrad. dictum non trahatur quo vocati filii censentur in conditione positi. atque frequentior Deci. & maior recentiorum pars in sententia Guidonis Papæ est, vocatos filios intelligi, qui positi in conditione sub qualitate masculina sunt, vti monstratum in priore dubio habemus, & in dicto consi. 62. numer.15. & quidem locum opinioni Oldrad. tum non esse, cum vocati masculi dicuntur, in conditione positi, & agnationem conseruari studio, curæque testator habuit confirmatum, testatumque necessario in argumento septimo habemus, quod factum in sententiam hanc atque in dubitatione secunda habemus, apparet ex his in contradictionem manifestariam Decium lapsum, cum eo etiam casu imprudens Oldra. suscripsit, quo positi in conditione filii masculi sunt, eandem responsionem Socin. vterque Senior, & Iun. cum Parisio patiuntur, qui relati in primo hoc argumento sunt. Secundo respondetur, ex diuersis argumentum Oldra. deduci in dicto. cons.21. Nanque ex iure illo generali argumentatur, satis esse conditione semel substitutionem defectam, neque eam reuirescere filiis in conditione positis sine liberis, & ipsis mortuis, quod argumentum verum quidem est si extinctam conditionem omnino dicimus, sed enim falsum præsuppositum id est extinctam conditionem in morte filii esse filio masculo relicto quód ad filium ipsum attinet; extinctio enim hæc ad personam filii restringitur, qui oneratus priore gradu est. Cæterum in filio eius, ad quem ex voluntate testatoris fideicommissum ambulat, falsum prorsus est, cum grauatus, & ipse sub conditione consimili ex coniecturis efficacibus, dicatur. Tertio respondetur simpliciter plus nimio, atque sine discrimine vllo, Oldra. loqui, quasi ratio eadem, iusque idem, casus vtriusq; sit, nihiluè referat, vtrum sub conditione filii simpliciter adiiciantur in masculorum expresione facta, inter quos casus quantum differt superiora docent. neque articulus iste de masculis ab Oldra. examinatur, argumentis non commemoratis ne dum dilutis, quæ ab expresione hac colligi masculorũ solẽt, ob id, minimi Oldr. authoritas pendenda, à quo discussus, disceptatusuè articulus non est. verum doc. aliis magis credendum, tribuendumuè, qui quæstionem ipsam nominatim discernunt, atque disputant, per ea quæ scripta superius in primo dubio, atque in confutatione prioris argumenti habemus. Quarto respondetur veram Oldrad. opinionem tac in simplici masculorum expresione, esse locum certè in specie hac non potest, in qua præter masculorũ expresioné cõiecturæ, & aliæ sanè quã probabiles verisimiles uè, imò, & necessariæ incurrunt, quæ grauaminis huius in filiis etiã masculis sub cõditio

ne

ne positis fidem non dublam faciant, de quibus dictum satis in superioribus est.

Quinto coniecturis etiam aliis remotis, solaque masculorum expresione interueniente nihilo magis Oldra. locus esse sententiæ eo casu potest, quo ab intestato fæminæ non excluduntur, & quo casu vocatos masculos facilius intelligi cumulatè dictum in priori dubio habemus. sicut enim vocati masculi creduntur, ita & grauati, vt pote, cum grauamine ipso cessante, conseruationi bonorum locus esse in familia non potest, cōtra quàm placitum testatori est, qui nisi masculorum rationem nō habuit, ita in specie. q. huius Soci. obseruat, ex diuerso seu in argumento contrario relatus in d. cons. 116. col. 3 post med. versi. quæ omnino non habent aliquo modo obstare, vsque ad versic. secundum verò tollitur lib. 3. sic in partem diuersam Soci. testimonium regeritur statuto id genus non interueniente. vnde fæminæ excluduntur. apparet etiam ex responsione hac quinta Guidonis Papæ Deciique opinionem, de qua in septimo argumento dubitationis huius posterioris, Socini etiam authoritate falciri, in d. cons. 116. eo videlicet casu, quo per statutum fæminæ non submouentur, quamuis statuto hoc etiam posito ius idem probandum nihilominus videtur ob coniecturas tot alias superius enarratas, eadem ratione in partem diuersam & Parisii authoritas retorquetur, in dict. cons. 31. & in d. cons. 44. lib. 2. qui relatus in argumento primo est. ibi enim ratione illa potissimum mouetur, quòd vocati filii isti masculi non sunt, in conditione solummodo positi, atque ideo grauamine affici nō potuerunt, ita ratione hac vtitur in d. cons. 31. num. 3. & in dicto cons. 44. nu. 8. nu. 15. idem Ias. facit in d. cons. 228. col. 3. versi. tertio, pro eadem parte, & in fi. cons. libr. 2. A sensu igitur contrario, vocatione admissa, ius aliud seruandum censetur, vocationem planè vel ex ipsis Ias. & Parisio, in dubitatione priore ostendimus, qui vocatos filios masculos in conditione positos existiment, secundum quæ contrarii sibi ipsis Iaso. cum Parisio apparent. Non obstat secundum argumentum, quo solo Alexā. mouetur in d. cons. 139. lib. 6. iccirco ad filios in conditione positos substitutionem non porrigi, quoniam ad eum casum substitutio accommodari nec ex impropria significatione potest, quo casu nihili fieri testatoris volūtas solet. d. l. in ambiguo, cū aliis in arg. ipso adductis, mirum enim facere non satis possum argumento id genus Alex. adductum, vt deserendam ob id testatoris uolūtatem crediderit. multifariam enim argumentum hoc dissoluitur. principio inficias eundo, impropriè casum hunc omissum sub expresso non contineri; si quidem nihil aliud hic agitur nisi, vt ad nepotes cæterosuè descendentes fideicommissū protendatur, quod impositum filio est. atqui filiorum appellatione largè nepotes comprehendi dubitatio nō est. l. filii, & l. iusta. ff. de uerb. signif. Bar. in l. liberorum col. 2. post prin. uersic. alii ut domi. Andr. & nu. 9. uersic. secundo principaliter est uidendum. ff. de uerb. signi. Alex. in cons. 1. nume. 6. & 7. lib. 1. in cons. 5. num. 3. in fi. uers. præterea istam opi. & in cons. 26. nu. 8. uers. pro ista opinione lib. 3. unde ex mente testatoris præsumpta, quam Alex. non diffitetur, grauamen filio iniunctum porrigi ad nepotes debebit, id, quod Alex. admittit in dicto consil. 139. si quidem ex larga significatione comprehensus dici casus iste possit, id quod solummodo Alexand. non probat, atque in specie appellatione filii ex mente præsumpta nepotem contineri Paris. scribit in consil. 75. numer. 67. & in cons. 78. numer. 12. libr. 2. Secundo respondetur, casum istum omissum fac sub expresso, & significatione larga non contineri, fideicommisso locum nihilominus & in persona nepotis esse. Nanque, cum ratio agnationis habita in substitutionibus istis sit, eaque expressa, pro eo res est, atque si nominatim comprehensus casus iste in substitutionibus esset, sic comprehensiuè casus iste prouisus non per extensionem dicitur, locus quippè extensioni non est ubicunque expressa ratio inuenitur.

Verum sub dispositione ipsa includi casus dicitur.l.nominis & rei.§.verbum ex legibus.ff.de verb.signif.l.his solis,ibi,satis etiam tacitè cautum putamus.C.de reuo.donatio. glo.in.c.1.de temp. ordi.libr.6.in.c.si postquàm in ver.mente de electio.eo lib.& in clem.1.de electio.cum aliis apud Alex.relatis in cons.75.num.2,in fi.lib.5.apud Deci.in cap.in præsentia nu.35.de probat.in cons.284.col.2.ante med. Ias.in.l.cum quidam col.fi.num.22.ff.de lib.& posth.plenius apud nos in cons. 183. nu.3. inde fit vt permissa extensio in materia etiã pænali sit ob rationem expressã Alex.in.l.cum mulier in quinto nota.ff.solu.matr.in d.cons.75.num.2.in fi.Deci.in.c.at si si clerici col.7.versic.& retenta tamen cõmuni opinione,de iudi.in d.cons.284. col.2.ante med.& in cons.372.num.7.Ias.in d.l.cum quidam num.21.versi.quinto notabiliter limit.in materia tamen pænali latam saltem significationem exigi vt extensio ad casum ommissum fiat placere doct.videtur;non solum autem in ratione expressa locũ prædicta habent, sed & in tacita, quæ pro expressa tamen habetur vbicunque scilicet nisi vna reddi ratio non potest vt ex Bal. Castrens. probat in d.l.si vero.§.de viro.ff.solut.matr.Cur.Sen. in d.cons.75.numer.4.& in d.cons.80. rectè col.3. post med.ver.& in proposito nostro,Paris.in cons.66.num.66.lib.3. Tertio obseruandum nepotes hic & descendentes masculos nominatos,si quidem positi in conditione sunt,vnde illud quæritur vtrum vocati,grauatique censeantur,cum aliter consultum dici agnationi conseruandæ non posit,quam curæ tã maximè testator habuit,quo circa extensio hic ad personam non nominatam non vertitur, verum in personis ipsis expresis quæstio versatur vocatæ,ne atque grauatæ hoc ipso dicãtur, quòd ratio habita agnationis est,quæ salua fieri non aliter ex sententia testatoris potest nisi vocationem grauamenque admittamus. Quarto respondetur,si responsionem hanc Alex. admittimus,idcirco grauatum filium non intelligi in conditione positũ quòd neque propriè,neque impropriè ad casum istũ trahi grauamen potest, quod iniũctum instituto est, subuersio euidens decisionum infinitarum consequitur,quæ probatissimæ sunt,vulgoque à Doct.receptæ,ex quibus nonnullos Alex. ipse commemorat in dicto consi.130.num.5.lib.2.plures Iason recenset in d.consil. 203.col.2.lib.2.cum aliis in nono supra argumento aggregatis, quibus apparet ad eum casum extẽsionem fieri in quo idem prouisurus testator verisimiliter fuerat si interrogatus de eo fuisset. nanque si decisiones illas ex fide bona,sedulòque intuemur,vtique cõperietur neque propriè neque impropriè sub casu expresso omissum contineri & quidem perspicua res in exemplo illo fit in quo ad casum secũdi matrimonii trahitur quod dispositum post mortem vxoris est. atqui commune quicquam quo ad significationem verborũ, vel impropriam cum secũdo matrimonio mors habet;rursus quòd pupillarem tacitam vulgaris cõtineat, viceque versa pupillaris expressa tacitam vulgarem verborum hoc significationi impropriè etiam repugnat,vt verba affirmatiua ad negatiua trahantur,& ex diuerso; atqui ea ratione factum id est quòd si cogitatum ad eum casum aut interrogatus de eo testator fuisset idem dispositurus verisimiliter fuerat ut habetur ia.l.iam hoc iure.ff.de vulga.quod si Alex.responsionem admittimus à lege ipsa recedere nos oportet,hicque obseruãdum si verisimilitudinis huius rationem lex habet etiam si coniecturis aliis verisimilitudo ipsa non iuuatur,quanto magis probandum idem erit vbicunque coniecturæ aliæ affatim cõ concurrunt,ex quibus voluntas præsumi ista potest;potentior quippe nõ paulò voluntas testatoris est,quæ ex dispositione, verbisque eius per coniecturas percipitur, quàm quæ ex uerisimili à lege interpretetur,prior quæ tacita dicitur ad matrẽ à legitima excludendum in substitutione pupillari tacita non ualet,quod contra in voluntate à lege interpretata est,Bar.in.l.2.in princ.num.38.ff.de vulga.iuncta.l.fin.C.

de

de instit.& substi.no.idem Bar.in.l.Centurio col.2.post med.versi.non ob.ratio Petri ibique expresius Bal.ante fin.vers.ego respondeo ad argumentum.ff.de vulg.& in casu isto non iniqua Bal.sententia videtur in.l.cum virum num.19.C.de fideicō. mentem testatoris sequendam, de qua constat etiam si omnino verba repugnant.

Quinto responsioni huic Alexandri Castren.Soc.Curtii poster.Ruin.Paris.Guido Papæ, Deciusque reclamant quos relatos in tertio, & septimo argumentis pro sententia hac habemus, à quibus Oldra.dictum in d.consil.21. limitari ostendimus, quæ limitationes sola testatoris voluntas nituntur. enimuero falsæ limitationes omnes sunt si vera Alex.responsio est, ad rem voluntatem testatoris non attinere, flociq; eam faciendā quoties ad casum omissum nec ex significatione impropria trahi verba possunt. semper enim argumentum hoc obstaturum Alexandri erit, & quidem casus idem ratioque eadē in limitationibus memoratis versatur, in quibus nō aliud agitur nisi, vt ad filios in conditione positos fideicommissum trahatur. consequens his fit nihil esse quòd authoritate Ruin. pars. fidat in d.cons.153.lib.2.nanque opinio eius in d.cons. Alex.139.tota fundatur à cuius ratione responsioneuè Ruin.ipse non obscurè discedit in d.cons.143.col.4.libr.3. de quo in tertio fundamento pro sententia hac iacto; neque enim Ruini ibi consistere opinio potest Alex.responsione admissa; ad eundem modū & Parisii tela arcentur, cuius authoritas in dubiis seu motiuis propositis allegatur. Sexto respondetur prædictis etiā omnibus cessantibus, quæ ipsa tamen non leuiter mouent, ex eo tamen substituti ius defendi quòd verbis ipsis testamenti declaratam videtur vocatos grauatosque masculos in conditione positos esse, cum oneri eximuntur vnum aliquem ex familia Sesiorum iu disciplina literaria, militariuè sustentandi, cui adstricti substituti alii sunt ex latere venientes quod prohibita Trebellianæ detractio vniuersaliter est non substitutis modo transuersalibus, verum omnibus, quicunque ad hæreditatem testatoris venirent per ea, quæ verbis pluribus scripta in priore dubitatione in quarto, & septimo argumento, atque in dubitatione hac secūda sub argumēto octauo habemus. Tertiū item argumentū nō mouet, & si maxime volūtas verisimilis testatoris fuerit vt ad hunc quoque casū substitutio traheretur, sequendā tamen eā nō esse quādoquidem permissa extensio non sit de persona ad personā, qua ratione Decius præcipuè Ias. Paris. quæ vtuntur in cons.sub tertio ipso argumento commemoratis.multis enim modis argu.hoc tollitur.principio enim inficiari non pudeat extensionem hic non versari, vt fideicōmissum Gaspari impositum ad filiū eius extendatur, verum an grauatus filius ex verbis illis cōditionalibus censeatur si sine filiis masculis decesserit vel ipso sine filiis decedente, &c.atq; adeo vtrum ad vocationem, & grauamen uerba conditionalia ualeant. locus enim extensioni esset si mentio facta de filiis masculis nō sit. cæterum expresione eorum facta illud demum dubitatur an uocati, & grauati æstimentur similiter ut Gaspar, consequenter nisi declaratio à grauamine Gasparis non sumitur, ut quo animo positi in conditione sint an ut ab intestato an ex testamento succedāt nō modo ex coniecturis ante enarratis, sed & ex grauamine Gasparis declaratio accipiatur, cum nouum non sit partem unam testamenti ab alia declarari.l.siquis ex argentariis.§.si initium.ff.de eden.l.utrum, ibique Ang.ff.de peti. hæred.l.hæredes palàm.§.sed si notam, ibi ex uicinis scripturis.ff.de testam.l.qui filiabus ibique Bart, &.l.si seruus plurium.§.fi.ff.de lega.& leg.legatorum.§.1.ff.de lega.2. Secundo extensio non uersatur, ratione agnationis conseruandæ, & uerbis & re expressa, quo casu aut inclusiuè aut comprehensiuè nō per extensionem fideicōmissum hoc in filiis masculis intelligi demonstratum supra in secunda responsione ad secundum argumentū posterioris huius dubitationis refellendum habemus, atque nominatim ad

personam ex ratione expressa extensionem fieri ex Castrens.probatur in d.l.si uerò. §.de uiro.ff.solu.matr.Cur.Sen.in d.cons.75.num.4.versi. si ergo concessit & in d. cons.80.recte col.3.post.med.versic.& in proposito nostro, Paris.in d.cons.66.lib. 3. quibus in locis idē in ratione tacita probatur quæ pro expressa habetur, cuiusmodi species controuersa est, in qua nisi agnationis cōsiderari ratio potest, quoties masculorū mentio fit Io.Andr.in rubr.de testa.in fi.apud Spec.Paul.de Ca.in cons.421 quòd ista mater col.2.in fi.lib.1.in cons.190.nouiter reuocatur in dubium col.2.circa med.& in cons.300.viso quodā processu col.2.li.2.Soci.in cons.12.col.circa med. num.5.in cons.63.num.14.versi.quinimo si totus tenor, & vers.ex quibus infero lib. 3.& in cons.73.num.11.lib.4.Deci.& in cons.227.col.3.in fin.vers.& stante præmissa conclusione, in d.cōs.270.col.2.post med.vers.circa primā conclusionem, & in cōs. 371.col.3.post med.versi.sexto, & vltimo, & in consil.516.col.1.in princ. quid hic dicendum vbi, & verbis, & re seu effectu ipso ratio hæc expressa agnationis est? Tertio permissa extensio ad personam est, quoties obsonum aliàs consequitur vt melior extranei seu remotioris cōditio, quàm proximioris fit, quare si à masculis filia excluditur, & neptis exclusa intelligitur, recentiores in.l.2.C.de in ius voca.Signorol.hùc accedit in cons.206. cum sacellum edificari testator iubet casu, quo hæres filia existat, locum edificādi oneri multomagis esse extraneo ad hæreditatem veniente, eiusdem generis & illud Corn. est in cons.188.lib.2.si à fratribus patruelibus aut consobrinis mater submouetur longè magis à patruo ipso excludendam eā esse. Quarto respōderi ad argumentum potest, illud negando, si quidem locus extensioni ad personam videtur quoties in persona alia verisimilis testatoris mens versatur, vt autor Ang.est in.d.l.Gallus §.& quid si tantum, quo cum Ias.sensit sui contrarius in consi. 148.col.3.in fi.lib.2.& in cons.154.col.5.post med.lib.4. Paris.in cons.50.num.54. 55.& seq.& in cons.66.num.68.ad nu.vsque 74.lib.3.vbi opi.hanc Ang.æquiorem humaniorem, crebriorem, verioremque testatur. Si dixeris, tecum Craueta pugnas, qui cum Areti.senseris in d.cons.98.nu.13.obseruandum, quia sine dubio locū Aret.esse opinioni dixi vbicūque agitur, vt ad sensum dispositio trahatur, quem comprehendere non potest ex Curt.Iun.in cons.113.num.10.in alio agitur casu dubitatione non vacare Areti.dictum non obscurè sentimus.l.cum prætor.ff. de iudi.l maritus.C.de procura. Quartum denique, & vltimum arg.non mouet quòd verbis positū restrictiuis est, & quidem quod ad illa verba pertinet, tūc, & eo casu, &c. vel id genus alia, impedimento esse extensioni non solent vbicunque mens alia testatoris ex coniecturis apparet, si quidem casus similes excludi à verbis istis nō debent, author Barb.in cons.21.col.5.vers.& si dicatur lib.2.Deci.in cons.227. in fin.& in cons.372.circa fi.vbi hoc amplius subiicit taxationem aut restrictionem in verbis his non inesse, at temporis solūmodo extremitatem denotari, atque vbi taxatio versetur casus similes tamen non remoueri per text.in.l.1.§.1.ff.si mensor fal.mo.dixit, cum aliis ab eo ascriptis, casus similes ob verba hæc non excludi Galiau.scribit in d.§.& quid si tantum in quarto no.Gozadin. in.cons.64.in fin.versic.tex.in dict §. & quid si tantum iuncto principio.l.eadem opinione Paris.vtitur in cons.92.nu.60 in fin.versic.non ob.etiam consideratio, in cons.20.num.36.in cons.50.numer.52.& seq.& in cons.66.num.64.lib.3.Ripa.l.1.num.169.in fi.ff.de vulga. ibique Decium nominatim mordet in consil 63.col.2.vbi opi.diuersam probat; extensionem per verba ista non impediri ex verisimili testatoris mente Soci.Iun.testatur in cons.106.nu. 29.& seq.in cons.114.num.29.lib.1.& in cōs.145.nu.29.li.3. vberrimè scitissimèque omnium Casiodor.ad explicat.Deci.1.de testa.fo. 210.vbi extensioni verba ista obstare tunc, & eo casu, & non aliter existimat, nisi dictio adiecta taxatiua sit tantū, dum

taxat

taxat tunc & eo casu tantum, dum taxat aut solummodo, id quia declaratiua, aut demonstratiua non taxatiua esse verba hæc ait. tunc, & eo casu, hùc pertinẽt quæ scripta apud nos sũt in tracta. de antiq. tempor. parte quarta nu. 66. extensionem à verbis istis non impediri, quæ ex mente disponentis verisimile fit, mentem planè testatoris ad hunc casum ferre, declaratum satis in superioribus est, sine dubio autem extensioni repugnare verba ista non debent vbicunque absonum aut absurdum aliàs consequitur, vt in d. tracta. atque in d. quarta parte scriptum apud nos est nu. 62. absurdum planè nec semel tantum hic consequi si ad masculos in cõditione positos fideicommissum non pertinet demonstratum satis ante habemus. Responsio eadẽ ad alia verba competit, quæ restrictiua videntur, modis præmissis vel suprascriptis, nanque interpretari ea ita supplendo conuenit aut aliis similibus in quibus eadem verisimilis quàm testatoris mens vertitur,, & quibus remotis voluntas ipsa haud dubiè offenderetur, absurdaque plura consequerentur. Secundo ad argumentum respondetur illud retorquendo, nanque si casum hũc, qui ommissus à verbis dicitur sub expresso contineri ob rationis non identitatem modo, sed & authoritatem asserimus, relatio hæc verborum restrictorum ad superiora fieri cum qualitatibus suis omnibus debet, idest cum inclusione casus huius verborum tenus solummodo ommissi l. si prior maritus. ff. solu ma. l. 1 §. si quis sub conditione ibi. hinc stipulationi easdem conditiones, & causas inesse sciendũ est. ff. vt lega. nomi. cauea. l. in summa ff. de re iudi. Ancar. in consilio 163. visis diligenter col. 3. post med. versi supradicta cõfirmat, not. Bar. in. l. si quis seruum §. fi. ff. de lega. 2. & in l. 1. in fin. ff. si fami. fur. fecis. dic. & in. l. 1. in principio. ff. de recepta. Socin. in consilio 27. nu 12. lib. 4. Tertio respondetur inficias eundo verba hæc restrictiua vbi cõsiderari restrictio possit, ad conditionem illam referri si decesserit sine filiis masculis, per quam relationem correctio voluntatis testatoris sequeretur vt Castren. docet in consili. 460. viso instrumento locationis col. 2. lib. 1. Abbas in consilio 20. nu. 2. lib. 2. volũtatem planè testatoris ad casum hunc ferri nihil est quòd toties repetamus. Quarto ad præcedentia relatio non fit vbicunque ex tali relatione voluntas disponentis læderetur ad ea enim relatio non fit in quibus mens cessat Oldra. in consil. 152. factũ tale est D. Clemens Papa col. 2. Abba. in cons. 75. in fi. lib. 2. Alex. in cons. 48. lib. 1. & apud nos in cons. 70. col. 3. post med. nu. 9. voluntatem hic offendi quorsum tam sæpissime inculcare? Quinto ad præcedentia relatio omnia relatio nõ fit quoties per eam obsona res cõsequitur cap. ecclesia vestra 2. ibique Abbas in sex. nota. de electio. vbi tex. similem in partibus omnibus iuris canonici nescire Abb. se testatur, sed enim tex. similiter extat in clem. ne in agro §. Cæterum adiuncta glo. de statu regul. quem tex. Abb. ipse nõ ignorauit in cap. 2. requiris de appel. tradit Cardi in cons 49. col. 2. in fi. Alex. in consil. 17. libr. 7. Feli. in cap. causam quæ col. 5. in quinta limitatione de rescrip. Ias. in cons. 48. col. fi. li. 3. Corset. sing. 34. clausula, absurda planè nec pauca manifesta supra manifesta suprafecimus. Sexto adprecedentia omnia relatio non trahitur vbicũque effectus vnius causæ introductæ effectum cõtrarium agerent. Roma. in cons. 363. petitur a me, Areti. in cons. 121. col. 2. uersi 2. moueor, & apud nos in dicto cons. 70. nu. 7. enimuero substitutiones istæ in quibus uerba ista apposita restrictiua dicũtur agnationis tuendæ & propagãdæ causa ascriptæ sunt, diminutionem planè agnationis fauor haud obscurè acciperet, minorque fieret si uerba hæc quæ restrictiua asseruntur ad superiora omnia referemus, ita ut finem substitutio capiat statim ut filio masculo superstite mortem Gaspar obiit. Septimo ad præcedentia omnia relatio non fit ubicunque ratio diuersitatis subest cur fieri ad omnia non debeat, Domin. in c. illi. qui per glo. 2. ibi 5. q. 5. idem Bar. tradit in cõs. 54. Roma. in

cons.

conſ.408.circa fi.Abb.in d.cõſ.75.nu.4.li.2.Alex.in d.cõſ.48.in princ.lib.1. Corſe, ſing.34.atqui in prõptu ratio diuerſitatis apparet ne ad illã cõditionẽ ſi abſque filiis maſculis. uerba reſtrictiua referantur, ſi quidem per relationem hãc & voluntas teſtatoris offenditur, & contrarius effectus,abſurdaue conſequntur de quibus dictum nec ſemel eſt,ad modos igitur,formasque alias haberi relationem oportet.

Octauo monendi ſumus formam,modumque à teſtatore inter tranſuerſales præſcriptum,in quo rei ſumma coſiſtit,& ad quem animaduerſum nõ legi,nãque Theſeo fratre ob ſubſtitutionem admiſſo,non niſi in vita ſua durare ſubſtitutionem,eoque extincto ad Guidonem,aut primogenitum eius venire bona voluit, etiam ſi liliberi maſculi ſuperſtites Theſeo fuiſſent, quos non imprudens omiſit, neque ad eos l.cum auus,& l.cum acutiſsimi,pertineant vt ex.l.ipſa,cum auus, probatur,ibique Soci.in.1.nota. hoc obſeruat,idem Alex.probat in conſ.38.nu.2.circa fi.lib.1;& in conſ.93.nu.3.uerſi.nec talis conditio lib.3; Veronens.in conſ.54.ol.2; quam opi. receptam, Deci.teſtatur in conſi.529.col.fi.verſi.2.indubitanter, è contrario Guido ne ſemel admiſſo atque ſublato ad lineam ſeu deſcendentes Theſei,rurſus perueni re bona voluit, atque deinceps in infinitũ viciſsitudinem hanc ſeruari teſtator voluit,ita ut inter deſcendentes modo Theſei,modo Guidonis bona ipſa eſſent, quãdiùconſiſteret;iſtam teſtatoris mentem fuiſſe taſtamenti ſcriptura non obſcurè aperit,ſi ſedulò eam perpendimus, idque etiam perſpicuè ex eo oſtenditur, quòd niſi ſubſtituto nouiſsimè omnium decedenti conditionem hanc non aſcripſit,ſi abſque liberis maſculis, & fæminis vita cederet.quæ res indicio eſt in ſubſtitutionibus aliis tranſuerſalium, conditionem hanc intelligi teſtatorem voluiſſe,ab incluſione vnius argumentando,l.cum prætor.ff. de iudi;l. maritus .C. de procurat.c.non ne, de præſumptio.iccirco autem vltimo decedente conditionem hanc adiecit, quoniam non aliter ad eccleſiam pertinere bona ſua velit, niſi ſi deſperata prorſus agnationis cauſa foret,quo circa maſculis fæminisue à ſubſtituto vltimo relictis, admitti monaſterium voluit.ſi quidèm ex fæminis natu maior,& ipſa virgo præponebatur,quæ uiro nuberet,qui Seſsiorum familiam iniret. ſeries hæc igitur per vices ſuccedendi inter fratres inſtituta in cauſa præcipua fuit. quamombrem admodum ſupraſcriptũ teſtator ſe retulerit, modi tamen inſerti& alii leguntur circa fæminas in matrimonium collocandas,ne detractio Trebellianæ,alienatio ue bonorum fiat, ſic quomodo animaduerſum à D.aduocatis eſt. non etiam credibile omnino eſt,vt ad eam cõditionem relatio haberetur, ſi abſque liberis maſculis Gaſpar decederet ita ut liberis ſuperſtitibus locum in eis ſubſtitutio non haberet,cum voluntati teſtatoris ſenſus iſte repugnet, effectus contrarius, abſurdaque ex eo ſequantur. Sed obiecturus aliquis erit, ſi eandem parem ue agnationis rationem inter deſcendentes atque tranſuerſales teſtator habuit, ita ut in deſcendentibus etiam conſeruatio bonorum fieret quid,ita nominatim circa eos prouiſum ſubſtituendo non eſt? reſpondetur viciſsitudinem illam in deſcendentibus obſeruandam viſum teſtatori non eſſe, neque decoram eam inter deſcendentes æſtimari, ne nudi, inopesque deſcendentes alii exularent, ſi quidem bona alia habituri veriſimiliter non erant quàm teſtatoris ſtipitis eorum communis.quæ ratio in Theſei, Guidoniſque deſcendentibus ſilet, ad quos alia bona ipſorũ peruentura Theſei, & Guidonis,erãt pro inde ſatis teſtator in deſcendentibus habuit ſimpliciter eos admodũ memoratũ vocare, & grauare, Aymo Craueta à Siuiliano I.V.Doct.primũ iuris ciuilis interpretũ gradũhora veſpertina Papiæ obtinens,cenſura grauiore ſalua.

Pro

Pro Excellentiss. D. Aloysio Cellesio Pistor. Aduo. Florent. Com. & Eq.

IN EPITOME Q. XXI. ET DE SECVNDO ARTICVL. Q. XLIIII.

PROPONITVR punctus, an Thomas iunior Cellesius possit agere contra tertios possessores bonorum hæreditariorum. q. Thomæ Senioris eius aui, prætextu auiti fideicommissi reciproci inter quattuor filios hæredes vniuersales ab eo institutos; super quo scriptum fuit subtiliter, & copiosè (pro eorum more) à præclarissim. Iurisconsul. aduocatis Florentinis; Iccirco nobis requisitis ad dicendum quid pro veritate, & iustitia in præmissis, sentiamus, nihil aliud restat, nisi maturo, & perpenso iudicio simpliciter opinionem veriorem, ac iustiorem eligere: Igitur testamento lecto, ac re ipsa inter nos sæpe tractata, & versata, placuit tandem præmissa resolutio pro eadem parte negatiua tertiorum possessorum, per rationes, iura, & fundamenta in exhibitis consiliis, & allegationibus deducta, & exarata; Necnon per nonnulla alia, pro maiori declaratione, corroboratione præmissorum, (ex abundanti tamen) inferius addenda; nam dubitabilis valde, prima facie, conclusio ista apparebat, quoniam in testamento legitur testatorem fecisse differentiam inter filios masculos, & filias fæmiaas, si quidem masculos hæredes vniuersales instituit, filias verò fæminas in certis quantitatibus dotauit vnde illud verbum, sine filiis, positum in conditione fideicommissi intelligi debet de filiis masculis tantum, non autem de filiabus fæminis, cum masculinum non concipiat fæmininum, quando sumus in materia differenti, Iaso. latè in. l. si quis id quod, numer. 11. versic. istam regulam limita primo. ff. de iur. omn. iud. Augebatur dubitatio, quia vltra proprietatem verborum, à qua in dubio non est recedendum. l. non aliter. ff. de lega. tertio. cum vulgaribus, concurrit coniecturata mens, & voluntas testatoris si enim proprias filias primi gradus ab vniuersali institutione, & substitutione exclusit, multò magis credendum est, quòd neptes ex filiis remotiores excludere voluerit, alioquin sequeretur absurdum contra. l. si viua matre. C. de bon. mater, quòd melioris essent conditiones neptes, quàm filiæ. Amplius ad idem concurrit alia coniectura, quia testator uidetur respexisse ad conseruandum bona in agnatione, & familia sua Cellesia, cum filios, & eorum filios, & descendentes masculos, & per lineam masculinam in institutione, ac substitutione expressim honorauerit, iuxta decisio. Riccard. Malumb. relatam per Ioan. Andr. in addit Specul. rubrica, de testament. cumque ex consuetudine totius Italiæ extent vbique statuta præferentia masculos fæminis in successionibus, ad quæ testatores censentur eorum mentem, & uoluntatem tacitè conformare, iuxta not. per Bart. l. hæredes mei §. cum ita. ff. ad Trebellian. & denique cum diuisionem, & alienationem bonorum filiis, & hæredibus prædictis ad finem certè, ac effectum prædictũ, prohibuerit; bona verò in agnatione, & familia Cellesia non conseruarentur, si filiæ fæminæ excluderent substitutos filios masculos, quare ex his simul iunctis videbatur dicendum prædictum Thomam neptem masculum solum superstitem, fuisse, & esse uocatũ non solum ad portionem bonorũ obuentã Simoni patruo, & Francisco patri, de quibus nõ uidetur esse dubiũ, uerũ etiam ad portiones obuentas Philippo, & Iacobo nõ obstante

quòd ambo decesserint relictis filiabus fœminis;ad tradità uulgaria per Pau.de Cas. Fulgos. & Corn. in.l.1. in fin.C.de condit. insert. vbi Paul.de Castr. refert aliàs vidisse similem.Q.arduam,in qua consuluerant quasi omnes doctores Italiæ, & etiam collegia,& se fuisse primum consultorem pro ista parte,loco pio in illo casu,substituto:eamque tenuisse etiam D.Raphael.& totum Florentinum collegium,& etiam omnes aduocatos curiæ Romanæ,qui erant plures, & solennes: Et quanquam ibi referat,quòd tamen postea nunquam amplius voluit consulere,licet pluries requisitus, quia multorum consilia in contrarium fecerunt se in dubitationem incidere, nihilominus reperitur quòd post illa scripta rursus ipse consuluit in alio simili casu contingenti,vt ipsemet refert.cons.79.casus iste frequenter cõtingit.in antiq. vbi ait,quòd nunc deuictus instantia amicorũ,vt dicat.quid sibi videtur, cogitauit posse dici sic probabiliter,vt si substitutus sit de descendentibus testatoris(prout erat illo casu)tunc prima pars siue opi. sit verior contra neptem pro substituto;si verò substitutus sit extraneus,prout erat in alio casu,vbi erat substitutus locus pius,tũc secũda pars seù opinio sit verior pro nepte contra substitutum;& inter alias rationes cõsiderat,quòd testator in primo casu censetur habuisse respectum ad agnationem suã masculinam, & voluisse bona remanere in familia suorũ descendentium masculorum,tàm ex eo, quòd filias suas exclusit ab vniuersali institutione, & substitutione, tùm etiam quia masculis inuicem substituit: & ponderat hoc esse multum in vsu in Italia,propter statuta vbique excludẽtia fœminas propter masculos,vt ibi latius per eum:cuius distinctio videtur postea fuisse approbata per modernos in simılibus casibus contingentibus, vt passim habetur in consiliis, & nouissime tradit Alb. consil. 19 ad quem breuitatis gratia,sufficiat remissio; & ad Socin.l.cum auus.col.59.nu. 58.versic.quartus casus.ff.de condit.& demon.vbi latissimè disputauit, & distinxit.

Quibus tamen non obstantibus, pars contraria pro tertiis possessoribus, vt non possint inquietari, & molestari à dicto Thoma, visa est, verior, & iustior, sequentibus fundamentis:Principio præmittendum est, respectu portionum.DD.Philippi & Iacobi, nos habere claram, & indubitatam iuris conclusionem, quòd verba illa conditionalia, sine filiis, continent tam masculos, quàm fœminas adeò, quòd nedum filia fœmina, sed etiam nepos ex filia excludunt substitutum.l.1.C. de condit. insert.quæ lex licet loquatur de verbo, sine liberis, tamen idem est de verbo sine filiis,vt not.Corn.ibi num.16. idemque receptius esse attestatur Pinel. in repet.d.l.si viua matre,fol.705.uers.idemque receptius est:& probatur etiam in.l.iubemus,iũcto.§.sin autem.C.ad Treb.& tradit Io.And.in cap.Raynaldus,de testam.Alexã.in terminis cons.17.nu.9.li.7.Soc.cons.14.nu.4.li.1.& in terminis cõs.55.li.3.Roman. cõs.148.in fi.Bologn.cõs.32.in prin.Cur.Iun.cõs.163.nu.10.in terminis.Gozad.cõs. 89.num.1.vbi appellat hanc propositionem indubitatam;& de verbo vulgariter prolato,senza figliuoli, cõmuni utrique sexui.loquitur Cor.cons.91.col.2.li.2. & Roy. consil.133.nu.2.lib.3.Mant.cons,10.nu.25.lib.1. quæ cõclusio procedere uidetur etiã ex uerborum proprietate,nõ autem ex interpretatione extensiua, ponderando tex. in.l.siquis ita.ff.de testam.tut.uersic.filiorum appellatione & filiæ continentur, nã id uerbum, contineri, importat proprietatem uocabuli, non ex interpretatione; doctrina est Bart.l.cui. §.affinitares, uersic. secundo not.ff.de postul. & in terminis ita ponderauit Deci.consil.570.in princ. refert Tiraquell.in tractat. de retractu.§.1.glos.9.numer.227.Cui addi potest Corn.consil.68.numer.3.uersic.loquitur per uerbũ,continetur.lib.4.Fortun.in.l.Gallus §.idem.credendum.numer.33.ff.de lib.&posthum.Soci.Iun.cons.158.num.34.lib.2.sed quicquid sit in hoc, an masculinum concipiat fœmininum ex proprietate, de quo latè disputat, & congerit Tiraq. loco

loco præalleg. certè in proposito superflua videtur esse talis disputatio de verborũ proprietate, cum in terminis cõditionis, sine filiis, habeamus in effectu cõclusionem indubitatam, de qua supra, & appareat fortius quòd contra verba ipsa neptis faciat deficere fideicommissum, iuxta celebrẽ dispositionem.l.cum auus.ff.de condi.& de monst.&.l.cum acutissimi; C.de fideicom.vbi in specie Bal. not.de nepte; ita inquit ad propositum Corn.cons.146.num.10.lib.11. Expremisso itaque præsupposito claro, & indubitato patet esse fundatam partem tertiorum possessorum contra.d.Thomam, vt ipse exclusus intelligatur à prætenso fideicommisso, cum defecisse videatur conditio sine filiis, etiam stantibus solis filiabus fœminis. Restat solum diluere, & labefactare assertas coniecturas in contrarium adductas, super quibus tota iacet difficultas; & pro generali resolutione præmittendum est id, quod magistraliter dicebat Bal.l.cum virum.C.de fideicom.quòd voluntas defuncti nõ potest allegari ad detrahendum verbis; propter enim nimiam subtilitatem sæpe erramus in coniecturanda mente defuncti, cum animum ipsius nõ videamus, dicebat idem Bal. l.precibus.C.de impub.quæ verba eleganter conuertit Alcia.de verb.sig.li.3.fol.86 decipimur tamen plerumque (vt Bal.inquit.) dum scrupulosè nimis, & anxiè coniecturis, ceù exploratis rebus vtimur: Hinc Paul.de Cast.cons.150.col.1.in antiq. not. quòd si verba, quibus est vsus testator, possũt importare illud, & etiam aliud, tũc ex illis nõ diceretur apparere de eius mente, & idẽ cons.200.in fi.inquit, quòd licet dispositio testatoris videatur fuisse indiscreta, & irrationabilis, &c. quicquid sit, verba testatoris sic cãtare, &c. & idem cõs.247.in fi.quòd potius esset arguere testatorem, quòd aliter facere debuerit, quam fecerit rationabiliter: & idem not. Soci.cons.104 num.8.lib.3.vbi ait, non sufficere imaginatione prudenti considerare testatorem ita voluisse, nisi talis voluntas transiuerit in dispositionem Corn.cons.61. libr.2. num.2. versic.tamen.vbi ad propositum ait, quòd non debemus diuinare mentem testatoris, & ex nostri capitis sententia dicere, hæc est mens testatoris, ideo recedamus a verbis, &c. & nume.8.versic. Et non video; vbi inquit non videre qua ratione reueletur ista mens testatoris, quæ exclamatur; quilibet potest ad suum propositũ dicere, hæc est mens testatoris, sed animaduertat (ait ibi) quòd tunc demum receditur à verbis quando constat de mente.& non aliter.d.l.non aliter.ff.de leg.3 Et idem Bal. cons.135.libr. 5.quòd in voluntate testatoris interpretanda diuinare non debemus, quia in testamentis nihil tàm perspicuum, vt claritas, &c. Idem Bal.cons.408.libr.3. loquitur etiam quòd magna sit præsumptio illius testatoris volũtatis: idem Bal.cõs. 232.lib.5.quòd in voluntate testatoris præsumenda subaudiri nihil debet: quæ omnia dicta Baldi sæpe moderni consulentes (præsertim Craue.) vsurpant in eorum cõsiliis: & plura ad propositum congerit Guliel.de Benedict.in cap.Raynut.versic. Eidem impuberi, num.1.versic.cum testator semper voluisse præsumatur, de testam.& Ias.consil.142.col.8.lib.2.& cons.228.col.3.vbi post Bal.inquit, quod non cantat instrumentum testamenti, neque ego cãtabo, more Venetorum: benè ad propositum facit tex.in authent.de resti.& ea quæ par.vers. verbis testamẽti innixi: & bonus tex. l.ex verbis.C.de donat.int.vir.& vx. versic. testamento lecto, inditorum verborum conceptio non fideicommissum relictum ostendit: Et certè si errandum sit in interpretanda voluntate defuncti, tutior erit error iudicis, si inhæret scripto; potest enim iudex imputare testanti, cur clarè mente suam, & uoluntatem non expresserit; dicebat pulchrè Paul.de Cast.l.si pluribus §.si eadem, uersic. nam imputet sibi testator, quare hoc non dixit cum facile sibi erat.ff.de leg.primo. His generaliter præmissis, nunc contra assertas coniecturas si per coniecturas eundum esset, opponitur in primis celebris dispositio Papin.Iuriscõs.in.l.cũ auus.ff.de cõd.& demõ. ubi ad exclu

ſionem filii ſubſtituti, pronepos admittitur in portione paterna; quæ diſpoſitio pro cedit etiam in nepte.l.cum acutiſsimi.C.de fideicom.vbi Imper. ſummè laudat reſponſum Papinia.eique pleniſsimum ſenſum tribuit: & pro ornatu dictarum legũ plura congerit. & conſiderat Corn.conſ.202.num.5.lib.3.& conſ.273.col.2. in fi.lib. 4.& conſ.230.num.6.eo.lib.3.vbi in terminis conſuluit: à quarum legum diſpoſitione adeó clara,& aperta non videtur temerè recedendũ propter nouas inuentiones, & fantaſias doctorum ſubtilizantium, ut Fulgos. Paul.de Caſt.& ſequacium: Et maximè, quia veriſimile eſt, quòd alii antiquiores doctor. ita limitaſſent, ſi rationabilem huiuſmodi limitationem,& inuentionem putaſſent, cum caſus iſte ſemper contingat, quòd teſtatores dotãt filias, & filios maſculos hæredes vniuerſales inſtituũt; ita in ſimili ponderat,& arguit Corn.l.generaliter §.cum autem nu.6.verſic.& quia veriſimile eſt.C.de inſtit.& ſubſtit:& in terminis diſcurrit Alcia.conſ.528. numer.8. videmus Signorol.in conſ.117.vbi in terminis erat illo caſu filia inſtituta in re certa, & maſculi hæredes vniuerſales inſtituti,& tamen ipſe non aduertit, vel non curauit de huiuſmodi conſideratione;& plura ſimilia exẽpla poſſent reperiri. Modo ad primam illam coniecturam ſuper excluſione propriarum filiarum teſtatoris, ſuper qua Fulgos.Paul.de Caſtr. & ſequaces faciunt principale fundamentum, per d.l.ſi viua matre, reſpondetur primo quòd ille text.non meruit allegari in terminis, quia loquitur de nepote reſpectu eius patris, at nos loquimur de nepte reſpectu amitæ, à qua non deſcendit, ita in terminis conſiderando reſpondit Cor. d.l.1.num.18.C.de cond.inſer.& fundamentũ cõfunditur in terminis.d.l.cum auus.vbi eſt melioris cõditionis pronepos quàm eius pater, quia licet pater fuerit grauatus per fideicõmiſſum, tamen fauore pronepotis deficit grauamen, & ipſe pronepos non remanet vlterius grauatus: item quia ibi ſolus nepos fuerat grauatus non autẽ filius, & ſic videbatur filius prædilectus,& ſic eſſe debere melioris conditionis, quàm pronepos, & tamen pronepos excludit filiũ ſubſtitutum, & quidem ceſſantibus verbis fideicõmiſsi: ita inducit,& ponderat in terminis Roy.conſ.142 col.fin.lib.2. facit d.l.iubemus. C.ad Trebell.vbi non obſtat inſtitutionis inæqualitas, vt ibi in textu: Cõfirmatur iſta reſponſio, quia non eſt facienda extenſio de perſona filiæ ad perſonã neptis, in materia excluſiua,& priuatiua, præſertim cum ab ipſa filia non deſcendat, arg l. illam.C.de collat.& ibi not.per Deci.num.11.tradit in terminis Cur.Se.conſ.63.nu. 14.conſil.44.num.31.Guid.Pap.conſi.23.num 22.Alex.conſil.31.numè.5: Cõprobatur ex not.per Cur.Iun.l.venia num.23.C.de in ius voc.in illa Q.an excluſa filia per ſtatutum cenſeatur excluſa neptis ex ea, vbi reſpondet ad.d.l.ſi viua matre: & quicquid ſit in nepte ex filia, tamen aliud ſaltem eſſe videtur in nepte ex filio, quia non deſcendit à perſona excluſa,& ita decidit Bal.ibi, expreſsè faciendo hãc differentiã alleg.d.l.ſi viua matre:& ſequitur Cor.ibi, col.2. reprehedens Fulgos. tãquam malè intelligentem mentem,& intentionem Bald. & ita ad propoſitum inducit in terminis Roy.conſ.143.num.8.verſic.& hoc vltra prædicta.lib.2.Bologn.conſ.53.num.11. inter conſil.Alex.lib.4.Paris.conſ.41.num.79.lib.3.tradit Brun.tract.de ſtatus. excludent.fæminas, fol.19.col.3.verſi. item ex prædictis: quæ deciſio.Bal.maximũ procedit quando filia excluditur ratione dotis, quæ ceſſet in nepte, Bal.l.maximũ vitiũ C.de lib.præt.& conſ.287.lib.1.Corn.latè.conſ.116.lib.2.conſ.119.lib.1. conſil. 234. lib.4.& in d.l.maximũ vitium, num.18.Et ex hoc vltimo colligitur ſecunda reſponſio ad coniecturam contrariam, nam filiæ teſtatoris fuerunt excluſæ, quia competenter dotatæ, quæ ratio non militat in nepte, cui non reperitur prouiſum, ergo, &c.ita reſpondit Bolognin.d.conſ.num.18.Cur.Sen.d.conſ.44.num.27.Soci. conſil. 227. num.7.verſi.non ob.4.ratio.Iaſ.conſ.142.col.fi.Paris conſ.35.nu.24.lib.3. Grat.cõſ.

64.num.

64.num.48.lib.2. Corn.consf.202.num.11.lib.3.Cur.Iun.consf.163.col peu.in fi.versi. potuit enim ad hoc moueri, quia filiabus suis de dotibus prouiderat; quod non fuerat in neptibus: & pro hac respõsione refertur idem Paul.de Cast.in.l. filiusfamilias .§.cum quis.ff.de leg.1.in lectur.Bononiensi, vt eum refert Cur.Sen.d.consf.63.num. 13.consil.44.num.19.Cur.Iun.consf.11.num.4.Corn.consf.202.num.6.li.3.consf.230. num.7.Soci.d.l.cum auus, versf.quintus casus: Soci.Iun.consil.158.num.47. lib.2. Nec ob.si dicatur quòd neptis est habitura, legitimam, & Trebellianicam paternã, nam replicatur, quòd cum agatur de interpretanda testantis voluntate, hoc adduci in medium non potest, quia detractio allegata fieri censetur contra voluntatem ipsius testatoris, præsertim in casu nostro, quo testator expresse prohibuit detractionem Trebellianicæ, &c.ita in terminis replicat Corn.d.consf.202.num.8.consil.230. num.7.in fi.lib 3.Bolognin.consf.53.num.23.aliter etiam replicauit Cur.Sen.d.consf. 44.num.29.vt ibi per eum. Respondetur tertio principaliter, non valere argum.de exclusione filiarum ad neptes, quia filiæ potuissent esse exosæ testatori aliqua causa nobis incognita; ita Corn.d.l.1.num.20.versic.fortè enim testatur abhorrebat.C. de cond.inser.variæ enim sunt hominum voluntates.l.& quia poterat.ff.ad Trebel. Bolognin.d.consf.53.num.24.in fi.Paris.consf.41.num.75.lib.3.& nouissimè Soc. Iu. consf.13.num.28.versic.& ad faciendam differentiam lib.3. & hanc responsionem videtur concessisse Paul.de Cast.in illo consilio relato per Soci.d.l.cum aous, col.53. versic.secundo allegabatur, vbi euitando responsionem istam, nihil aliud dixit, nisi, quòd testator etiam nascituras filias exclusferat: eandem respõsionem in terminis sequitur elegãter Pinel.in repetit.d.l.si viua matre, fol.708.versf.imò si mea valeret sententia; vbi inquit quòd sua sententia, opi.Fulgos.Paul.& sequacium penitus reiiceretur, fragile enim esse eorum præcipuũ fũdamentũ ex verbis illius legis, cum enim verba testatoris concludenter talem voluntatem non inducant, iniquum essent eius legitimam sobolem licet fæmineam excludere, contra.d.l.cum acutissimi: contra verba testatoris.d.l.1.C.de cõdi.inser.contra regulam quòd masculinum, &c.l.si ita scriptum.ff.de leg.2.l.quisquis.ff.de uerb.sign. vnde tutius esse, testatoris neptem, uel nepotem ex filia excludi non debere: nec in hac specie esse rationem, quæ tantũ urgeat, ut periculosè diuinando recedatur à decis.d.l.cum acutissimi.d.l.1.& à regula.l.diuus.ff.de in integ.restit.not.per Deci.l.1.ff.de reg.iur.subditque nec tãtam uim esse ex illa argumentatione ne uideatur plus diligere neptem quàm filiam, quis enim (inquit) nouit mentem defuncti? cum uariæ sint hominũ uoluntates d.l.quia poterat, potuit forsan testator putare satis esse filiæ id, quod ei relinquebat, uel eam superstitem non futurã filio, cui alium substitutum dedit, uel forsàn filiam non tàm diligebat, uel non tàm benemeritam putabat: potuit etiam magis uelle consulere liberis filii grauati, ut sæpe contingit: hæc & alia ad propositum ille. Respondetur quarto principaliter, negando neptem fore melioris conditionis, nam neptis ipsa non intelligitur uocata dispositiuè sed fuit in conditione tãtum posita, ergo, &c.ita in terminis respondit Alex.consf.38.num.6.lib.6.Roy.l.hæredes mei.§.cum ita, circa fi.ff.ad Treb.& refert, ac sequitur in consf.142.num.2.lib.2.Alcia.consi.528.num. 8.& alii alibi passim in materia. Respondetur quinto non esse absurdũ quòd magis diligantur neptes, quam filiæ, argum.l.liberorum.ff.de uerb. sign.ita in terminis Bolognin.d.consf.53.num.21.maximè in portione paterna, nam propter patrem neptes ipsæ diliguntur, Soci.d.l.cum auus, uersf.quintus casus: Soci.Iun.dicto consf.158 num.43.lib.2.tractatur enim de odio filii, si eius filia excludatur ab eius portione, ut benè considerat Torniell.in repet.d.§.cum ita, circa fi.num.155.156.uersic. sed non procedit in nepte ex filio instituto: & Appostillat.Alex.consf.52.num.8.35.lib.4.Cõ-

firmatur responsio.nō esse absurdū,&c.ex traditis per Alex.d.cons.38.& refert ac sequitur Roy.cons.142.num.3.lib.2.Craue.cons.306.col.pen.uersic. nec ob. præmissis, ubi considerant quòd neptis uenit ex persona patris, &c. ex quibus omnibus responsionibus ita simul collectis satis apparet fuisse,& esse resolutam coniecturā præcipuam,& principalem Fulgos.Paul.de Castr. & sequaciū, super argum.d.l.si uiua matre:& hāc coniecturam quidem non sufficere,denique cōfessus est(seipsum corrigendo) Paul.de Cast.d.cons.79.vbi substituto extraneo admittit neptem:& fatentur alii sequentes dictam distinctionem Paul.de Cast.in d.consilio; Ad secundam coniecturam principalem super cōseruatione bonorum in familia , & agnatione respondetur negando in primis aliquod verbum expressum in testamento legi de huiusmodi conseruatione agnationis,& familiæ , & facile fuisset exprimere : & præterea retorquendo argumentum super illa mentione masculorū in substitutione reciproca,dicitur,quòd sicut in illa parte testator expresit de masculis, ita in hac parte expresisset,si idem voluisset:arg.l.1 §. sin autem.C.de caduc.toll.non expresit,ergo.&c.ita in terminis retorquet Cur.Iun.cons.163.num.18.alleg. Alexand.d.consil. 38.lib.6.& consil.Corn.& Petri de Vbald.non impress.idem tradit Soci.d.cons.227 num.7.versic.nec etiam prima cons.69.num.5.versic. addo tamen libr.3.Bolognin. consil.53.num.19.22. & seq.Ancar.consil.22.Soci.Iun.pulchrè consil.13.num.25.versic.& hoc;& num.28.lib.3.Alex.consil.71.num.6.versic.imò dico fortius; & cons.31. num.5.6.Paris.cons.35.num.19.consil.72.num.50.lib.3. Cur.Sen.consil.63.num.15 versic.secundo:Ias.cons.142.num.5.Alex.consil.17.num.12.lib.7. Alcia.l.quisquis, in fi.ff.de verb.signif.& in.l.Herennius:& cons.99.num.25.versi.ad idem,vbi sequitur Anan.& alios:& cons.96.num.20.versic.vnde dicunt communiter,Cor.d.consi. 230.num.6.lib.3.& alii alibi sæpe,& latè confirmat Zucard.in.l.fi.num.69.versi. ex quibus C.de edi.diu.Adr.toll.vbi attestatur istam partem esse magis communem. Et quāuis iste articulus de mentione masculorum in vna parte substitutionis in terminis controuertatur; attamen reperitur Decius singulariter resoluendo contrarietatem;ita concordasse duplici modo,primo quòd in isto conflictu opinionū,amplectenda sit opi.negatiua,quia potentior videtur illa ratio negatiua,vt non sit facta repetitio de masculis,cum negatiua magis neget,quā affirmatiua affirmet; glo.cap. cum dilectus,de consuetud. & licet Deci. facere diffinitiuam videatur inter verbū, sine liberis,& verbū sine filiis, tamē ad id nō se restringit,& loquitur per dictionem, saltem,&c.Sed quicquid sit,secūdo modo concordat , vt regula illa,quæ habet,dictum in vna parte testamenti,&c.intelligatur habere locum in materia fauorabili,secus in materia odiosa,vt fideicommisi,vt ibi per eum cons.567.& cons.581.num.7 & ita in specie Deciū refert.ponderat ac sequitur in secunda concordia Socin. Iun. d.cons.13.num.31.lib.3.Zucard.loco præalleg.d.num.69.in fi.vbi alleg.Deci. consi. 442.num.11.in materia fauorabili;|& ita hanc coniecturam super mentione masculorum in vna parte non multum facere contra neptem,imò in cōtrarium retorqueri posse fatetur,ipse Deci.cons.514.num.5.versic.non ob.vbi refert dicta per se. cōs. 15.vbi sequutus fuerat , vt ibi. Præterea circa hanc coniecturam aduertendum est, quòd Paul.de Cast.d.cons.79.loquitur duobus concurrentibus,quòd sint substituti descendentes masculi, & statutū excludat neptem ab intestato, prout ita pōderat & refert Ias.consil.142.col.3.versic.deinde in casu:& cons.140.col.fi.Grat.cons. 64. num.40.lib.2.Alex.d §.cum ita nume.10. vbi ait quòd longa discusione hæc materia egeret;& idem clarè firmat d.consi.38.num.5.lib.6.vbi quòd non sufficit esse substitutum agnatū,nisi ab intestato excludat neptem:& refert clarè ac sequitur Royn. consil.93.num.16.cons.142.num.2.consil.144.num.14.lib.2.consi.36.num.12. versi.

ac etiam

ac etiam dici potest lib.3.& intelligendum est, quòd tale statutum excludat neptem à successione patris sui propter patruum substitutum, vt sic inspiciatur persona grauati non testatoris, quod quidem statutum præsupponitur non extare Pistorii, & ita signauter aduertit Soc.cons.55.lib.3.vbi redarguit quosdam consultores Patauinos tanquam paralogizantes, & non aduertentes, quòd statutū non excludebat filias propter patruos:& idem Soci.cons.227.num.7.sequitur Soci.Iun.cons.158.nu.50.lib.2.Cur.Sen.cons.44.num.29.Corn.cons.91.in prin.versi. quia tamen de iure municipali frater agnatus;& cons.124.num.12.lib.2.cons.202.col.1.cons.230.num.7.11.vbi clarè dicitur quòd prælatio successionis respectu grauati attenditur.lib.3.cōs.1.num.30.cons.55.num.6.lib.Ias.cons.142.col.8.versic. præterea,&.3.lib.2.& solenniter tradit Cur.Iun.cons.49.num.10 Deci.cons.514.num.3. dum loquitur si patruus excludit ex statuto neptem ex fratre,& ita Paul.de Castr.videtur intellexisse Gozadin.cons.54.num.4.inter consil.Grat.& ita quæstionem format Soci.d.§.cū ita,nu.21.quando statutū excludebat filiam propter filios,vel fratrem defuncti:& in.l.cum auus,col.67.num.95.& Roy.d §.cum ita,& cons.124.num.4.vers.sed vbi dicta filia lib.4.cons.143.num.7.vbi ita retorquet fundamentum pro hac parte,considerādo, quòd sicut testator se conformauit cum statuto in institutione, præferendo masculos filiabus fœminis,sic in substitutione censeri debet se confirmare, vt patruus non excludat neptem à successione in portione paterna;à cuius successione filia non excluditur nisi propter proprios fratres:idem Roy.cons.144.num.12.eo lib. & consil. 141.num.8.10.vbi ait ita pluries consuluisse lib.3.& cons.138.num.8.11.eo.lib.vbi respondet illi obiectioni,quòd in fideicommissis succedatur testatori, vt ibi per eum; & ita expressim etiam refert Paul.de Cast.Tiraq.l.si vnquā vers. susceperit liberos, nu.102.versic.filia,quæ non succedit patri extante patruo ex statuto.C.de reuoc. do nat.& pro illa cōclusione quòd in fideicommissis attendatur persona grauati,respectu successionis, consuluit latè Soci.Iun.cons.126.lib.1.ad quem suffificiat remissio breuitatis gratia. Præterea fortius,quòd cōditio sine filiis, deficiat propter neptem hæredem institutam à patre suo grauato,licet aliàs per statutum ab intestato excluderetur,tradit Soci.d.§.cum ita num.21.ff.ad Treb.vbi refert ita consuluisse,& verū dicit,vt apparet cons.182 lib.2.& idem in d.l.cum auus, numer.95. refert, & sequitur Socin.Iun.cons.158.num.50.lib.2.cons.103.num.41.libr.1. Alexandrin.l.Gallus §.quidam rectè fol.10.col.1.versic.ampliat Socin.pulchrè.ff.de lib.& posthu.Brun. de statut.excludent. fæminas artic.5.Q.12.col.3.versic.prædicta conclusio limitanda est;Roy.d.cons.144.nu.15.cons.152.nu.4.li.2.ita etiā tenet Cor.cons.1.nu.28.30.lib. 4.referens consuluisse Fulginei, & verum dici,vt apparet, consi.202.nu.6.versi.maximè si extat lib.3.quinimó indistinctè videtur idem tenuisse cons.91.col.1.li.1.& nouissimè defendit Torniell.d §.cum ita fol.vlt.col.2.& etiam quando filia fuit exclusa;col.fi.& ibi Rip.num.80.versic.quid ergo;faciunt tradita per Soci.Iun.d.cons.13. num.15.lib.3.& latè de Soci.d.cons.182.tradit Tiraqu.d.l.si vnquam,loco præalleg. num.121.versic.sed si conditio expressa;& num.132.& licet num.138.referat Soci.variasse in conditione tacita,tamen nūquam in expressa reperitur variasse; & in expressa conditione rem claram esse dicit Torniell.num.154.& secundum hanc conclusionem non obstante statuto,& exclusione filiarum facta per testatorem,Alciat. iudicauit, vt ipse attestatur in.l.inter stupum §.fi.ff.de uerb.signif.vbi signāter refert,quòd cum ipse ius diceret, & in testamento patris conditione filio apposita si sine filiis decessisset,aliqui de masculis tantum intelligendum putarent.quibusdam coniecturis quòd videlicet propriam filiam testator excluserat,& quòd ex lege municipali masculi fæminis præferrentur,cōsuluit quàmplurimos notæ prudentiæ patresfamiliàs,

an si

an si ipsi illis uerbis testarentur, decedente filio, neptem suam excludi vellent; & negauerunt omnes: & huiusmodi sermone de vtroque sexu seu communiter intelligere professi sunt, scrupulosam recentiorum interpretationem omnes vno ore damnãtes: Hæc ille; cuius quidem viri Illustr. iudicium meritò nobis in rè adeò controuersa magnifaciendum videtur: & idem tradit d. consi.128. num.4. versi. circa secundam partem: vbi refert, & comprobat dicta per se in d. l. inter stuprum. ff. de verb. signif. & respondet ad coniecturas contrarias, vt ibi, & inter alia sequitur Socin. d. consil. 182. Postremò, quòd nullum fundamentum fieri posit in hac materia super asserta conseruatione agnationis, & familiæ, patet ex illis met, qui tenent cõtra neptem, sequendo Paul. de Cast. d. cons.79. quò ad descendentes substitutos; & tamen illimet aliud tenent quoad transuersales substitutos, in quibus nihilominus ratio agnationis, & familiæ militat; vt Deci. cõs.679. in fi. & aduertit, ac ponderat Torniell. d §. cum ita in fi. & ita in transuersalibus limitat Gozadi. cons.89. numer.4. versic. frater testantis Paris. cons.35. num.16. lib.3. ex quibus remanet secunda coniectura principalis resoluta, de qua etiam parum curare dicit Cur. Iun. consil.35. num.5. versic. illa verò; Vnde remanet fundata intentio tertiorum possessorum clarè, super illa conclusione indubitata, quòd regulariter conditio sine filiis, intelligitur tàm de masculis quàm fæminis; & non sumus in exceptione tex. dict. l. 1. versic. nisi alia defuncti voluntas euidenter probetur. C. de condi. insert. cum (vt apparet ex præallegatis) coniecturæ ad hoc adductæ sint valde controuersæ, dubiæ, & obscuræ, à tot tantisque doctoribus sæpissimè confutatæ, & reiectæ; nam, vt ipsemet Paul. de Cast. in d. l. 1. C. de condi. inser. fatetur, in illo suo casu, pro nepte cõtra substitutum consuluerant doctor. Bononiens. & Perusini, & refertur, quòd collegium Auenionensi iudicauit pro nepte, vt inquit Caccialup. l. generaliter §. cum autem. C. de instit. & substit. prout eum refert Cur. Sen. d. cons.44. num.19. in fi. versic. quarto suadentur: & consil. collegii Perusini etiam refert pro hac parte Roy. d §. cum ita, vbi ipse firmat etiã substitutis descendentisius, quicquid dixerit Soci. in d. l. cum auus, versic. quartus casus, & ita sæpissimè consuluit, & plerique etiam ex præallegatis eodem modo loquuntur in descendentibus, vt Bolognin. d. cons.53. inter consil. Alex. lib.4. vbi Appostillat consi.52. expressim defendit ac sequitur hanc parte in descendentibus substitutis, & dicit, quòd Barba. ibi in contrarium tota via orrat, & prorsus paralogizatur. num.8. versic. ad paria: & repetit idem nu.35. versic. ergo: & idem in Appostill. consi.38. li.6. vbi ait, quòd Fulgos. & sequaces pessimè loquuti sunt; & quòd pro nepte consuluit Bolognin. cũ sequacibus, & benè: & idem in Appostill. cons.15. lib.4. vbi loquitur etiam stante statuto, & eum refert, & sequitur Didac. cap. Raynaldus num.1. versi. imò dicta cond. de testam. & in descendentibus loquitur Socin. d. cons.227. Grat. cons.64. libr.2. Paris. cons.89. lib.2. cons.41. cons.71. lib.3. Alexandri. cons.71. Alciat. d. l. inter stuprum ff. de verb. signif. & inclinat in hanc partem pro nepte Torniell. d §. cum ita in fi. etiã in descendentibus, & stante statuto: & nouissimè secundum hanc partem consuluit latè, & solenniter Ioa. Cephal. cons.45. & in cons. sequenti respondet ad quàmplures coniecturas datas in dubiis per iudicem: vt ibi videri potest per eum: qui in fi. subdit quòd pro nepte, si ipse esset iudex intrepide, ac constantissimè iudicaret, & Crott. cons.17. vbi hanc partem defendit in nostris terminis: faciunt plura, tradit per Alba. cons.23. per totum. per Zanch. in repetit §. cum ita, nu.771. ff. ad Treb. vbi attestatur de cõm. opi. versic. Conclusiuè autem loquendo, & nouissimè Socin. Iun. consuluit Florẽtiæ, cõs.26. li.4 Et in casu nostro hæc pars facilius adhuc est amplectẽda, quia aliàs ita fuit obseruatum in persona Magdal. filiæ Philippi, vt apparet ex laudo diuisorio inter ipsos patruos, & neptem; vbi portio fuit asignata ipsi Magdal. filiæ. d. Philippi:

Philippi:& ita ad propositum tradit Roy.conf.128.per totum,& conf.147.num.9. libr.2.facit Deci.consi.79.num.2.in secundo dubio;& tradit Soci.consi.37.nume.9. lib.3.vbi inducit tex.cap.Raynaldus,de testam.& cõs.12.nume.20.eodem lib.refert ac sequitur Paris.consil.75.num.52.& seq.lib.2.& consi.17.num.20.conf.5.num.42 lib.3.& in specie ita è contrario arguebat Calcan.conf.48.nume.15.vers. hoc suadet ratio; dum ponderat, quòd in diuisionibus aliàs filia fuerat exclusa, circa interpretationem fideicommissi. Et hæc hactenus quoad exclusionem.d.Thomæ respectu portionum Philippi,& Iacobi, qui decesserunt relictis filiabus fæminis. Quò verò ad portionem Simonis,qui decessit nullis relictis filiis vel filiabus superstite Frãcisco vltimo ex fratribus institutis,dubium pendet ex substitutione facta de superstitibus, & eorum filiis, & descendentibus masculis, & per lineam masculinam, &c. in stirpes,&c.vulgariter, pupillariter,& per fideicõmissaria, &c.an intelligatur facta ordine successiuo,& qualiter an per vulgarem tantum, vel etiam per fideicommissum inter dictum Franciscum, & eius filios, & descendentes, iuxta tradita per Paul de Castr.in.l.Gallus §.quidam rectè.ff.de lib.& posthum. vbi declarat, quòd si intelligatur per fideicommissum Franciscus nõ potuisset alienare: quod dubium difficillimum esse ait Crauet.consil.22.in tertio dubio;& in consil. 130. quò verò ad portionem Francisci patris, dubium pendet ex eo, an filii positi in cõditione intelligantur vocari dispositiuè; item aliud dubiũ posset insurgere ex prædictis, an præsupposito,quòd prædicti filii instituti essent grauati, intelligerentur grauati non solum de portionibus propriis, sed etiam de aliis per substitutionem obuentis: Sed quoniam super præmissis superfluum putamus laborare, cum ex infrascripto alio fundamento credamus sine difficultate posse defendi tertios possessores,ideò aliter in præmissis non insistimus. Nam cum in testamento legatur testatorem post substitutionem reciprocam prohibuisse alienationem bonorum immobilium dictis eius filiis,vsquequo minor eorum compleuerit xx.annum;equidem infertur quòd post annum xx. fuerit, & intelligatur permissa alienatio, vel ex natura,& ratione temporis limitati, quia prohibitũ ad tempus censetur post illud tempus permissum.l.imperator,& ibi Bald.ff.de postula. vel ex argumento a contrario sensu, iuxta tradita per Tiraqu.tract.de retractu conuentio.§.1.glo.secũda nume.46.versi.nam, & e diuerso prohibitum ad tempus, & per Gozadin.dicto conf.81.in princ. vbi loquitur in terminis;valet enim argum. à contrario sensu etiam in vltimis voluntatibus.l.aliquando.ff.de condi.& demon.probat latè Ias.conf.189.190.lib.2.vbi in simili è conuerso arguit de permisione alienandi ad prohibitionem,& in specie de prohibitione ad tempus tradit Alex.cõs.56.num.7.libr.3. & breuiter, quòd fideicommissum conditionale, sine filiis,præcedens limitetur,& declaretur ex prohibitione alienandi ad tempus,vt post tempus intelligatur permissa alienatio,est decis.Ias.consil.173. col.2.versi. non ob.si dicatur & col.3.versi.tertio moueor, & versic.non ob.ergo: & cõs.232.in.3.dubio;vbi declarat quòd fideicõmisũ poterit habere locũ, quãdo filii instituti,& grauati decessissent ante tempus sine filiis,vel post tẽpus nulla alienatione facta,vt ibi per eum:qui licet loquatur in casu,quo aderat expressa permisio alienandi post tempus, tamen idem est etiam in tacita: & ita in specie Iasonem refert, ac extendit Socin.Iuni.consil.163.numer.33.lib.2. vbi hanc Iasonis decisionem pulchram appellat.& in hoc idem tradit Socin.Iuni.consil.187.numer.11. & consil.188 numer.12.libr.2. & illud Ias. consilium etiam refert, ac sequitur Alciat. consil.483. numer.13.versic. & potius non censentur grauati; Ad idem in terminis est decis. Paris.consil.25.numer. 13.libr.2. in illo enim casu aderat substitutio reciproca, vt patet ex themate illius consilii, de quo in consilio Socin.Iunio.consil.130.lib.1. vbi in

eodem casu responderunt; & aderant similia verba, donec,& quousque, &c. quæ ponderat Paris.numer.16.& licet Socin,Iuni.dicto consil.130.videatur tenuisse contrarium, nihilominus in opinionem Parisii reperitur concurrisse Royn.in eodem casu.consil.112.libr.2. vbi numer.25.remouet obiectionem de contrarietate testatoris;vt ibi : vnde parũ curãdum est de authoritate Soc.Iu.d.cons.130.cum habeat Paris.& Royn. contradictores; & ipsemet variauerit.l.qui varia.ff.de fals.ad idem tradit Roy.cõs.121.nu.10.versic.& eo magis,li.3.sed ipse Roy.melius quàm alibi secũdũ hanc partem cõsuluit cons.132.per totũ.lib.2.vbi defendit solenniter eius consiliũ ab impugnationibus factis in cõsilio in cõtrariũ reddito;& licet in illo casu,prohibitio esset concepta per dictionem nisi,&c.tamen in effectu idem voluit in dictione,vsque quo, & in dictione, ante,&c,ut patet ibi nu.2.uers.& est perinde acsi dictũ esset: & nu.4.uers. & ubi etiam:& aduertendum est, quòd illud consiliũ contrariũ fuit Decii.cõs.386.ut apparet ex omnibus circunstantiis facti,personarũ,& iuris,de quibus ibi:unde in casu isto non est adeò curãdũ de authoritate Decii d. cons.386. cũ in specie reperiatur habere contradictorem Royn; & alios præalleg.quibus accedit etiã Crott.cons.61.ubi in specie loquitur de uerbis,priusquam,antequam minor excesserit xxv.annum;faciunt tradita per Alexan.de Neuo cons.38.num.5.vers. præterea, Hieronym.Alban.consi.41.num.3.versic.ex eo autem:Sed vt tollatur omnis difficultas ex consilio Decii,aduertendum est, quòd in casu nostro adest alia ratio,nam testator noster in primis prohibuerat diuisionem bonorũ dictis filiis vtendo iisdem verbis, quibus statim vsus est etiam in prohibitione alienationis,sed post tempus diuisio intelligitur permissa,& nullomodo prohibita nec expresè,nec tacitè,quia etiam non potuisset prohiberi perpetuò,& omni tempore,sed ad tempus tãtum.l.in hoc iudicio.§.si conueniat.ff.com.diuid.ergo etiam quoad modum alienationis non debet intelligi alienatio post dictum tempus tacitè prohibita, vt omniũ sit æqualis determinatio.l.iam hoc iure.ff.de vulg.& pupill.l.si legatarius.§.1.& ibi not.Bart.ff.de leg.3.si ergo prohibito quoad diuisionem post tempus penitus cessat & quoad eam alia prohibito tacita non succedit, idem dicendum est quo ad alium modum alienandi, vt scilicet quoad eum prohibito tacita similiter locum non habeat post tempus, quæ ratio, & fundamentum cessat in casu Decii: & breuiter ita in his nostris terminis terminantibus, extat expressa decisio Royn. consil.76.col.3. versic.& istud probatur etiam ratione multum clara iudicio meo lib.2.vbi potest videri per eum: à cuius decisione cum in his terminis contradictorem non habeat non videtur temerè recedendum in iudicãdo;præsertim cum etiam vltra hãc particularem rationem casus nostri, etiam ex præallegatis constet probabiliter posse teneri hanc eandem conclusionem,super prohibitione alienandi facta ad certum tempus: vt fideicommissum intelligatur non correctum, sed limitatum ad illos casus,de quibus supra diximus, post Iaso.Socin.Iuni.Paris.Royn.& Crott. qui in dicto consil.61.consuluit in illo eodem casu, quo Royn.dicto consil.72. Bononiæ in causa illorum de Scarduis.

Et ita in præmisis concludendum putamus, saluo semper meliori iudicio.

Franciscus Marzarius Vicentinus Bononiens. Rot.Aud.& Præt.
Stephanus Paganucius Politianus Bon. Rot.Aud.
Franciscus Maria Finus Mirandulensis Bon. Rot.Aud.
Antonius Donatus Corrigensis Bon. Rot.Aud.
Matthæus Maria Maresanus Mut.Bon. Rot.Aud.

Pro

Pro Do. Valerio de Bissariis.

IN EPITOME Q. XXVIII.

CVM subtiliter, & copiosè in proposita causa aliàs fuerit responsum per immortalis memoriæ Iurisconsultum, & Magnificũ Equ. D. Ferdinandum Thienneum, equidem nõ opus esset quicquam amplius scribere, Nihilominus vt efflagitantibus morem geram, præsertim iusta petentibus, pauca perstringẽtur pro maiori adhuc dilucidatione veritatis circa oppositiones quasdã in processu causæ per Excellent. Aduocatos aduersarios deductas, de quibus prædictus præclariss. D. consultor nihil tetigit, & meritò, quia diuinare non poterat, nec debebat, quòd adeò imanes exorbitantes exceptiones in proposito iudicio inducerentur. Igitur sequendo prædicti elegantissimi consilii ordinem, circa primum dubium, in quo conclusum est, filios. D. Iacobæ fuisse, & esse per fideicommissum vocatos post mortem dictæ Dominæ Iacobæ eorum matris, rectè quidem, & verè fuit conclusum, rationibus, & fundamentis deductis, quæ non trãscribam; Solũ addam, quòd vltra sapienter per suam Excell allegata, circa illum articulum. An filii positi in conditione censeantur per fideicommissum vocati vera. æqua, & hodie cõmunior videtur illa opi, affirmatiua, quòd censeantur vocati, maximè quando sumus in descendentibus à testatore; ita post disputationem, & examinationem diligentem firmauit, ætate nostra primi nominis doctor eminentissimus, D. Marian. Socin. Iun. olim præceptor meus Paduæ in. l Centurio. ff. de vulg. & pupill. & nedum legendo eam firmauit, verum etiam consulendo sæpissimè eam sequutus est, vt patet in vol. suorum consil. & inter cætera, cons. 158. num. 57. & seq. lib. 2. vbi subtiliter, & copiosè hanc opin. affirmatiuam defendit, & asserit esse veriorem, & æquiorem maximè in descendentibus, & attestatur hodie esse etiam communiorem, & apparet ex infinitis authoritatibus antiquorum, & modernorum ibi relatis. quas non transcribo, quia ibi videri possunt, & & subdit, quòd vbi sapientissimus quisque iudex in proposita causa voluerit prædicta omnia maturè, & purè, ac iustæ mentis oculo animaduertere, facile sibi persuadet eum secundum hanc opin. iudicaturum, inhærendo legibus, solidioribus rationibus, voluntati testantis, & tantorum Iurisconsultorum authoritatibus, prout faciunt, (ait) etiam prudentiss. Magistratus Illustriss. DD. Venetorum. qui cum semper voluntatem testatoris sequantur, hanc opin. vti verissimam semper amplectuntur; Ita ibi formaliter inquit tantus doctor, ex quibus patet non esse temerè recedendũ ab hac opinione affirmatiua, & idem consuluit cons. 174. num. 1. & seq. eo. lib. vbi est casus in quo Tridenti respondit, & est illud consilium, cuius mentionem fecit consi. 158. præalleg. & nouissimè idem consuluit cons. 145. num. 35. libr. 3. vbi connumerat præallegata sua consil. & ea approbat, & vltra aliàs pro hac opin. allegata, addit plures alios docto. idem tenentes, & inter alios Nicol. Boer. virum magnæ authoritatis, in Decis. 155. numer. 19. & seq. quare cum pro hac opin. fuerit etiam decisum in illa suprema Curia Burdegalensi haud contemnenda, equidem eo magis hæc opin. potest in iudicando amplecti per præstantissimum Dominum nostrum Iudicem; & illam Decis. Boerii refert, ac sequitur etiam Rupellan. in. Enchyri. iuris Galliæ, cap. Conditioni, in fi. versic. atque secundum hanc opin. in suprema Burdegalensi curia, maximè in descendentibus testatoris vt ibi. Sed esto quòd opin. affirmatiua in illis puris, & simplicibus terminis, esset dubia, attamen circumstantibus aliquibus conie

&uris,& præsumptionibus,omnes moderni consentiunt, quòd tunc sine dubitatione,ista opinio est amplectenda,vt per Soc.Iun.& alios in locis præalleg. & sapienter traditur in cons.Excellentis.D.Ferdinādi,qui plures in specie nostra proposita cōsiderat coniecturas,& præsumptiones,quas non transcribam, solum addam circa secundam coniecturā,ex illa clausula,prohibitionis alienationis,&c.quòd vltra Roy. & Socin.in terminis,idem tradit expresse Cur.Iun.cons.43.nu.8.versic. reperio etiā dari aliam limitationem ; Circa verò quartam coniecturam,potest confirmari aliter considerando,nam testator vocasse intelligitur dispositiuè filios filiorum Paulæ sororis ipsius testatoris substitutorum pro tertia parte eueniente casu, quòd filiæ testatoris institutæ decessissent sine filiis masculis,& fæminis, vt legitur in testamento, ergo multòmagis dicendum est, fuisse vocatos filios ipsarum filiarum primo loco institutarum,& prædilectarum,& ita in terminis tradit Craue. cons.55.num.6.vers. quinto,per Clarissimum.D.Ferdinandum allegato.Addo eundem Crau.consi.62. num.10.versic.secunda coniectura sumitur,& hoc idem defendit Rip.in d.l. Centurio num.165.versic.quarta coniectura,vbi ait ex hac consideratione posse saluari coniecturam præcedentem,super digressu ad plures gradus : & idem tradit Gozadin. cons.64.num.10.versic.quinto dico, quòd autem filii filiorum Paulæ sororis ipsius testatoris intelligātur vocati dispositiuè probatur ex illis verbis (tutta via sotto fidei commisso) illa enim verba important expresse,quòd illi filii Paulæ restituant eorū filiis per fideicommissum,vt statim probabitur, ponderando similia verba posita in superiori parte testamenti,versic. Item lasso tutto il mio sotto fideicommisso,&c. Nanque hæc verba expressa à testatore luce clarius demonstrant mentem, & voluntatem testatoris fuisse grauare filias institutas decedentes cum filiis ad restituendū per fideicommissum ipsis earum filiis:& mirum est, quòd super hoc fiat dubitatio, stantibus his verbis adeo expressis,& claris,maximè ponderando,quòd fuerunt dicta per testatorem idiotam,qui propria manu suum testamentum cōdiderat, qui nesciuit aliter voluntatem,& mentem suam exprimere,& explicare, sed satis esse putauit dicere illa verba generalia,vniuersalia, & indeffinita (Item lasso tutto il mio sotto fideicommisso,ne mai si possano ne vendere, &c.) prout in testatore, qui sit idiota,considerat in simili Soc.Iun.cons.37.num.12.versic. quis autem non videt lib.3.& facit Glo.in.l.quoties.C.famil.hær.versic. non omnis testator scit dicere, quam ad propositum refert Barba.cons.6.col.3.vers.Præterea est diligenter considerandum, lib.3.& pulchrè Ias.cons.51.col.3.versic.vnde verba lib.3.vbi inquit,quòd verba quæ proferuntur a testatoribus qui communiter sunt idiotæ,& illiterati iuris,& non capiunt differentias intellectuales legum ; debent grosso, & naturali, ac vulgari modo,intelligi:alleg.Cy.& Bal.vt ibi & tradit sæpe Alcia.de verb.sign.lib.2.& bene facit egregius tex.l.non aliter. §.1.vers.non enim in causa testamentorum ad verbo in definitionem vtique descendendum est,cum plerumque abusiuè loquantur,&c. ff. de leg.3.& in terminis extat consil.Paris.cons.82.num.13. versic. tertio dubiū faciūt lib.2.vbi,in similibus verbis prolatis a testatore,post prohibitionem alienationis(voluit, quòd bona sua essent sub fideicommisso) arguit ista verba esse aperta, & clara manifestè ostendentia voluntatem testantis fuisse,quòd dicta bona non possent alienari, & vlterius quòd essent sub fideicommisso, & negari non posse, quin talia verba fideicommissum inducant; aperta enim esse, & clara, vt tollant omnem dubitationem:& quamuis Paris.ibi videatur recedere a præmissis,tamen aduertendū est,quòd illo casu mouetur quia non appparebat cuius fauore testator induxerit tale fideicōmissum,& prohibuerit alienationem,quæ oppositio cessat in casu nostro, quia apparet tale fideicommissum,& prohibitionem fuisse inductum, & factam fauore

uore filiarum,& suorum filiorum de quibus testator fecit mentionem, ponẽdo eos in conditione,ex quo etiam solo tacitè videbantur vocati iuxta superius allegata; & quoniam Paris.ibi in fi.mouetur principaliter ex alio fundamento ad cõsulendum, stante scilicet consensu omnium vocandorum ad fideicommissum super alienatione facienda,vt ibi,quibus cessantibus in casu nostro, militant argumenta Paris.primo loco facta,quòd hæc verba sunt clara,& aperta & quòd tollunt omnẽ dubitationem:Et reperio,quòd idẽ in eodem casu,cũ Paris.consuluit Excellentiss.Mant.cõs. 112.vt patet ex discursu,& terminis,& verbis similibus dicti sui consilii; & hoc cõfirmatur ex traditis per Soc.Iun.cons.180.num.6.versic. per fideicommissum li.2. vbi in simili tenet quòd hæc verba,(per fideicõmissũ) importent fideicõmissum reciprocum inter hæredes; nec dicatur,quòd in casu nostro, hæc verba debent referri tantum ad personas filiarum institutarum; quia essent superflua,cum testator iam expresse prouidisset de substitutione fideicommissaria reciproca inter personas ambarum filiarium institutarum,vt sapienter cõsiderauit Excellentiss.D.Ferdinãdus: & corroborari potest hæc responsio,attento quòd hæc verba sunt posita in oratione separata,& distincta a præcedentibus,vt patet ex illa dictione (Item lasso) iuxta not. per Bar.in.l.in repetendis.ff.de leg.3.& in.l.Seiæ.§.Gaio.ff.de fund.instr.cum vulgaribus:quare sit cõclusio absque aliqua probabili dubitatione in casu nostro,ex præmissis omnibus maximè simul iunctis, filios.D.Iacobæ censeri post mortem dictæ eorum matris,per fidecommissum ad bona testatoris fuisse, & esse vocatos; Qua conclusione ita firmata,& fundata,succedit secundũ dubium An filia fæmina dictæ D.Iacobæ censeatur simul cum fratribus vocata, in quo etiam fuit conclusum per clariss.D.Ferdinandum,quòd sic,& equidem rectissimè, & quoniam arbitror hanc conclusionem esse prorsus indubitabilem,ex quo testator fecit mentionem expressam de ipsis filiabus fæminis;me remitto ad eius scripta; Nec præmissis obstant statuta Patauina per DD. Aduocatos aduersarios in oppositum adducta,quia impertinentia sunt in proposito,vt clarissimè fuit deductum in vltima scriptura in processu,parte Dominæ actricis producta,incip.Cõparuit nob.D.Valerius, statuta enim loquuntur quando testator tẽpore mortis habuisset filios masculos,& fæminas,prout pulcherrimè,ac verissimè, in illa eleganti scriptura fuit deductum, quæ omnino est legenda,ac relegenda,& gustãda per sapientiss.D.Iudicem. Et vlterius præsupposito,quòd quoad successionem bonorum liberorum dictæ.D.Iacobæ.matris dictæ actricis,& reorum statuta Patauina loquantur contra ipsam actricem filiam fæminam tam ex testamento,quàm ab intestato, tunc nihilominus erit diligenter aduertendum, quòd statuta Patauina non debent haberi in aliqua consideratione, in decisione causæ,sed attendi debet, vel dispositio iuris communis, vel statutum Vicentinum secundum quæ,ex testamento, vel ab intestato stantibus filiis masculis filia fæmina habere debet in bonis,& hæreditate materna, saltem legitimam uel dotem condecentem loco legitimæ,nanque considerandum est, quòd causa præsens agitatur inter Vicentinos tã respectu actricis quã reorũ, & sic sunt forenses quoad Patauinos,vnde in successione dictæ.D.Iacobæ nõ debet attendi statutũ Patauinũ, etiã quòd bona sita sint in territorio Patauino, probatur in primis generaliter, dici enim solet,quòd statuta nõ ligant aut nocent forensibus,nec eis prosunt, ita solet allegari decis.Guid.de Suzar.quem refert Alberic.in tract.statut.part.prima.Q.31.in fi.& doctores alibi sæpe. sed omissis generalibus, & ad proxima accedendo, quòd statutum Patauinum loquens in personã,(mulier descendens,&c.)& reformatio pariter loquens in persona(filia uel mulier,&c.)nõ liget,nec ligare possit aut noceat, vel nocere possit.D.Carlinæ actrici, quæ forensis est, etiam quòd bona sint in terri-

torio Patauino conſuluit in terminis Alexādr.conſ.44.li.5.ibi enim traditur,quòd nepos ex ſorore non excludatur per patruelem maſculum, inſucceſsione mulieris nuptæ Ferrariæ,etiam in bonis ſitis in territorio Ferrarienſi, quamuis ſtatutum Ferrarienſe,præferendo masculos agnatos fœminis ipſum nepotem excludebat,& principale fundamentum Alexand.eſt,quòd ſtatutum Ferrarienſe non ligat, nec ligare poteſt,ipſum nepotem ex ſorore,qui forenſis erat,maximè quia ſtatutum loquebatur in perſonam,non in rem iuxta diſtinct.Bar.l.cunctos populos,C.de ſum.trin. & alios ſequaces,vt ibi latiſsimè per Alexand.qui reſpondet etiam cuidam obiectioni, ſiquis diceret, quòd ſatis eſt, quòd ille de cuius ſucceſsione agitur, fuerit perſona ſubdita ſtatuentibus, licet ille nepos ex ſorore non eſſet ſubditus, nam Alex. inquit quòd nemo,qui in iure verſatus rectè fuerit,hoc dicet, quoniam requiritur, quòd tam perſona,cui ſucceditur,quàm quæ ſuccedit, ſit ſtatuentibus ſuppoſita ad hoc, vt ſtatutum in perſonam loquens,eas ligare,& comprehendere poſsit, vt per Alex. num.15.verſic.nec prædictis obſtat,qui num.16.ex præmiſsis concludit, quód dictũ ſtatutum loquens in perſonam excludendo a ſucceſsione filium ſororis non cõprehendit forenſem,etiam quo ad bona ſita in loco ſtatuentium, & ita in indiuiduo extat deciſio in propoſito pro.D.Carlina ad euitationē dicti ſtatuti Patauini, & ex traditis per Alex.ſublata eſt obiectio ſiquis diceret,quòd.D.Iacoba mater erat Patauina,quia hoc non ſufficeret, vt ſupra fuit dictum, & maximè quia dici poteſt, quòd cum.D.Iacoba nupſerit ciuibus Vicentinis,& habitauerit in territorio Vicentino, & ibi mortua ſit conſtante matrimon.& ſic vltimo marito ſuperſtite. equidem cenſeri debet potius Vicentina, quàm Patauina, prout in ſpecie de muliere Veronenſi nupta Vicentiæ, quòd intelligatur facta Vicentina quia ſequitur domicilium viri, tradit Alberic.d.tractatu par.2.Q.10.& de muliere forenſe nupta Paduano, quòd ligetur ſtatuto Paduæ,etiam ſi remaneat vidua tradit Imol.conſil.73.circa.fi. verſic. ſed circa prædicta poteſt dubitari; vnde ceſſat omnis difficultas, & idem ſenſit, & præſuppoſuit Alexã.d.conſi.in quo illa amita de cuius ſucceſsione tractabatur erat origine paterna Genuenſis,& tamen quia nupta Ferrariæ præſupponebatur,quòd eſſet ſubdita ſtatuentibus Ferrarienſibus, vt apparet ex obiectione præmiſſa quàm refert ibi Alexand.d.num.15.verſic.nec prædictis obſtat, & ultra Alexand. reperio quòd in eodem caſu,idem cum Alex.conſuluit Barba.conſ.75.libr.3.vbi concludit quòd ſtatutũ Ferrariæ non excludit ipſum nepotem ex ſorore forenſem,& per conſequens quantum ad ipſum nepotem erat attendendum ius commune,non ius Ferrarienſe,non obſtante,quòd bona ibi eſſent ſita:prout copioſiſsimè (more ſuo) hãc concluſionem probat, & ab obiectionibus defendit,& eius fundamentum principale conſiſtit in doctr.Bar.diſtinguentis inter ſtatutum loquens in perſonã, & loquens in rem,& ait manifeſtiſsimã eſſe veritatem in hac dubitatione,quòd illud ſtatutum non nocebat illi nepoti cognato non ſubdito,ita Barbat.inquit col.5.verſi. & ſic manifeſtiſsima eſt veritas,& inter alia ad probandam hanc concluſionem alleg.Pau.de Caſt.conſ.224.in antiq.vbi Pau.de Caſt.conſuluit,quòd ſtatutum Recanati,non excludit Paduanam in ſucceſsione,etiam in bonis ſitis in territorio Recanati, quoniam ſtatutum loquebatur in perſonam,& non ligat mulierem forenſem,iuxta.doctrin.Bar.d.l.cũctos populos & Pau.de Caſ.ibi ſubdit hãc partem videri ſibi æquiorem,& veriorem vt prædictum ſtatutum debeat reſtringi ad perſonas dumtaxat ſubditas,& deinde Barb.reſpõdendo obiectionibus,acerrimè carpit Petr.de Ancar.diſſentientem a diſtinctione Bar.& ſubdit Barb.quòd tota penè iuris prudentia ſequitur iſtam partem,& quòd vidit iſtam.Q. de facto Ferrariæ,& conſuluit pro iſta parte,& vidit conſultum per valentiores docto.Italiæ, quare concludit in fin. quòd ex

ſupraſcriptis

supraſcriptis elicitur concluſio vera, & indubitata, quòd quoad ſucceſsionem defũ ctæ attendebatur ius commune, & nõ ius municipale Ferrarienſe, & per cõſequens ipſe nepos ex ſorore tanquam cognatus proximior erat præferendus agnato, qui & ipſe erat forenſis, vt patet ex prædictis conſil. Alex. & Barb. vnde caſus noſter remanet clarus, & deciſus ex præmiſsis, & non opus eſſet amplius laborare; nihilominus ex abundanti dico, quòd ſecundum eandem concluſionem reſpondit nouiſsimè vir magnæ authoritatis Auguſt. Bero. Bononienſ. in QQ. famil. q. 117. Titius ciuis Florentinus, vbi decidit, quód ſtatutum Bononienſe, præferens agnatos fæminis nõ ligabat cognatos Florentinos forenſes, in ſucceſsione Florentini mortui in Ciuitate Bononia, etiam in bonis ſitis in territorio Bononienſi; & inter alia mouetur per doctri. Bar. præalleg. cum quo, vt atteſtatur ipſe, doctor. magis communiter pertranſeũt, & in fi. alleg. Alexan. d. cons. 44. li. 5, ita in indiuiduo tenentem ſequentem dicta Bar. in loco præalleg. & ea corroborantem, atque atteſtantem cõmun. opin. eſſe cum Bar. non tamen Bero. mentionem fecit de conſil. Barba. 75. libr. 3. præallegato. & prædicta conſ. Alexand. & Barba. expreſsè, & ſignanter defendit, & comprobat inſignis doct. Roch. Curt. in tract. de conſuetudine num. 719. & quanquã Brun. in tract. de ſtat. fæmin. à ſucceſs. exclud. in ſexto artic. Q. prima videatur aliter concludere, aduertendum eſt, quòd loquitur, & ſe reſtringit, quando extarent maſculi ciues, nõ forenſes: (quòd nõ eſt in caſu noſtro) ita apparet ibi col. 5. verſi. in hoc paſſu, difficili tenerem illam opinionem & col. 2. verſic. aut verò ſtatutũ ſimpliciter, & ita refert, & ſequitur Soc. Iun. conſil. 25. nu. 13. verſ. præterea lib. 3. & conſ. 80. nu. 9. lib. 4 & ſenſit Gozad. conſ. 49. nu. 18. verſ. ad ſextũ; Et vlterius ſecundũ hanc ſententiam egregiè conſuluit Corn. conſ. 94. lib. 2. vbi clare tradit, quòd fæminæ nõ excludebãtur a ſtatuto Reatino in ſucceſsione, etiam in bonis ibi ſitis, præſuppoſito, quòd loquebatur in perſonam, & illæ feminæ erant forenſes, & etiam maſculi earũ fratres, & mouetur per doctri. Bar. præalleg. & eã defendit ab impugnatione Ancarani declarando diuerſitatem terminorum in quibus loquũtur, ſubdens. quòd inhabilitatio perſonæ ad ſuccedendũ vel habilitatio perſonæ ad ſuccedendũ cõtra ius cõmune trahatur ad forenſes, quoad bona ſita in territorio nõ reperit in hoc eſſe cõmunẽ ſententiã aſſertã per Ancar. ſed imò theoricam cõmunem ſupra poſitam eſſe in cõtrariũ. Poſtremò pro hac ſententia adduco Crott. in l. omnes populi num. 158. ff. de inſti. & iur. vbi ponit concluſionem, quòd non comprehendantur forenſes in ſtatuto, & inter alia alleg. Pau. de Caſt. d. cõſ. 224. & ex præmiſsis ait quòd aliàs ipſe cõſulendo inferebat, quòd ſtatutũ Ciuitatis Bononiæ diſponens quòd extantibus agnatis cognati non ſuccedant non habebat locũ in forenſe. qui volebat excludere ſororem a ſucceſsione eiuſdem defuncti: & ita loquitur propriè in noſtris terminis, & inter alias rationes Crott. ibi facit pulchram, & naturalem conſiderationem. nanque conſiderabat, quòd quælibet conſtitutiones habent ſuas cauſas, quibus ceſſantibus ceſſant ipſæ conſtitutiones, ſed dictũ ſtatutũ præferens fratrem ſorori, & agnatos cognatis voluit conſeruare agnationem, quæ plurimũ ob opulentiam conſeruatur, & augetur, ſed hæc ratio quæ mouit ſtatuentes ad diſponendum ceſſabat in illo caſu quid enim curarũt ſtatuentes, quòd familia dicti forenſis conſeruetur, & amplietur per iſtam ſucceſsionem? quoniã de his, quæ foris ſunt, nihil ad nos, cap. gaudemus, de diuor. & dicebat hanc interpretationẽ eſſe fauorabilem, quia reducimur ad ius commune ſecũdũ quod ſoror, & frater æqualiter ſuccedũt, ex quibus omnibus cõcludebat in fauorem dictæ mulieris, vt à fratre non eſſet excluſa beneficio dicti ſtatuti, cum frater eſſet forenſis, & c. vt ibi latius per eum ex cuius dictis optimè cõprobãtur deducta in præallegata vltima ſcriptura parte dictæ actricis, vbi ſapienter fuit

hæc

hæc ratio considerata. Vnde remanet conclusio clarissima, quòd in successione bonorum liberorum. D. Iacobæ matris non debent attendi statuta Patauina, disponentia in successione ex testamento, vel ab intestato, sed attendi debet ius commune, vel statutũ Vicentinum, secundum quæ dictæ. D. Carlinæ actrici debetur saltem legitima, vel dos loco legitimæ, iuxta liquidationem faciendam. Et hæc sunt quæ mihi alioqui pluribus occupationibus districto, & breuitate temporis coacto, occurrere potuerunt cætera supplebit egregia doctrina iustissimi. D. iudicantis qui habet omnia in scrinio pectoris, & solum Deum ante oculos.

Post scripta reperi statutũ Patauinũ expressè disponens, quòd statuta nõ prosint forensi nõ sustinenti onera, & nõ habitãti, &c. cart. 82. rubrica xxxix. ergo aduersarii nõ possunt se fundare super statutis Patauinis, pro quo faciũt tradita per Brun. loco præalleg. col. 2 vers. aut verò statutũ; & ita in similibus terminis cõsuluit Socin. Iu. d. cons. 80. num. 14. vers. demum ad exclusionem; lib. 4. & Corn. cons. 61. col. 2. versic. nec dictus Philippus, lib. 4. refert Brun. in 12. artic. Q. 5. col. 2. vers. dicitur etiam; Bal. cons. 419. Ioannes de Albingana, lib. 3. in antiq. nec dicatur quòd vnus ex ipsis fratribus habitet Paduæ, & est allibratus, &c. quoniã requirebatur, quòd tẽpore successionis delatæ, de qua tractatur, adessent illæ qualitates statuti, ita in terminis declarat Corn. d. cons. 94. num. 9. vers. cum itaque isti fratres, & sorores ante omne ius quæsitum, vel causatum fuerint forenses, quia nunquam fuerunt Reatini libr. 2. & sic ibi Corn. considerat requiri, quòd tempore successionis, non sint forenses, & vltra Cor. idem expressè declarat Ancar. cons. 169. num. 2. vers. præterea, vbi ait quòd non sufficeret si peregrini, & exteri nõ habitãtes tempore delatæ successionis in ciuitate statuentiũ, vellent postea habitare, quia nõ possent tollere ius quæsitũ alteri, vt ibi, & si hoc fũdamentũ est verũ (prout videtur) frustra laborauimus ad euitationẽ statutorũ Patauinorũ, quia stãte hoc expresso statuto res est sine dubio clarissima, quare, &c.

Aduersarii in eorum scriptura nouissimè producta conantur labefactare solidissima fundamenta. D. actricis, sed frustra laborãt, vt apparet, & quia omnia ferè alias deducta repetunt, non opus est amplius eisdem replicare, vt finis optatus causæ pro iustitia imponatur, solùm videbatur replicandum esse aduersus illã rationem, quòd cum iudicium agatur Paduæ, iudex Paduanus iudicare debeat secundum statuta Paduaua, nam pro resolutione, aduertendum est, quòd illud procederet quoad respicientia processum, at secus est, quoad respicientia decisoria litis, quoniã forenses non sunt iudicandi secundum statuta, & consuetudines loci iudicii, quoad decisoria, sed secundum ius commune, vel secundum statuta, & consuetudines locorum ipsorum litigantiũ forensium: ita est comm. distinctio docto. legistarum in. l. cunctos populos. C. de sum. Trinit. & canonistarum in cap. quod clericis, de for. competen. vbi optimè declarat Abb. num. 21. versic. item iudex habet iudicare secundũ consuetudinem litigantium, & eorum statuta non secundũ suam, & ibi clarius subdit, non esse verum, quòd conueniendo aliquem in vno foro quis subiiciat actum statutis illius loci, quia hoc (ait) non non procedit in decisoriis, licet secus sit in ordinatoriis, adit enim illum iudicem, vt faciat sibi ius, secundum, ius commune, & non secundũ ius municipale, quod non debet eum ligare tanquam forensem, & secundum prædictam distinctionem latè consuluit Alex. cons. 164. co. 1. & . 2. lib. 6. & alibi sæpe, & ita resolutè tradit Dec. cons. 97. in prin. versic. & licet prædictus. D. Albertus litigauerit, Ferrariæ, bene faciunt tradita per Cuma. cõs. 72. de habente domicilium Paduæ litigante Venetiis in causa dotis, vt nihilominus seruari deberent statuta Paduana, & hoc cons. tanquã notab. refert, ac sequitur Cur. Iun. cons. 129. col. 2. in fi. versic. ista etiam com. conclusio. Et addendo prioribus nostris scriptis, quòd non sint attendenda

denda statuta Patauina, in decidendo hãc litem inter forenses iuxta cons. Alex. cõs. 44. lib. 5. cum sequacibus. addo, quòd eandem opinionem sequutus est Ancar. cõs. 169. Sed eãdem sententiã solenniter probauit Illustris Roy. cõs. 120. num. 18. lib. 1. & cons. 48. lib. 3. vbi eleganter reassumpsit consi. Pau. de Cas. cons. 224. de Paduana nõ excludenda a statuto Recanati, etiã pro bonis ibi sitis, & refert, ac sequitur præallegatũ consilium Alex. cons. 44. lib. 5. vt ibi videri poterit.

Ad candidum Lectorem.

De eadem materia suprascripta habetur infra in cõs. xiii. pro Martinengo.

Ingeniosa, & elegantia dubia (iuxta morem laudabilem) edita, nõ videntur obstare, quò minus pronuntietur iuxta petita per. D. Carlinã: & ad principale fundamentũ factũ super eo, quòd testator in regulãdo suo fideicommisso censeatur se conformasse cũ statuto Patauino, iuxta notab. doctri. Bar. in. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. cum sequacibus, iã fuit responsũ, per. q. recolendæ memoriæ clarissimum. D. Ferdinãdũ, cui quidem respõsioni nõ obstat replica, esse doctr. Bar. in cõtrarium in. l. iusiurandi. §. si liberi. ff. de oper. lib. vbi loquitur copulatiuè, & quanplurimi sequuntur decis. Bart. ibi nã defendendo conclusionem Alexã. in casu nostro, dici potest primo, quòd illius decisionis. Bar. in d. §. si liberi, meminit Alex. ipse, sed tamen ob doctr. com. contrariam doctorum in. l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de lib. & posth. coactus fuit Alex. in casu nostro, quo agitur de dispositione testamẽtaria, nõ de actu seu cõtractu inter viuos, in sua distinctione tenere hãc nostrã conclusionem; at opus est accomodare saltem aliquã probabilem respõsionem, & euitationem ad dictã decis. Bar. d §. si liberi, quæ licet loquatur in actu, seu cõtractu inter viuos, tamen videbatur nõ esse cõstituendã differentiã inter vltimas voluntates, & cõtractus. l. ita stip. ff. de verb. oblig. cũ vulg. sed certè erit probabilis respõsio. & euitatio scilicet, quòd illa decisio procedat in suis terminis, & ratio generalis est, quia licet regulariter valeat argu. hinc inde de cõtractibus ad vltimas volũtates, nihilominus id procedit nisi diuersa in his ratio afferatur: ratio verò diuersitatis in casu nostro affertur. s. quòd in testamentis fauorabilior interpretatio, quã in cõtractibus fiat. l. in testamẽtis. ff. de reg. iur. cap. cũ dilect. de donat. cũ vulgaribus, & breuiter in terminis ita hãc differentiã circa admisionẽ fæminarũ in acquisitione emphiteotica ex contractu, & dispositione testamentaria fecit Illustris Alcia. de verb. sig. li. 3. f. 98. vers. postremò videndũ est: & magis in terminis idẽ tradit in tract. præsũptio. regu. 3. præsũpt. 32. nu. 6. ver. itẽ fallit, vbi ĩ indiuiduo fecit hãc differentiã, tractãdo distinctè hũc articulũ de testatore se cõformãte cũ statuto, &c. & asignãdo rationẽ diuersitatis in decis. Bar. d. §. si liberi, inquit singulariter rationem illius decisionis esse, quia ibi impropriatio toleratur circa verba, quorũ natura est, vt ad terminos iuris referãtur, nã pater in dubio cẽsetur stipulari filiis vt hæredibus Bar. l. quod dicitur. ff. de ver. obl. & sic secũdũ quod & quatenus de iure sũt hæredes; sed vltra Alci. reperio, quòd Cor. cõs. 157. nu. 7. versi. in terminis. n. Bar. d. §. si liberi. li. 4. aliã pulchrã accomodauit respõsionẽ, inquit. n. quòd in illis terminis stipulator pro se, & filiis, & filiabus noluit simul filios secũ venire, & sic prim. coniũctio nõ copulat æqualiter, sed ordine successiuo, ũde præbet coniecturã, quód & facile secũda copulatiua significet ordinẽ successiuũ, vt ibi. Nõ obstat etiã alia replica, quòd nõ simus ĩ terminis cõclusionis Ale. d §. cũ ita, quia verba in casu nostro nõ fuere prolata affirmatiuè, sed negatiuè (caso che Giacoma mia sia nõ hauesse fioli di sorte alcuna), (nõ hauẽdo fioli, ne maschi, ne femine) (mãcasse senza fioli nessuno così maschi, come femine) & quia præsupposito filios ĩ cõditione positos fuisse vocatos, id nõ est ex ui, & proprietate verborũ, sed ex cõiecturata mente testatoris, &c. respõderi. n. potest, quòd licet verba prolata sint negatiua, & ĩ cõdi

tione, nihilominus cũ præsupponamus ex illis verbis cõditionalibus negatiuis nominatos censeri vocatos dispositiuè per fideicõmissũ, iũctis etiã aliis verbis testamenti, equidem necessario sequitur, quòd illa verba resoluũtur in affirmatiuã: & perinde est, ac si testator vocasset dispositiuè filios Iacobæ sortis vtriusque, & filios masculos, & fæminas: & filios tam masculos quàm fæminas, quo casu clarũ est, nos esse in terminis cõclusionis Alex. & sequaciũ de copulatiua: & in terminis cons. Dec & Paris. de verbo vtriusque sexus, sapienter allegatorũ per clariss. D. Ferdinãdũ, vbi hoc vltimũ habetur pro magis claro, quàm in co pulatiua; & vltra præmissa põderãdæ sunt illæ dictiones (così come) quæ resoluũtur in tàm, & quàm; earũ verò dictionũ natura est, facere cõparationem æqualiter inter dictos masculos, & fæminas iuxta tradita per Alberic. in dictionario vers. tàm, & quàm, & refert Ias. cõs. 143. num. 5. vbi etiã alleg. Bar. li. 4. Alcia. cõs. 487, nu. 16. ergo, &c. & in specie de verbis vulgaribus (si come) loquitur Roy. cons. 25. nu. 9. li. 1. Alex. cõs. 3. col. 1. li. 2. Cõfirmatur respõsio, quia cõclusio Alex. procedit etiã quãdo verba solũ in generalitate sui repugnãt, vel cũ generaliter cõcepta sũt, vt egregiè tradit Alcia. d. loco de præsũp. in tertio casu vers. cõtraria opinio videtur verior: & idem de verb. sig. li. 1. co. 17. vers. tertia distinctionis species.

Remanemus itaque in doctri. Alexand. d. §. cum ita, qui solet appellari pater veritatis; secundum quam conclusionem etiam consulendo respondit cons. 176. num. 5. versic. & illud quod dicitur lib. 7. & quæ conclusio videtur pasim approbata; eã enim defendit Socin. in. l. in his. in fin. ff. de condit. & demonstr. quem refert, ac sequitur Alciat. in locis præalleg. Curt. Iuni. cons. 128. num. versic. & si qua est saluatur per distinctionem Alex. & cons. 115. nu. 22. Corn. cons. 202. num. 9. & seq. lib. 3. Paris. cons. 78. num. 25. lib. 2. vbi num. 27. considerat ad propositum, quòd ibi testator instituerat fæminas, vt in casu nostro, & idem in terminis considerat Crauet. cons. 250 col. 1. versic. euidens autem, eandem distinctionem Alexan. videtur post diligentem excusionem, tandem sequi in dubio, cessantibus aliis coniecturis, insignis Rip. in dicto. §. cum ita nume. 79. uersic. quid ergo concludendum? quem refert, & probat ibi clariss. & excellentiss. D. Torniellus num. 153. in fi. & idem tradit signanter olim præcept. meus, & nunc Reuerendissimus Rotæ Aud. D. Fab. Accorumb. vbi quando sunt substitutæ fæminæ, sine dubio tenet opin. Bart. non posse procedere, & infert, quòd Bar. malè loquitur circa terminos d. §. cum ita: quia fæmina Claudia fuerat substituta, & apparebat testatorem non respexisse ad agnationem, & familiam conseruandam. Deueniendo ad secundum dubium, in quo disputatur, an extet prætensum statutum excludens. D. Carlinam ab intestato dicti testantis si decessisset intestatus, & videbatur, quòd sic per statutum de success. mulierum, versic. idem intelligendum, Sed hoc non obstante constat manifestè non obesse. D. Carlinæ prætensũ statutũ, & quia aduersarii totũ suũ fundamentũ iecerũt super simili prætenso statuto, quòd ab intestato. D. Carlina non fuit successura, & quòd testator etiã ex testam. non potuisset eã vocare, diligenter, & accuratè aduertendũ est, quia (nisi valde decipior) equidẽ nugatoriũ redditur tale fũdamentũ sequẽtibus cõsiderationibus, saluis sẽper aliis, quæ diximus aliàs circa illã viã, quòd statuta Patauina nõ debeãt attendi inter hos litigãtes Vicentinos forenses: principio, si inspiciatur statutũ, expresse loquitur de fratribus vtrinque coniunctis, & cum verba statuti sint clara, non est vlla dubitatio, vnde non habent locum in aduersariis, qui sunt fratres vterini. D. Carlinæ, & breuiter reperio, quòd in terminis huius statuti Patauini ita signanter inquit excellentissimus. D. Mãt. olim præcept. meus cõs. 104. num. 5. vers. nec obstat statutũ primũ de masculis quia loquitur de his qui sũt vtrinq; coniũcti, vt videri potest, ecce authoritas summi docto. circa interpretationem proprii statuti Patauini, a qua

a qua nephas (vt ita dixerim) mihi videtur recedere, nulla existente ratione in cōtrariū. nec potest euitari statutū expressum interpretando subtiliter, quòd expresserit de vtrinque coniunctis ad exclusionem consanguinei tantum, quando ageretur de successione in bonis maternis, in quibus ille frater consanguineus tantum nihil agere debet, vt pote tanquam extraneus illi matri, quia tunc esset absurdus intellectus iuxta de simili absurdo tradita in specie per insignem Rip. li. primo respōs. cap. 3. & per Corn. cons. 314. num. 3. & seq. lib. 4. & Brun. tract. de stat. excludent. fæminas artic. 13. Q. xxx. & artic. 12. q. 5. col. fi. vers. & prædicta inducebam, respondetur enim non opus esse considerare tale absurdum, quia nobis sufficit, quòd verba statuti sūt clara, & expressa: hinc dicebat Cor. cons. 134. co. 1. lib. 2. semper se fuisse huius sententiæ, quòd si verba statuti patiebantur interpretationem aliquā ex qua restringerentur huiusmodi exclusiones fæminarum, quòd deberent pro posse restringi, secus autem vbi verba omnino vel plurimū violarentur; quid ergo dicemus in casu nostro? vbi verba violarentur ad exclusionem fæminæ, si velimus quòd statutum loquens de vtrinque coniunctis intelligatur de vterinis tātum, cùm ex sententia solennis doctoris Cornei potius verba deberent aliqualiter violari, ne fæminæ excludantur. Confirmantur præmissa ex traditis in terminis dicti statuti Patauini, cap. cum satis honestum in reformatione per Paris. cons. fi. num. 4. lib. 2. vbi; quòd verbum frater intelligi debet secundū ius commune, & ibi num. 9. inquit, quòd tale statutum, quatenus excludit fæminas est odiosum, & correctiuum iuris communis, & consequenter nō debere habere locū, nisi quatenus verba, & ratio statuti disponant: vnde decidit casum, de quo in d. cons. quæ faciunt ad propositū; sed præterea (& fortius) esto statutū aliquod loqueretur simpliciter de filiis, nihilominus adhuc defendi posset D. Carlinam non censeri exclusam ab aduersariis fratribus vterinis tātum, etiam in successione materna, & hoc sequentibus rationibus, nam statuta debent interpretari, vt minus lædant ius commune Bar. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. cum vulgaribus, sed statutū excludēs fæminas propter masculos corrigit ius cōmune. l. maximū vitium. C. de lib. præt. ergo si loquitur de filiis simpliciter intelligi deberet de filiis eiusdem matrimonii, & eiusdem patris, non de filiis alterius matrimonii, vt ita minus corrigat; Confirmatur, verbum filiis potest intelligi de filiis eisdemque fratribus vtrinque coniunctis, & de filiis alterius matrimonii, eisdemque fratribus vterinis, maiori autem sunt vinculo coniūcti filii eiusdem quàm diuersi matrimonii, verba verò statuti sunt intelligenda in potiori significatu. l. 1. §. qui in perpetuū. ff. si ag. vecti. ergo, & breuiter (ne videar loqui ex meo capite) adduco expressam in his terminis decisionem Socin. cons. 84. lib. primo, vbi licet moueatur etiam aliis diuersis rationibus, quæ ad nostrum propositum non adaptantur, satis est, quòd mouetur duabus rationibus proximè deductis, quæ optimè quadrant in casu nostro. nec credat quispiam Socin. perfunctoriè, secundum eam conclusionem in illis terminis respondisse, quia imò ibi refert pro hac parte aliàs fuisse consultum per solennes aduocatos Senenses, & per genitorem suum, & alios, & ita se ipsum existentem arbitrum alias iudicasse; & huius consilii Socin. ipse mentionem facit in. l. cum uir. ff. de condit. & demonst. & transit cum eo, & vlterius eiusdem consilii mentionem fecit idem Socin. consil. 241. numer. 9. libr. 2. vbi refert eadem fundamenta, easdemque authoritates, & addit se idem rursus existentem arbitrum iudicasse, & ita etiam iudicare vidisse, & prædictum consilium 84. refert, & simpliciter sequitur Crauet. consil. 250. nume. 4. versic. æque non consideratur lib. secundo. Et reperio, quòd hoc consil. 84. commemorauit Brun. dicto tractat. articul. 12. q. 5. & artic. 13. q. xxx. sed malè, & in aduertenter retulit sub nomine Mariani, & (quòd peius est)

retulit Soc.loqui de filio consanguineo tantum nõ excludente sororem à successione materna iuxta absurdum de quo superius diximus per Rip.d.cap.3.& alibi & tamen Soc.ipse clarè loquitur de fratre tantum vterino non excludente sororem a successione materna,& apparet ex themate illius consilii,& ex rationibus ibi deductis, & ita ipse Brun.artic.12.q.18.col.2.vers.fortius dixit,melius retulit, & licet ibi incidenter,& in transcursu pungat decisionem Soc.tamen temerarium videretur in iudicando recedere ab illo cons.Soci.adeo solennizato per tot doctores ibi,& secundũ quod Socin.ipse iudicauit, & maximè quia Brun.ibi subdit in materia statutaria fratris & sororis appellatione in dubio nõ intelligi de vterinis,& ita generaliter tradit Fely. cap. veniens col.1.de simon. & in specie firmat Nat. tract. de statut. excludente fœminas co.31.vers.decimo quæro,vbi alleg.Pau.de Cas.cõs.348.& rationes, vt ibi,& tradit Soc.Iu.cõs.1.nu.51.vbi sequitur Pau.de Cast.d.cõs.& alios,quicquid dixerit quidam consulens inter cons.Socin.patrui cons.fi.lib.2.& idem Socin.Iuni. tradit consil.23.num.32.lib.eodem,& Paris.cons.84.num.5.libr.2.& Alex.consil.55. numer.2.versic.& quòd isti lib.6. Et vlterius ex abundanti,quia videbatur,quòd non opus esset laborare super fundamento de prætenso statuto circa interpretationem fideicommissi,de quo agitur, præsupposita conclusione nostra, quòd statuta Patauina non sint attendenda inter hos Vicentinos litigantes, & replicatur, quòd quoad fideicommissum de quo agitur,ipse testator non potuit præuidere, quòd filia copularetur Vicentinis, & sic necessario videtur dicendum inspicienda esse statuta Patauina,equidem responderi posset,quòd si testator non cogitauit de hoc casu, ergo succedit illa vulgaris regula,quòd in casu omisso debet capi illa interpretatio,quã verisimiliter declararet testator,si a mortuis reuocatus, posset de hoc interrogari iuxta glo.l.tali.ff.de pact.cum vulgaribus:vnde resideret in pectore iudicis facere tale iudiciũ,ex verisimili:& sic nulla est necessaria cõsequentia pro aduersariis.

Postremò non possum pætermittere,quid mihi occurrat circa fundamentum toties decantatum per aduersarios in suis scripturis,præsupponentes quòd.D.Carlina.non posit esse capax dicti fideicommissi.stante statuto, non solum inspecta successione,si.D.Petrus decessisset intestatus,verum etiam si ipsam per præsens fideicõmissum vocare expressè voluisset,nam hæc mihi nunc maturius examinãti, visa fuere nugatoria.in primis enim considero, quòd dubium est apud docto. an valeat statutum prohibens liberam testandi factionem de quo per Brun.articu.8.q.6. & per Natt.car.12.q.12.deinde reperio quòd.D.Mant.in authen.nouissima.C.de inoff.teastm.voluit signanter intelligere d.statutum Patauinum, vt non intelligatur prohibere institutionem,vt ibi per eum fol.64.vers.& sic declaratur statutum nostrũ Patauinum.Postremò magis admiror,quia si inspiciantur verba statuti,primũ statutũ, mulier,&c.vers.posit tamen, expressè permittit legare quicquid voluerit,& ita permittitur fideicommittere.l.per omnia.ff.de leg. primo.secundũ verò statutũ in reformatione,versi.posit tamen, permittit legare eam portionem,quæ fæminis ab intestato de iure communi spectaret,ergo in casu nostro,præsupposito quòd testator per fideicommissum legauerit.D.Carlinæ, clarum est nihil obstare statutum decantatum,imò expressè permittere,cum.D.Carlina solùm pro sua tertia parte,quæ sibi ab intestato de iure communi spectaret,prætendat succedere.& admitti,& breuiter ne ex capite nostro videamur nugari,reperio ita in terminis terminãtibus dicti statuti Patauini declarasse Roy.consi.57.lib.3.vbi licet tenuerit statutum ipsum valere quoad prohibitionem testandi (super quo videtur sensisse aliter quàm.D.Mant. in d.authent.nouissima & quisnã melius senserit nihil est necesse nũc proferre, maximè quia etiam Ias.visus est in hoc dubitare,cons.120.co.penul. versi.nã.aduertendũ

est

eſt.lib.1.) tamen poſtea idem Roy.ſaluat talem diſpoſitionem ſtatuti,quia pemittit ſaltem legare eam portionem debitam de iure communi ab inteſtato; & conſuluit pro fæmina vocata per fideicōmiſſum,vt ibi videri poteſt,vbi egregiè reſumit mentem dictorum ſtatutorum:& aduertatur,quód quanquam in fi. in vltimo dubio teneat non valuiſſe legatum filiis illius Marietæ,non obſtat in caſu noſtro,quia ibi aderat filius maſculus,& ſic ſi attendantur filii primi gradus,ibi Marieta filia erat excludenda,& conſequenter ceſſaret in caſu noſtro ſtatutum,quia hic extabant ambæ filiæ fæminæ,& ſic corrueret intentio aduerſariorum ſuper ſtatuto,quia hoc caſu nō loqueretur,ſed quia in caſu noſtro aduerſarii arguūt de ſtatuto,pæſuppoſito quòd perinde ſit,ac ſi tempore mortis teſtantis, hi omnes nepotes ex filiabus prædefūctis extitiſſent,& ab inteſtato ſucceſſuri eſſent, ideo neceſſariò ſecundum eorum intentionem ſumus extra illam concluſionem Roy.in illo vltimo dubio, & ſumus in illa concluſione, quòd & ſi.D.Carlina ab inteſtato non fuiſſet ſucceſſura, tamen eidem potuit per fideicommiſſum legare ſuam tertiam portionem quam ab inteſtato de iure communi fuiſſet habitura, prout expreſsè diſponit ſtatutum, & reformatio, & ſignanter declarat,& determinat Roy.d.conſ. quid igitur opus erat quòd aduerſarii toties decantarent fundamentū ſuper præmiſsis ſtatutis excludentibus D.Carlinam ab inteſtato,& ex teſtamento?cū ex præmiſsis luce Illuſtrius appareat.D.Carlinam non excludi nec ab inteſtato nec ex teſtamento per fideicommiſſum, quoad ſuam tertiam portionem. quæ omnia ſubiicio exactiſsimo, ac ſinceriſsimo iudicio excellentiſs. & conſtantiſsimi.D.conſultoris, cui omnia ſunt notiſsima,meque, & cauſam ipſam pro veritate, & iuſtitia,plurimum commendo.

IX

Pro Excellentiſs.Doct.D.Nicola de Nigris.

IN EPITOME Q. XXX.

D. Conſtantinus de Godis in ſuo teſtamento,condito anno 1528.Mambrianum eius filium naturalem tātum, quem ſolutus ex muliere etiā ſoluta ſuſceperat,vniuerſalem hæredem inſtituit, volens vigore dicti teſtamenti,dictum Mambrianum ſibi fore,& eſſe legitimum,& ſucceſſorem vniuerſalem bonorum ſuorum,vt ſupra, concedens etiam quatenus opus eſſet,licentiam ſe legitimari faciendi poſt mortem ſuam.deinde cū idem D.Conſtantinus matrimonium contraxiſſet cū D.Anna ſorore sp.ll.doc.D.Nicolæ de Nigris,condito alio ſuo teſtamento anno 1530.eundem Mambrianum adhuc vniuerſalem inſtituit hæredem, concedens eidem licentiam ſe legitimari faciendi caſu tamen,quo dicta D.Anna quæ tunc grauida reperiebatur,pareret filiam fæminam, relicta dote ducatorum 1500. ipſi filiæ fæminæ naſcituræ; mortuo.D.Conſtantino D. Anna filiam fæminam peperit nomine Conſtantiam. Quapropter Mambrianus in executione paterni teſtamenti hæreditatem paternam adeptus eſt,legitimatus anno 1531 à clariſsimo.D.Iacobo Cornelio priuilegiū imperiale habente ampliſsimū, & ſolenniſsimum;(& omiſſa narratione earum rerum quæ poſtea ex facto inciderūt ex quibus etiam alia dubia oriebantur, ſuper quibus tamen dictus.D.Nicola non curabat inſiſtere)ex præmiſſa circūciſa breuique propoſitione,duæ principales quæſtiones exortæ ſunt in iudicio;Prima an legitimatio Mābriani fuerit ſolennis, & valida.Secūda an Mambrianus potuerit hæres, præſertim vniuerſalis inſtitui.

Materia legitimationis eſt profunda,& prolixa vt dicebat Affli.decis.386.in fin.&

ideo quisquis in ea potest fimbrias dilatare, & multas implere cartas Neuiz.consil. 99.in prin.sed quoniam consulentes breuitate vti& substantialiter loqui decet,pro ut dicere solebat magnus Aretinus cons.35.& alibi sæpe.iccirco verbosos commentarios facere non curabo.sed procedam conclusiuè, præsertim cum res ipsa agatur apud iudicem sapientissimum. sapiens enim ex paucis multa intelliget, iuxta glo.in authent.de consangu.& vteri.fratri §.primo versi.opinari.Igitur in prima.Q. pars negatiua,scilicet quòd legitimatio non fuerit solennis,& valida,prima facie videbatur posse suaderi duplici capite principali, vno scilicet ex defectu potestatis Comitis legitimantis. Altero autem ex defectu voluntatis ipsius legitimantis, duo enim sunt, in quibus omnium humanorum actuum consistit effectus potestas scilicet, & voluntas, quorum si alterum desit nihil est, quod perfici possit, teste Boetio,& text. est in cap. cum super, & ibi not. Abb. de offi. delegat. & hoc ordine ad impugnandam legitimationem vtitur Dec. consil.288. numer.6.versic. & sic patet quòd ista legitimatio. Defectus autem potestatis probari videtur primo, quia facta fuit in aliena iurisdictione,& de persona Imperatori nõ subdita,licet enim sit magna disputatio an imperator possit legitimare in aliena iurisdictione, attamen opiniones contrariæ reducuntur ad concordiam,scilicet quòd inter personas subditas sibi benè possit, sed inter personas non subditas non possit. tradit Corne. cons. 9.col.fin. lib.4. & breuiter quòd legitimatio facta per Comitem imperialem in Ciuitate Paduæ de Patauino fuerit nulla,& inualida, consuluit ex facto Iason cons.70.lib.3. & idem eodem casu consuluerat Socinus,& idem eodem casu consuluit Ruinus cõs. 66.lib.3.& prædictum consilium Iasonis postea secuti sunt nouissimi in alio casu Patauino consulentes,scilicet Parisius cons.2.lib.2.& Socin.Iun.cons.99.lib. 2.ac alibi sæpe,& nouissimè cons.21.lib.4.vbi subscripsit consi.Cagno.Paduæ, referens audiuisse ita iudicatum;Bossi.in tract.de Principe,nu.183.Vall.cons.88.lib.1.Ferret.consil.105.num.9.Craue.cons.277.col.1.cons.325. in fi.& hæc cõclusio videtur absque difficultate procedere in proposita specie. nanque legitimatio fieri non potuit, *nisi* ex plenitudine potestatis, stante sobole legitima,vt omnes doctores fatentur.at imperator plenitudine potestatis vti nõ potest inter nõ subditos. clement. pastoralis §. cæterum, de re iudica.clarum est autem Illustriss. Do.Venetum in terris sibi subditis neminem in superiorem recognoscere, ipsamque inclytam Venetam vrbem,vbi facta fuit legitimatio, non esse de iure imperatori subiectam, prout amplè habetur in dictis cõsiliis. Secũdo quia facta fuit sine aliqua causa; quãuis etenim sit controuersia ã in legitimatione causa requiratur,nihilominus opiniones cõtrouersæ cõciliãtur fædere distinctionis,scilicet quòd aut legitimatio fuit facta de spurio nato ex adulterio,quo casu dicitur dispẽsatio, & cũ sit dispẽsatio causa requiritur,aut legitimatio fuit facta de nato ex soluto,& soluta,& patre petente fieri legitimationẽ,& nõ extãte sobole legitima;& cũ sit simplex,& fauorabilis legitimatio, causa nõ requiritur,aut legitimatio fuit facta de nato ex soluto,& patre petẽte fieri legitimationẽ,sed sobole legitima extante,& cum ex ordinaria potestate talis legitimatio fieri nõ possit,causa requiritur saltem in inferioribus à Principe,ita distinguit Dec.cõs.307.nu. 10. nos autem saltem sumus in isto tertio,& vltimo casu; causa verò debet esse iusta, & rationabilis,cap.per venerabilem,& ibi Præposi. §.1.in 3.not.qui fil.sint legit. sed in proposito causæ expressæ per Comitem scilicet, quòd quãdoque illegitimè nati virtutibus decorantur,&c.tanquam generales non videntur esse sufficientes, vt per Ancar.consil.241.& Deci.cons.576. neç statur assertioni Comitis quòd causa interuenerit Dec.consil.303.col.fi. Tertio, quia facta fuit sine citatione Constantiæ filiæ legitime;nã si causa requirebatur in legitimatione, ergo necesse est dicere quòd vel

requiratur partis citatio, quia non potest legitimanti liquere vtrũ subsit causa iusta, vel non, parte non citata, l.pen. C.si per vim, & ita arguit in specie Aret.in l. Gallus §.quid si tantum co.fi.vers.quam doctrinam ff.de liber. & post.& magis in specie, quòd scilicet requiratur filiorum legittimorum citatio tradit Bal. in l.nam ita Diuus.ff.de adopt.& secundum hanc partem consuluit Florentiæ Alex.pro ut attestatur in l.ex facto nu.25.uers.& pro hac parte.ff.de uulg.& pup.& consuluit Soci.Iun. cons.142.nu.18.lib.1.& saltem hæc cõclusio procedit respectu legittimæ, pro ut declarat Soci.in d §.& quid si tantum nu.21.& in cons.246.col.4. uers.2. fundamento lib.2.& sequitur Decius dicto cõs.393.nu.8.uers.& maximè, & quãuis in priuilegio concedatur licentia legitimandi sine citatione, attamen talem licentiam Imperator concedere non potuit, quoniam non potest tollere citationes inter personas sibi nõ subditas etiam de plenitudine potestatis.d.clementi.pastoralis, & Soci.cons.120.nu.2.uers,4.casus lib.3. Quarto quia si bene inspiciatur, licet in priuilegio concedatur Comiti, quòd possit legitimare parentibus uiuis vel mortuis, non per hoc datur licentia quòd legittimandi succedãt, & auferant hæreditatem, parentibus mortuis, aliis acquisitam, ita priuilegium interpretatur Bal.cõs.14.co.2.lib.2. & sequitur Dec.cons.343.col.2.at mortuo D. Constantino, statim hæreditas fuit acquisita Constantiæ vigore suitatis l.in suis, & ibi not.ff.de lib. & post.ergo legittimatio fieri non potuit per Comitem ad præiudicium Constantiæ: confirmatur prædicta interpretatio ex traditis per Soci.cons.95.nu.20.lib.4.vbi inquit, quòd si in priuilegio est clausula quòd possit legitimare, etiam extantibus filiis legitimis, tamen talis clausula non censetur repetita, quando postea legittimandi ad bonorum paternorum successionẽ habilitantur, & ex his videtur probari defectus potestatis. Defectus vero voluntatis ipsius legittimantis, & sic, quòd legittimatio fuerit obreptitia vel subreptitia suaderi videtur, primo, quia narratũ fuit Comiti Mambrianum esse naturalem tantũ ex dicto D.Constantino soluto, & ex muliere soluta natũ, & tamẽ Mambrianus non erat naturalis, sed spurius. vt enim dicatur quis naturalis, non sufficit quòd ex soluto, & soluta natus sit. sed requiritur quòd sit natus ex soluta, in domo in schemate cõcubinæ, quasi vxoris loco. retentæ, & ideo natus ex fanticella, non retenta in schemate concubinæ, censetur spurius Bar.l.fi.ff.de concub.& l.fi.ff.de indig. igitur legitimatio nulla est vitio obreptionis, ita Alex.cõs.60.co.pen. vers.4. & vltimo.l.2. dicens legitimationem esse nullam obreptionis vitio, ex quo narratũ fuerat legitimandum esse naturalem, qui tamen spurius erat, vt ibi per eum. Secũdo quia non fuit in specie, & explicitè narratum Comiti quòd tunc temporis extaret in rerum natura Constantia filia legittima, prout narrari debuerat, iuxtà not.in.d §. quid si tantum, Tiraq.l.si unquam vers.donatione, nu.310. C.de reu. don.licet nanque in suplicatione dicatur, ex domina Anna tempore mortis Constan tini prægnãte natam filiam, non tamen fuit declaratum ipsam filiam tunc extare. non enim necessario sequitur iam.nata fuit filia. ergo hodie quoque extat, nec propter illa verba sequentia in leg. scilicet, quòd admitti possit & debeat etiam cum filiis legitimis, & naturalibus, tollitur defectus obreptionis, vt per Alex. dicto cõs.60.co.pen. uers.non ob.illa verba.nec propter illam clausulam, nõ obstantibus legibus, ut per Alex.dicto cons.col.fi.uers. nec obstat. & ex his probari uidetur defectus uoluntatis Comitis legitimãtis, quæ si ita sint, sequitur conclusio manifesta scilicet legitimationem Mambriani nõ fuisse solennem, & ualidam, & si res obscura esset, ita adhuc foret concludendum, cum legitimatio censeatur odiosa ut per Rosel.in tractat. legitima.2.par.nu.3.& alibi sæpe per doctoris. At his no obstantibus partem affirmatiuã scilicet pro leg. sine aliqua dubitatione sequendam arbitror, tãquã partem

iustam

iustam æquam, ac frequenti vsu receptã. hæc autem pars affirmatiua scilicet quòd legitimatio sit solennis, & ualida non eget probatione, sed tenenti hanc partem sufficit defendere eam ab oppositionibus partis negatiuæ. nanque ipsa legitimatio ex se ipsa fundata est viris præsũptione, scilicet quòd sit ritè & rectè facta, ille enim qui negat legitimationem rectè factam, præstare debet probationem l. ab ea parte. ff. de probatio. vbi ponitur regula generalis quòd in negatiua iuris probatio incumbit ei qui negat, & postea subiicitur exẽplũ in negãte emancipationem rectè factam, facit tex. cap. in præsentia, eod. tit. vbi Abb. & moderni per illum tex. Not quòd qui dicit actum validum, non habet necesse probare se fuisse habilem, faciunt not. per Imol. cap. fin. de præsumpt. in glo. vers. Idoneus, quòd quãdo quis allegat aliquem esse illegitimum ad finem repellendi eum, debet hoc probare, quia impetrans habet prima facie intentionem fundatam virtute rescripti, Herculan. in tract, de negatiue nu. 68. Restat itaq; diluere, & labefactare rationes, & autoritates pro parte cõtraria adductas, in quo quidem præcipue uirtus cõsistit iurisconsulti. Sed prius quàm id ordine exequi aggrediar, libet eximere scrupulum ultimo loco iniectum, scilicet dum dictum fuit legitimationem censeri odiosam, nam ante omnia animo libenti, & æquo accipiendum est, legitimationem (hanc præsertim Mãbriani, de qua nũc agitur) non odiosam, sed mere fauorabilem esse censendam. & inprimis capiendo legitimationem simpliciter dici potest probabiliter esse fauorabilẽ lege, ratione, & autoritatibus, lege autem probatur in auten.. qui mo. nat effi. leg §. si quis uero, & §. licet, ibi, oportet medelam legitimationis inuenire & §. sit igitur, ibi, ex inde filios frui tali legitimationis solatio, & ibi huiusmodi naturæ excessibus medemur tali solatio, & in aut. qui mo. natu. effi. sui §. illud & in prin. d. aut. ibi, nos enim habuimus studium ex naturalibus ad legitimos eleuare. si igitur Imperator hoc ipsum studio prosequitur, certè non censetur odiosum, quod satis clarè subiungit esse inueniendum undique, quòd melius est, quasi habeat has legitimationum uias inuenisse studiosum fuisse, & optimum, cum igitur ex intentione, & verbis legis comprehẽdatur an quid sit odiosum uel fauorabile, l. 1. ff. ad Maced. satis dilucidè profectò in illis authen. colligitur id ut fauorabile legislatorem fuisse prosecutum. confirmatur, quia legitimatio appellatur principis donum, authent. ita fine, C. de natur. lib. & in authen. vnde sumitur, ergo fauorabilis, cap. cum dilecti, de donation. ratione autem probatur. nam illa dicitur materia fauorabilis per quam reducimur ad ius antiquũ, quælibet enim res de facili reuertitur ad suam primam naturam, gl. est reputata singularis in cap. statutum, uers. numerandum, de præben. lib. 6. & not. Alex. l. si cõstãte in princ. co. tertia nu. 5. ff. sol. ma. & plura cumulat Feli. cap. cum accessissent co. 3. de constitu. facit bonus tex. l. si unus. §. pactus vers. quòd & in specie, ibi, quotiens enim ad ius, quòd lex naturæ ei tribuit, de dote actio redit. ff de pac. & ibi las. post Feli. cõgerit. At iure naturali primeuo in quocunque inest natutaliter legitimitas. §. licet §. illud præallegat, cum concor. vnde Imperator legitimando, & remouendo accidentalem maculam spurietatis, dicitur detegere primam legitimitatem, quæ spurio inhærebat, quandoquidem aliud sit de nouo facere, & aliud iam facto obstaculum remouere, cap. cum aliquibus, de rescrip. in 6. ergo per legitimationem, & per admissionem legitimati ad successionem, dicimur reduci ad ius primeuũ naturæ, & per consequens sumus in materia fauorabili. huic uèro conclusioni utpotè lege, & ratione fundatæ nõ desunt etiã autoritates summorum virorũ, Bal. l. seruis. C. de leg. Ancar. cõs. 241. 427. quem Decius sequitur in cõsiliis sæpissime, Iason. cons. 148. co. 1. nu. 1. lib. 2. & cons. 68. co. 8. lib. 3. & cons. 127. nu. 9. lib. 4. Curt. Iun. egregiè cous. 153. co. penul. nu. 13. & Fort. §. quid si tantũ nu. 383. 387. ubi solenniter respondet

det

det ad cap.per ven.&alia adducta in contrariũ,eandem sententiã probat Alcia.in rubric.ff.de lib.& posth.nu.11.vers.tamet si nec verũ sit;Alb.cons.7.nu.5.Neuiz.cons. 99.in fin. Vall.cõs.89.nu.5.quinimò legitimatio dici potest nedũ fauorabilis, verũ etiã actus pius,ita reperio appellari legitimationẽ actũ piũ per Pau. de Cast.l.nemo Apost.C.de sac.eccl.& Rom.cõs.193.co.fi.ver.nec refragaturquorũ nõ meminit Tiraq.l.si vnquã vers.donatione.nu.301.C.de reu.don. vbi hoc negauit, & ista cõclusio planè procedit in legitimatione nati ex soluto,& soluta(prout in casu nostro) nõ autẽ spurii nati ex adulterio incesto,seu alio damnato,& reprobato coitu;in filiis.n. natis ex soluto,& soluta legitimatio est propria legitimatio,& facilius conceditur d. cap.per ven.in fine,& ibi But.co.2.& §.fin.in aut.qui mo.natur.effi.sui,& tradit Alexã.d.cons.60.col.fi.nec obstat si repetatur legitimationem esse odiosam saltem quãdo fit extante legitima sobole, quasi sit contra ipsum ius diuinũ dicens, non erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ,quod dictum aliquando vsurpari solet per doctores, respondetur enim negando hoc assumptum quòd sit contra ius diuinũ, si enim contra ius diuinum esset,vtique fieri nõ posset per principem ipsa legitimatio, vt inquit Aret.l.3.col.3.versic.& quòd istud statutum.ff.de testam.& tamen constat legitionem huiusmodi fieri posse de plenitudine potestatis Principis, nec talis potestas posset Comiti concedi,& tamen cõstat,secundùm cõmunem conclusionem doctorum,prout tradit Alex.cons.187.col.6.7.lib.5. vbi attestatur omnes doctores istud fateri,& quanquã Bal.dixerit quòd imperator, qui hoc facit est vnũ pecus, profectò nimis temerè loquutus est,& ita, quòd tanquàm satis inhonestè de Principe loquutus fuerit Bal.reprehenditur à grauissimo,& doctissimo viro Ioanne cirier Parisiense, quodam in loco in tractatu de primogenitura; & contra Bald. est tex.l.fi.C. de leg.ver.quis enim tanto superbiæ fastigio tumidus est,vt Regalem sensũ contemnat?& hoc dictũ Bal.per ironiam irridebat Fortun.in.l.Gallus.§.quid si tantũ,in vltimis verbis.ff.de lib.& posth.& illud declarat Bero.cap.1.num.133.vers. nisi intelligas,de constit.hinc dicebat Barba.cap.iurauit col.18.de probat.quòd Bal. obloquitur de glo.& de Imperatore, & de pluribus doctoribus, quia habebat malã linguã; Non obstat autem tex.allegatus,non erit hæres, &c. quia aduertendũ est quòd præcepta iudicialia veteris legis non videntur obligare in noua, nisi quatenus approbata sint per habentem authoritatem legis condendæ,vt habetur cap.translato de cõstitu.& plenè per.S.Thomam de Aquino prima, & 2.Q.104.ita in terminis refert, Imo.d.l.3.co.3.vers.sed tu adde.ff.de testam.ex mente enim theologorũ,iuris diuini leges sunt in triplici differentia,sunt enim ceremoniales, sunt & iudiciales, & morales, priora duo genera, tametsi sint iuris diuini, abierunt tamen successu noui testamenti; quia nec ceremoniis,nec iudicialibus Iudæorum, vtimur; solæ morales in nouo testamento durant, vt sunt decem præcepta,&c.& si instetur prout inquit Paul.de Castro cons.446.col.prima in nou. & aduertit post Imol. Aretin.d.l.tertia col.2.in fine,quòd etiam in.l.noua id approbatum est, cũ ille tex.referatur ab Apostolo ad Gala.cap.4.replicatur secũdũ Aret.quòd Apost.ibi vtitur exemplo allegato propter id, quod figurabat ipsum exemplum,non propter ipsam figuram,& ita, quòd illa verba haberent alium significatum dicit Bald.l.prima quæst.7.C.de sum. trinit.& uerè hoc idem attestatur Apost. ipse ad Gala. cap.3.ibi, quæ sũt per allegoriã dicta. Præterea per aliã viã cõsiderãdũ est posse euitari tex. illum in casu nostro. Nãque ille tex.loquitur stãte filio liberæ,vnde nõ procedet stãte filia liberæ. probatur,est enim materia differẽs apud dictã legẽ inter masculos,& fæminas in successione.patet Numeri cap.27.vbi masculi fæminis præferũtur.at quãdo materia est differens inter masculos,& fæminas in successione, masculinum nõ concipit fæmininũ,

not.Iason.l.siquis num.2.cum sequen.ff.de iurisd.omn.iud.& habetur in.l.hæredes mei §.cum ita.ff.ad Trebell.ergo ille text. loquens in filio liberæ non procedet in filia liberæ,& hæc consideratio potest cōfirmari ex eo quòd in simili specie arguit Signor.cons.184.num.2.vers.quinto, inferens ad propositum quòd diuersa, & maior ratio est legitimādi masculos quàm fæminas,quia masculi legitimati ad publicos honores,& officia aspirabunt,& quia maior dignitas est in sexu masculino,& quia penès iura deterior est conditio fæminarum, vt ibi per eū pulchrè,& sequitur,& corroborat ad rem propositam. Deci. cons.453.num.7.versic. postremò: Confirmatur ista intelligentia per tex.cap.fin.eodem lib.numeri,vbi prohibetur, ne per fæminas bona in alienas familias transferantur. vnde nō immeritò etiā visum vetustati fuit cōstitui iura, vt hæreditates ad masculos confluerent,insti.de legi.agna.succe. §.quòd ad fæminas,hinc Volumnius Saxa.Tribu.pleb.legem tulit,ne quis hæredem mulierem institueret, refert Flor.in epito.Liuii li.41.& lex Voconia lata fuit de mulierū hæreditatibus,cuius meminit Cicero in Oratio.pro Balbo,quam Marcus Cato suasit,vt attestatur idem Cicero libr.de senectute. qua quidem lege sancitū est, ne quis hæredem virginem,vel mulierem faceret,vt refert Cice.Verri.3. quinimò eadem lege sancitum fuit, vt non fæminas modo, sed ne quis census hæredem etiam vnicam relinqueret filiam,teste Pomponio Læto de Ro.legi.ad quæ iura vetera respiciunt hodierna statuta Italiæ excludentia in succesſione fæminas propter masculos. Cum igitur in casu nostro non extaret filius masculus legitimus, sed tantum filia fæmina, absque difficultate legitimatio Mambriani censeri debet mere fauorabilis,& maximè res est sine aliqua difficultate in casu nostro,accedente geminata vltima voluntate patris testantis, summa quadam discretione ratione, ac moderatione disponentis legitimationem fieri nisi casu, quo nasceretur sibi filia fæmina tantùm, condecedenter dotata,iuxta Cur.Sen.cons.16.num.10.versic.quid enim & vers. imò fortius: & num.15.in fi.quæ quidem solet esse iusta causa concedendi legitimationem, secūdum Gozadi.cons.6.nu.83.saltem quando fit in vita patris,vel post mortem ex eius dispositione,Bero.cap.quæ, nume.148.de constit.facit Neuiz.consi.99. numer.18. quæ vltima voluntas & ipsa valde fauorabilis est.l.prima.C.de sacrosan.eccl.& vsq; adeò est fauorabilis, quòd in dubio plus fauetur testamento quàm filio exhæredato,tex.in terminis est mirabilis in.l.si pars, & ibi not. Bal.ff.de inoff.testa.& Cuma. consil.166.circa finem,dicens per illum tex.plus fauendū esse volūtati patris quàm filiabus,& præcipuè,vt conseruetur agnatio,& ordo familiarum iuxta.l.prima.§.publicè.ff.de ven.insp.& ideò iudex studere debet vt volūtas testātis seruetur.l.si qua, & ibi not.Bal.C.fami.hærci.l.his consequenter.§.idemque erit.ff.eo tit.& ibi Flori. not. dicens esse iudici iniunctum, vt non patiatur voluntatem defuncti subuerti, sed potius executioni mandari: hinc illud Augusti suprema voluntas quod mandat fierique iubet, parere necesse est.& Cicer.Philip. secūda ait, in publicis actis nihil lege grauius,in priuatis firmiſsimū est testamentum; & Apost.ipse ad Gala,cap. 3.dicit quòd hominis confirmatum testamentum nemo spernit, aut superordinat; & in terminis, quòd pium sit legitimationem defendere, pro legitimato hærede instituto in testamento paterno cōtra volentes impugnare,dicit signāter Pau.de Cast. cons.85.co.fin.vers.sed in casu nostro; præter id quod dixit generaliter in.d.l.nemo apost.C.de sacrosan.eccles.& esse pium,ac laudabile exequi voluntatem defūcti disponentis bona venire ad legitimatos tradit Barba.consil.34. in fine.libr.2.& stante testamento paterno non parum adducitur ad consulendum pro filiis legitimatis contra filiam fæminam legitimam, Iason consil.68.col.quarta versic. vnde concurrente tàm enixa libro.3.& hæc sufficiant pro comprobanda conclusione præmissa, legiti-

legitimationem ſcilicet hanc Mambriani, de qua in propoſita ſpecie agitur nō odioſam, ſed mere fauorabilem eſſe accipiendam. Quibus ſic præſuppoſitis, nunc deſcendo ad reſponſionem ad allegata pro parte negatiua. igitur circa primum caput ex defectu poteſtatis, non obſtat prima oppoſitio ex defectu iuriſdictionis, ſummatim, & concluſiuè procedendo (vt in ſpecie admonet Paul. de Caſt. conſ. 222. in prin. & conſ. 230. in prin. docens ſuperfluum eſſe ire per argumenta) vera, & cōmunis, vſu que recepta opinio eſt, legitimationem fieri potuiſſe, etiam in iuriſdictione aliena, etiam inter perſonas non ſubditas, quando ſcilicet facta fuit ad inſtantiā patris, hāc ſententiam poſt alios ſequitur Pau. de Caſtr. in conſil. præalleg. eandem opinionem ſenſit Bal. conſ. 37. lib. 2. maximè in legitimatione naturalium tantum, non natorum ex damnato coitu; hanc opinionem communem eſſe conſenſu domini accedente (prout in caſu noſtro mox oſtendetur) atteſtatur, & ſequitur Alexan. conſ. 2. num. 11. lib. 3 in eandem ſententiam inclinat Iaſon conſ. 110. in fine. lib. 4. vbi refert Salicetum dicentem audiuiſſe, quòd ita obtentum fuit; eandem ſententiam ſequitur, ſubſcribendo conſ. Soci. Deci. conſ. 55. num. 7. verſ. & dato quód alia opinio, & conſil. 207. num. 7. & d. conſ. 307. num. 7. verſi. quia ad hoc reſpondetur, & alibi ſæpe; & hanc ſententiam videri magis eſſe cōmuniter approbatam inquit Crotus d. §. quid ſi tantum num. 89. qui licet ſubdat requiri expreſſum conſenſum in huioſmodi prorogatione, allegando conſil. Ancarani (quod quidem dictum videtur eſſe verū ſaltem in delegato iuxta Imo. l. quæro. ff. de ſolu. Alex. l. fin. ff. de iuri. omni iudi.) attamen verè ſufficit tacita prorogatio, ita Calderi. conſ. 3. qui fil. ſint legit. & d. l. fi. & illud de delegato procedit, & loquitur in iuriſdictione contentioſa, prout declarat Ang. d. l. fi. & Imò. d. l. quæro co. prima verſ. contentioſa autem, & ita loquitur Rota deciſ. 380. eandem opinionem tanquā cōmunem, ſequitur ſolenniter Pariſi. conſil. primo num. 6. 8. lib. 2. vbi in hac ciuitate conſuluit, & conſ. 10. num. 118. vbi conſuluit in ciuitate Paduæ, & ita fuit deciſum nouiſsimè in Rot. Roma. per omnes DD. communiorem, & tutiorem opi. eſſe, quòd Imperator in terris eccleſiæ, conſentiente patre, & filio, poteſt non ſubiectum legitimare; vt habetur in Decis. Acchill. num. 175. & in fine ſubdit, quòd omnes doctor. ibi ſupradicti loquūtur etiam quoad bona vbique ſita, quia de nullius præiudicio agitur, & bona poſſent proiici in mare per patrem, & per alias rationes de quibus in ſupradictis locis, & certè non eſt laborandum in re clara, & notoria, ſtante conſuetudine perpetuò obſeruata, & quæ fuit, & eſt in uiridi obſeruantia per totum Illuſtriſ. Dom. Venetorum, quæ habet legitimationes per Imperatorem, vel Comites Palatinos factas in dictis locis, & in ſubditis dicto Illuſtriſsimo Dominio, eſſe validas, & firmas, & ſecundum illarum tenorem, & quò ad perſonas, & quò ad bona fuiſſe iudicatum, & de præſenti iudicari tam in in dictis locis (& præſertim in hac ciuitate, vbi in pluribus caſibus ita fuit iudicatū, & obſeruatum) quàm in ipſa Alma Venetiarum Ciuitate, vbi certè quàmplurimæ nobiliſsimæ, & clariſsimæ familiæ habent huiuſcemodi Imperialia priuilegia, & quotidie eis vtuntur, eſt enim ponderandum quòd priuilegium conceſſum eſt patritio Veneto, & ſic non ad iniuriam Dominii, imò ad eius gratiam, & ſic ceſſat ratio tenentium opinionem contrariam. eſto enim quòd fiat legitimatio de Vicentinis per Comites Palatinos, non propterea deſinunt eſſe ſubditi Illuſtriſsimo Dominio prout conſiderat Præpoſi. cap. per ven. §. primo num. 70. verſi. induco ſimile, cuius minimè intereſt, & quod minimè curat ad quem ipſorum Vicentinorum bona deueniant, mediātibus ipſis legitimationibus & eſt veriſimile quòd ſi alia mens fuiſſet Illuſtriſsimi Dominii, feciſſet legem expreſsā quòd nullus poſsit impetrare priuilegiū, & legitimationem ſine licentia, & prout quādoque doctor. referūt decretū

factum Mediolani, & alibi; res ergo est sine difficultate, stante prædicta consuetudine, & consensu Illustris. Domini quo consensu stante non expedit tractare de præscriptione, & ita consuetudinem ponderat Calde. dicto consil. 3. in prin. Socin. cons. 47. num. 37. lib. 4. & Gozadi. cons. 48. num. 24. & consensum ponderat Alex. d. consil. 2. num. 2. in fine libr. 7. & hoc idem, stante scilicet consensu. D. admittit etiam Iason. dicto cons. 70. & alii sequaces, & clarè Soci. Iun. cons. 142. num. 3. lib. primo, vbi subscripsit consil. Herculani, & Decii consil. 307. in Ciuitate Senensi, nec requiritur consensus expressus. D. sed sufficit non contradictio, ita sensit Paul. de Castro. cons. 340. co. 2. in nou. & Bal. dicto cons. 37. lib. 2. dũ ponderat expressam cõtradictionem Papæ, & hoc probatur etiam ex traditis per Alexand. d. l. fin. num. 8. vers. contrariũ tamen. ff. de iurisd. omnium iudi. vbi habetur quòd sufficit non contradictio iudicis territorii, & sequitur ibi Deci. num. 9. dicens non requiri consensum expressum, sed sufficere non contradictionem, & secundũ præmissa respondit Illustris Alciat. cons. 215. num. 4. versic. vnde videmus in terris Venetorum: & cons. 530. num. 14. & patet ex consil. Ferret. consil. 105. 106. vbi præsupponitur legitimatio filiorum Magnifici Equ. D. Matthæi de Tonso, etiam extantibus filiabus fæminis, nepotibus, licet esset dubitatio quoad feudum decimale, vt ibi per eum; sed quid plura? extat expressa declaratio Excellentissimi consilii Decem, qua cõstat permitti, & tolerari huiusmodi legitimationes vigore priuilegiorũ ab exteris principibus concessorũ, vt habetur ex literis Ducalibus, insertis in volumine statutorũ huius ciuitatis nouè impresso, & ita in specie si priuilegia Comitũ ab Illustris. Venetorũ Dominio fuere cõfirmata admittebat Hierony. Alba. (nũc Cardinalis Illustris. & Reuerendiss.) cõs. 29. nu. 6. ver. nisi priuilegiũ Comitis; & Hieron. Zãch. in repet §. cũ ita. ff. ad Treb. vbi post quàm retulit Cagnol. in. l. fi. nu. 25. ff. de iu. omn. iud. dicentem, quòd benè faciũt Illustriss. DD. Veneti qui legitimationes factas ab Imperatore inuiolabiliter obseruant (quàmuis appareat fuisse sibi contrariũ d. cons. Soci. Iun. 21. lib. 4.) ipse Zanch. subdit nu. 149. in fi. quòd benè etiam faciunt illi, qui ad tollendum dubium priuilegia ab Imperatore sibi concessa à Dominio Venetorum confirmari faciunt; pro quibus Afflict. Decis. 128. ex his patet primam oppositionem nihil penitus valere; Nõ obstat secũda oppositio ex defectu causæ. nã prætermisso, quòd posset dici nõ reperiri quòd legitimatio nõ expressa causa speciali, non valeat, prout attestatur Cor. cons. primo nume. 17. lib. 3. quem refert, & sequitur Gozad. cons. 25. num. 20. Socin. Iuni. consil. 97. num. 32. lib. 2. loquens etiam in dispensatione; prætermisso etiam quòd dici posset (dato quòd opinio contraria vera esset) attamen eã limitari non procedere, quãdo legitimatio facta est ad instantiã patris, quo casu, alia causa non videtur requiri, etiam in Comite Palatino secundum Alex. cons. 188. col. pen. vers. non obstat libr. 5. loquentem etiã stante legitima sobole, & tanquàm limitationem singularem sequitur Ias. §. Diui 2. lectur. num. 6. ff. de leg. primo, & in cons. 40. co. pen. lib. 3. & cõs. 127. num. 6. lib. 4. quam limitationem etiam sequitur Soci. cons. 120. num. 9. lib. 3. Goza. cons. 6. num. 37. 60. loquens etiã stante filia legitima, & Roy. cons. 75. num. 17. lib. 3. & quando pater mandauit legitimari, & Soci. Iu. d. cons. 97. num. 34. lib. 2. & cõs. 93. num. 18. & seq. lib. 3. & tanquam singularem approbat Galiagu. §. quid si tantũ num. 86. versic. & tamen. ff. de lib. & post. & quam limitationem (quicquid olim distinxerit dicto cons. 307.) posteà indistinctè secutus fuit Deci. ipse cons. 698. cuius opinio posterior attendi debet, iuxtà tradita per eũdem cons. 338. num. 7. his in quàm prætermissis respondetur sine aliqua dubitatione, illa enim clausula priuilegii, citatis, & nõ citatis, tollit omnẽ difficultatem: nã stãte tali cõcessione quòd possit fieri legitimatio sine citatione, clarũ est nõ requiri aliquã causæ cognitionẽ in legitimatione

conse-

cōsequentia clara est, & eā expressè facit, & probat Goza.cōs.92.nu.13.uers.item nō citatis, Vall.d.cons.61.in fin.lib.1.sed fac in casu nostro causā requiri, tūc satis cōstat causas affuisse, & expressas esse.nam (præter illā causam, quòd nō habebat filiū masculum, sed solum filiam fæminam, quæ solet esse iusta causa concedendi legitimationem, iux.tradita a Gozad.cons.6,nu.83.præalleg.) illa consideratio huius nobilissimi, & sapientissimi senatoris legitimantis, quòd etiam illigtimè natos nō nūquā uirtutum præmia, ac morum honestas decorant, non ne vera est? certè sic, id, quod infinitis propè exemplis, tum antiquis, tum nouis patere potest. cōstat.n. illegitimos concubitus generasse splendidissimos Heroas, Pontifices, Imperatores, & Reges, ut in sacris literis, illum eundem filium ancillæ, de quo supra mentio facta est, scilicet Hismaelem, cui Deus ipse ore proprio benedixit, Genesis, cap.17. vt Solomonem, & vt in historiis, Herculem, Romulum, Alexandrum Magnum, & plerosque alios, quos longus esset enumerare labor, sufficiet quòd fasciculus tem.cap.3.not. omnes artes, & scientias seculares liberales siue mechanicas, humanæ curiositati deseruientes à filiis Lamech. fuisse inuentas, & sic filii illegitimi primū subtiliores aliis fuerunt ut ibi, & ne exempla longè petamus, non ne in hac nostra legali scientia habemus illegitimè natos (ut fertur) qui tamen fuere uiri eminentissimi? ut Ioa. Andr. Bar. Gratia, cōpilator decreti, vt Ias. & Claud. quos ambos ætate ferè nostra vidimus florētiss. cū aliis similib. cōgestis a Neuiz. et Paleot. (nūc Cardinali Illustriss. et Reuerendiss) & post eos à Tiraq. in tract. de Nobilitate, cap.15.nu.30.& seq. vbi autores citauit, itē illa causa, vt virtutis amore excitatus id redimat, quod ab eo ortus uitiosus ademerat & cōsideratio circa personā Mābriani, nō ne est laudabilis, iusta, honesta & rationabilis? cūita ad inducendā dispensationem super natalibus Sūmus Pōtifex cosideret in cap. innotuit, ibi, morum honestas vitæ virtus, de elect. facit tex. cap. Cenomanens, ibi, electum pro eo quòd filius sacerdotis dicitur si cæteræ virtutes in eo conueniunt non reiicimus, distinct.56. & certè vndecunque nascantur homines, si parentum vitia non sectentur, non sunt abominabiles, semen enim hominis ex qualicunque homine sit, Dei creatura est. inquit tex. cap. sicut 32 quæstio 4. & ita quòd causa virtutis, morum honestas sit iusta, tradit Corn. d. cons.1.nu.17. in fi.lib.3. & in hoc rescipto legitimationis sic orditur Rex Franciæ, teste Rebu. in praxi benefic. cap. de rescripto legitimationis mixto nu.4. sic etiā Papa, apud Nicolaum Vbal. in tract. success. ab intest. in. fi.1.part. & ita fuit decisum nouissimè in Rot. Rom. quòd sufficiat pro causa quòd legitimatus sit bonæ vitæ, conditionis & famæ morigeratus, ut habetur in decis. Put. Tit. qui fil. sine legiti. nu.6. aliàs, 522. vbi alleg. Cor. di. cons.1. cum aliis, & eadem decis. habetur in decis. Mohed. nu.245 vbi plus refertur super illa causa fuisse aliud dubium positum, an supposito quod causæ probatæ sufficiant tamen ex quo Comes in legitimatione considerauit & narrauit alias causas, quæ non probantur, an ex hoc corruat legitimatio, & fuit tentum per maiorē partem quòd ex quo causæ narratæ & nō probatæ, narrātur per Comitē legitimātem, eidem Comiti creditur tanquam personæ publicæ in legitimatione, & quòd sufficiant illæ causæ & sustineatur legitimatio, secus si causæ essent narratæ per legitimatum, vel per patrem; & quod sufficit probare vnam ex pluribus causis narratis; Nec obstat Ancar. & Deci. cons. præalleg. loqūtur enim in infante. at Mābrianus erat iam pubes, quo casu certius deprehendi potest quam quisque uiam uiuendi sit ingressurus, ut habetur apud Cicero. de officiis lib.1.cap. 45. constituendum genus vitæ, ibi, cum primum pubesceret (de Hercule scilicet loquens) quod tempus à natura ad deligendum quam quisque viam &c. Prætereaetiam in infante deprehendi potest ex indole, & ita in specie Barb. ad cons. Ancar. multipliciter respondens,

tradit conſ.34.co.14.lib.2.& quòd attendatur ſpes in hac materia, patet per dictũ Innocentii cap.cum in cunctis col.prima ibi, & ſpes ſit, quòd poſsint proficere,de electio,& ita in ſpecie in bona indole,tradit Gozad.conſ.48.num.12.verſic.4. dicitur; & ſaltem quando fit in vita patris,vel poſt mortem ex eius diſpoſitione,Bero.d. cap.quæ num.148.de conſti.& egregiè tradit Alcia.conſi.205.nu.9. vbi inquit quód in inferiore Principis, ſufficerent boni mores ſpurii,iuncta voluntate patris,vel quã do haberet tantùm vnum legitimum : & conſ.287.nu.12. nec etiam obſtat quòd nõ ſtetur aſſertioni Comitis, quia imò ſtandum eſt aſſertioni Comitis ſicut in ſimili dicunt doctores,quòd creditur iudici,ſecus eſt in priuato,& limitant notata in.l.ſi fortè.ff.de caſtrens.pecu. non procedere in iud.ſed in priuato ita Iaſ.l.ſi donatione nu. 7.verſ.ego vltra alios.C.de colla. quam opinionem eſſe communem atteſtatur Decius ipſe capit.ſi pro debilitate nu.6.de offi.deleg.ſed quòd idem ſit in priuato(prouido,& honeſto viro) vt in caſu noſtro,quòd in iudicio,probatur quia militat eadẽ ratio de qua per Iaſ.loco præalleg.& probatur per tex.cap.niſi,de præben.& ibi notat Abb.optimè ad propoſitum faciunt,quæ de perſonæ excellentia,& gradu,& intellectus elegantia,& bonitate cumulat Roma.§.ſi de viro fallen.prima,& 4.5.ff.ſol. matr.& in ſpecie declarat Decius ipſe cap.quoniam contra num.41.verſ. nõ obſtat, de probat.dum allegat.dictum cap.niſi, & notata ibi per Abb.& in terminis, quòd ſtandum ſit aſſertioni Comitis tradit,& probat Iaſon conſil.4.col.fin.verſ. tertio reſpondetur. lib.3. Gozadin. conſil.6.num.84.& conſil.48. numer.12. & alibi ſæpe.

Non obſtat tertia oppoſitio ex defectu citationis.Nã ſi legitimatio fieri poterat ſine cauſa,vt ſupra affirmatum eſt,ergo neceſſe eſt dicere quòd non requirebatur partis citatio,prout ſupra declaratum eſt,è conuerſo; & breuiter quòd non requiratur citatio filiorum legitimorum in legitimatione facta ad inſtantiam patris,eſt communis,& vera opinio.eam enim ſequitur Bal.poſt Bar.in conſ.173.lib.1.Sard.in tractat. legitima §.6.quæſtio,7.8.Alex.conſ.188.col.3.lib.5.atteſtans eſſe opinio.com. & Socin.conſ.47.nu.41.lib.4.atteſtans eſſe opinio com.& verã,Iaſ.d.conſ.68.col.3.lib.3. & conſ.110.col. pen.lib.4.Decius ipſe conſ.367.num.7.verſi.& iſta eſt com.opinio, Præpoſ.cap.per venerabilem.§.1.nu.27. qui fil.ſin. leg.Crot.§.quid ſi tantũ nu. 70. inquiens quòd ſi caſus contingeret,indubitanter cõſuleret pro iſta opinione,& hãc firmat tanquam veram,& communem Soci.Iun.conſ.93.num.35. lib.3. vbi retractauit ſcripta in d.conſ.142.lib.1.vt ibi per eum : & eandem opi. ſolenniter firmat Marian. eius auus in tract.de citat. artic.7.nume.70.verſic.trigeſimus caſus, vbi loquitur etiam in ſpecie,quãdo pater diſpoſuit,quòd filius legitimaretur;vbi ſubdit prædicta eſſe notanda,quia quotidiè poſsunt contingere in practica; refert, & ſequitur Boeri,deciſ.122.& in caſu noſtro res caret difficultate,ſtante priuilegio quòd poſsit citatis,& non citatis,ita ex doctrina Bart.d.§.quid ſi tantum colligitur : prout aduertit ibi Ias. dicens quòd si Imperator concederet Comiti Palatino poteſtatem legitimandi citatis,& nõ citatis his de quorum præiudicio tractatur,prout ait vidiſſe in pleriſque priuilegiis,tunc valeret legitimatio ſine alicuius citatione, & atteſtatur quòd concluſio Bart. eſt communiter approbata; Et quanquam ipſe Iaſon ibi dubitet,attamen Galiagu.ibi nu.90.firmat,& reſpõdet motiuis Iaſ.qui quidem Iaſ. idem firmat conſil.39.col.fi.verſ.4.non obſt.lib.3.Gozad.d.conſ.6.num.68.& cõſi. 85.num.12.& alibis ſæpe,& Decius cons.624.num.12. Vall.conſil.61. num.53.lib.1. Mant conſil.228.Paris.conſ.55.num.20.lib.3.vbi ait quòd iſta clauſula omnem prorſus tollit obiectionem,& ita fuit nouiſsimè deciſum in Rot. Roma. quòd legitimatio filiorum facta per patrem,etiã extantibus filiis legitimis,valet eis nõ citatis, facta tamen mentione de eis,vt habetur in.d.deciſ.Put.tit.qui fil.ſint legit.nume.4. aliàs

520.& eadẽ decis.habetur in Decis.Mohed.nu.245.quãdo adest clausula,citatis,& nõ citatis,& de legitimatione spurii,quæ dicitur dispensatio,quòd nõ requiratur citatio agnatorũ,habetur in decis.Acchil.nu.171.& Put.loco prealleg.nu.7.aliàs 523. & prædicta procedunt indistinctè etiam quo ad diminuendum legitimã (quicquid dicat Socin.d.§.quid si tantum) ita in specie contra Socinum firmat ibi Roynus, & Gozad.d.cons.6.num.68.&Brunus tracta.succes.ab intest.artic.12.4.quæstio.6.limita.& sequitur Parisius dicto cons.55.num.19. & ita expressè sensit, & declarauit Didac.in Epitome,cap.8.§.nono,num.7.versic.hæc tamen conclusio est intelligenda; vbi etiam numer.8.in fi.declarauit procedere etiam si mortuo patre legitimatio fiat,ex præuia tamen ipsius patris voluntate(vt ibi per eum) & nouissimè contra Soci.tenet Bero.cap.cum venissent num.24.de iudic.vbi egregiè declarat, & refert ita seruasse consulendo & arbitrando; & infert in specie ad priuilegia Comitũ.habentia clausulam, citatis,& non citatis,vt ibi per eũ; & citra præiudicium legitimæ, tradit Alcia.cons.205.num.8.vers.aut loquimur,vbi refert ita vidisse cõmuniter obseruari: nec obstat quòd Princeps non possit tollere citationẽ inter non subditos,quia ad hoc patet responsio ex dictis supra in respõsione ad primam oppositionem, & in specie tradit Paris.d.cons.primo num.81.libr.2. & in specie etiam Gozad.consi.48. num.24.iuncto num. 7.patet igitur quòd legitimare,absque citatione Constantiæ, Comes potuit;voluit etiam,vt apparet expressè ex illa clausula legitimationis (non obstante(ibi,& omnibus aliis iuribus, quæ dicerent quòd venientes ab intestato ad hæreditatem debeant ad legitimationem citari vel requiri) quam voluntatem ponderat etiam Iason cons.127.num.primo in fine lib.4.& Gozad.d.cons.85.nume.12. versi.item hoc voluit Comes. Non obstat quarta oppositio de licentia non cõcessa legitimandi post mortem parentum,auferendo hæreditatem quæsitã aliis.respõdetur enim primo,quòd imò ex lectione priuilegii clarè constat contrarium, dum continuatiuè dicitur,citatis, & non citatis illis, ad quos hæreditas, vel ius aliquod spectare posset ex testamẽto,seu ab intestato,&c.ita in terminis tradit Gozad.d.cõs. 85.Nec etiã ob.Soc.d.cõs.95.quia(prætermisso quòd idẽ Soc.d. §.quid si tantũ nu. 12.vers.& ideo aliàs attentabã facta mentione de dicto cons.dicit illud nõ firmare)respõdetur quòd in casu Socini,clausulæ erãt separatæ, & tractabatur de repetitione, quod nõ est hic,cũ cõtinuatiuè loquatur,præterea adducta in oppositũ possent procedere,quãdo legitimatio fieret mortuis parentibus, sine eorũ ordinatione,at stãte eorum dispositione,& voluntate,prout in casu nostro,res est sine dubitatione, quia tex.est in dicta authent.item sine.C.de nat.lib.& not.per Bar.& alios d.§.quid si tantum,Bermond.in comment.de publ.concub.fol.327.versic.& dicunt doctor.quòd non videtur tutior modus,& fol.329.vers.quòd institutio,quæ purè; & probatur ex traditis solenniter per Royn. cons.74. nume.24.vers.accedit li.3.vbi habetur quòd priuilegium cõcedens legitimationem post mortem,intelligitur etiam post aditam hæreditatem.Cõfirmatur,quia stante ordinatione patris in testamento legitimandi Mambrianum,& eius institutione,dici non potest,quòd mortuo patre,acquisita fuerit Constantiæ hærditas paterna ab intestato.Nam paria sunt nõ adire hæreditatem vel nulliter adire, seu via incompetenti l.2.& ibi notatur.C.de successi.edict.sed donec pendet dubium an testamentum valeat. nunquam potest pendente tali dubio succedi ab intestato.l.quandiu,& ibi Bar.& Ang.C.qui admitti.l.prima. C.de bon. posses.secundum tab.quia quandiù possibile quòd possit hæreditas ex testamento adiri,nunquam potest ab intestato succedi.l.quandiu.la secũda.ff.de acquir. hære. Sed in casu nostro non dicam quòd penderet dubium an posset ex testamento succedi, sed clarè constat Mambrianum legitimatum, & institutum hæredem vniuersalem,

salem,

salem, potuisse ex ipso testamento succedere, vt satim ostendetur ergo, &c.& ita in specie reperio quòd egregiè considerat Iaso.cons.127.col.2.versic.item quòd talis a ditio lib.4. vbi principaliter cōsuluit super pūcto an legitimatio facta post mortem patris ex eius dispositione, qui legitiman.hæredem instituerat, valeret, & præiudicaret ab intestato venientibus, qui hæreditatem ab intestato adierant, quam considerationem post Ias.facit etiam Galiagul.d. §. quid si tantum num.82.versi.imò videtur, vbi ait videri, quòd vbi pater disposuit filium legitimari, agnati non possint interim adire, argumen.l. cum quid.§.quòd dicitur.ff.de acquire. hæred. &.l.3.eodem tit. idem clarè tradit Soci.in.d.l.Gallus. §.instituens num.2.in fine vers.nec obstat, Cotta Memoral.versi.legitimatio spurii; Ex quibus apparent reiecta omnia adducta pro parte negatiua in primo capite ex defectu potestatis; & pro parte affirmatiua facit, quia priuilegium est concessum motu proprio, & sic est magis fauorabile, iuxta nota ta cap.si motu proprio, de probat.lib.6.& est solenne, & solennisimū, vt verbis Baldi vtar consil.173.lib.1.& deniquè quoniā capienda est interpretatio ampliatiua potestatis Comitis, tanquam fauorabilis, vt omnes doctores fatentur in.l.2.ff.de verbo. oblig.vbi loquuntur etiam in priuilegio legitimandi spurios, & sic ex potestate extraordinaria, & tradit Ripa responsorum.li.2.cap.1.nu.6.loquens. in dispensatione.

Venio ad secundum caput ex defectu voluntatis in quo quidem obiectiones facillimè retunduntur. Igitur non obstat prima obiectio quód narratum fuit Comiti, Mambrianum esse naturalem tantùm, respondetur enim quòd capiendo verbū, naturalis, propriè, equidem hodie rarissimi inuenirentur, ideò vsus communis approbauit, quòd naturalis, & bastardus dicatur ille, qui est natus ex soluto, & soluta, vt ex famula, ita Ioan. Andræas in addi.specu.tit.qui filii sint legi.in prin. & idem Ioan. And.cap.cum nisi pridem, pen.co.de renunti.hinc ibi Bal.infert in terminis, quòd natus ex aliqua fanticella etiam extra domum, si legitimatur tanquàm naturalis, valet legitimatio propter generalem consuetudinem loquendi, ita quòd non dicatur obreptum legitimanti, quod dicit esse notabile, & habuisse de facto, & verum dicit. nam ita consuluit ipse Bal.cons.295.lib.2.& cons.406.in vltimis verbis.lib.1.& hoc dictum refert, & sequitur San Seueri.in aut.si qua illustris.col.2.C.ad Orphi. refert etiam, & sequitur Iason in cons.51.lib.3. ex prædictis, & aliis decidens ad propositū quòd institutione filiorum naturalium comprehenditur natus ex soluto, & soluta licet non retenta in schemate concubinæ, sed extra domum, vt ibi latè per eum; & secundum prædictam conclusionem consuluit etiam Socin. consi. 47.numer.46. lib.4. loquens in terminis fortioribus scilicet in spurio; & secundum prædicta subscribendo cons.Socini, consuluit etiam Deci.cons.55.num.4.versic.nec obstat, vbi inquit quòd appellauit eum naturalem eo respectu, quia non erat naturalis, & legitimus, sed naturalis tantum, vt apparet ex verbis quæ sequuntur; Beltran.consil.26. num.6.lib.2.in antiq.& ita etiam consuluit Alcia.consil.530.in fin. & seipsum refert Parerg.li.4.cap.5.in fi.& tradebat Paleot.(nūc Cardinalis Illustris.& Reuerendis.) in lib.de Nothis spuriisque filiis cap.12.nu.8.versic. hodie autem; & habetur in Decis.Rot.Rom.nouiss.Augustin.lib.2.num.9.Præterea aduertendum est, quòd secūdum iura nouissima concubinatus est etiam prohibitus de iure ciuili, prout firmat Ioan.And.in regu.sine culpa de regu.iur.& est opinio magis communis, vt per Feli. cap.cum sit generale co.6.de fo.competen.& sic etiam nati ex concubina dicerentur spurii, quia omnis natus ex prohibito coitu potest dici spurius, Bar.l.fi.ff.de in d.g.Præterea clarè respōdetur, allegata enim in contrariū possent procedere, quando assertum fuisset simpliciter, quòd esset naturalis. at secus est, quando non solum dicitur quòd est naturalis, sed adiungitur, & narratur quòd natus fuit ex soluto, &

soluta.

ſoluta.nam iſto caſu nõ obſtat,dum aſſeritur eſſe naturalem , ſed attendi debet nar-
ratio facti,ſicut in ſimili habetur per doct.l.1.ff.de eden. argum.l.1.C.de form.quod
ſi factum ſit apertè narratũ,& ineptum nomen actionis proponatur, ſolum factũ at-
tenditur,& non vitiatur libellus,ſic in propoſito cũ factum ſit apertè narratum ſcili-
cet eſſe natum ex ſoluto,& ſoluta non attendi debet quòd aſſeratur eſſe naturalem,
ita eleganter declarat in terminis Gozad.in conſ.48.num.24. quæ declaratio eſt de
mente Socini(quamuis non ita explicet)d.conſ.47.num.46.vbi cõſiderat:quòd nõ
tantum aſſertũ fuerat eſſe filiũ naturalem,ſed adiunctũ fuit,& narratũ,quòd erat na
tus ex ſacerdote. Non obſtat ſecũda obiectio,quòd nõ fuerit narratũ explicitè ex
tare Conſtantiã tunc temporis,reſpondetur enim(omiſſo quò Griffol.conſ.2.dixe-
rit videri ſibi in priuilegio legitimationis nõ eſſe neceſſariam mentionem ſeu nomi-
nationem de exiſtentia filiorum quia nulla lege ſecundũ eum cauetur)quòd(niſi ca
uillari velimus)ſatis cõſtat factam mentionem Conſtantiæ tunc extantis,& valet cõ-
ſequentia iuris præſumptione,nata fuit Conſtantia,ergo hodie quoque extat;glo.l.
ſed ſi de ſua,& ibi docto.ff.de acq.hær.glo.l.2. §.ſi dubitetur.ff.quem. teſtam. aperi.
& optimè ad propoſitum tradit Barb.conſ.10.lib.3.& de plano hoc procedit, cũ le-
gitimatus habeat fundatam intentionem,& ſit reus, iuxta not.per Soci.l.ſi inter nu.
8.9.ff.de reb.dub.& valdè in propoſito tradit Alex.conſ.1.num.48.lib.5.vbi reſpõ-
det obiectioni ſubreptionis inueſtituræ factæ ob nõ narrationem quòd filii cuiuſdã
extarent tunc temporis;Præterea tollitur obiectio propter illa verba, quòd admitti
poſſit,& debeat etiam cum filiis legitimis, & naturalibus, ex his enim verbis appa-
ret,Comitem cogitaſſe de filiis legitimis,& naturalibus,ita Paul.de Caſtr. conſ.223.
col.5.verſic.nec dicit etiam ſi extant,loquens per verba cõditionalia,ſequitur Barb.
conſ.49.col.2.lib.4.clarè Cur.Iu.conſ.33.nu.10.verſ.quod ſatis dignoſci poteſt, vbi
cõſuluit in hac ciuitate,& Roy.cõſ.68.nu.4.verſ.quinimo,& cõſ.75.nu.16.li.3. vbi
propriè cõſuluit ſtãtibus filiabus fœminis.Præterea tollitur obiectio ex clauſula,nõ
obſtãtibus omnibus aliis iuribus,quæ dicerent quòd venientes ab inteſtato ad hære
ditatem debeãt ad legitimationem citari,vel requiri , Bal.l.eã quã.C.de fidei.Alex.
cõſ.62.co.3.verſ. dicit tamen Bal.lib.1.& clarè tradit Vall.d.cõſ.61.nu.57.lib.1.nec
obſtat dictũ Alexãd.conſ.60.lib.2. quia ibi loquitur in obreptione,ſecus eſt in ſub-
ptione,vt ſeipsũ declarat;& põderat Gozad.cõſ.2.nu.25.& cõſ.6.nu.72.73.verſic.5.
cõcluſio,& in ſpecie aliter reſpõdet Roy.cõſ.87.nu.15.verſ. nec ob.lib.3.quẽ refert
& ſequitur Soc. Iu.cõſ.93.nu.29.li.3.& præſertim quia hic nõ ſumus ĩ naturali odio
ſo,ac ſpurio,vel alio nato ex reprobato,& damnato coitu,prout cõſiderat Bald.d.l.
eã quã, Alex.& alii ſequaces; deniq; generaliter ceſſat obiectio ex aliis clauſulis ge-
neralibus , de quibus in ſpecie noſtra per Paris.latè cõſ.15.nu.55.cũ ſequen.lib.2.&
egregiè,ac ſolenniter per Soc.Iu.d.cõſ.93.nu.18.verſ.ad primũ reſpõdetur, & ita ſe-
cũdũ prædicta fuit decisũ nouiſsimè in Rot.Rom.quòd licet in priuilegio nõ dice-
retur expreſsè,quòd Comes poſſet legitimare extãtibus filiis legitimis,tamẽ ex quo
in priuilegio erat clauſula,citra præiudiciũ aſcendentiũ,& deſcẽdentiũ,& legitimæ
eis de iure naturæ debitæ;ſufficeret;licet in cõtrariũ allegaretur Alex.d.cõſ.60.vt ha
tur in decis.Put.loco præalleg.nu.5.alias.521.& in alia cauſa eſt ſimilis decis.Acchi.
nu.172.& ex his patet retuſas eſſe obiectiones pro parte negatiua in.2.capite ex defe
ctu volũtatis.reiectis ergo,& cõtuſis cõtrariis,ſtat illeſa,incõcuſſa marmorea conclu
ſio ſcilicet legitimationẽ Mãbriani fuiſſe ſolennem,& validã. Et pro hac parte affir
tiua capienda eſt benigna interpretatio,quia faciẽda eſt sẽper interpretatio,vt actus
valeat.l.quoties.ff.de reb.dubi. tradit in terminis pro legitimatione Iaſo.conſil.68.
libr.3. col.8.verſic.9. & vltimo, & alibi ſæpe.hæc quidem quò ad primum dubium
hactenus. Tranſeo ad ſecundam.Q.in qua videbatur prima fronte dicendum pro

parte negatiua scilicet quòd Mambrianus nō potuerit hæres præsertim vniuersalis, institui, nā licet bastardus possit hæres institui sub conditione si legitimabitur, vel quādo capax fuerit, si legitimatio sequatur etiam post mortem testatoris Alex.l.Gallus §.instituens col.1.2.ibique Ias.num.5.& Soci.nu.2.vers.2.cōclusio, vbi attestatur esse cōmunem opinionem, & eā defendit, distinguendo quatuor casus, vt ibi per eū ponentem quartū casū ad propositū nostrū, & refert, & sequitur Cur.Iun.cons.84. col.2.vers.eādem etiā opinio.attamen si purè instituatur, institutio est nulla, si legitimatio sequatur post mortem testatoris, vt notatur in d.locis. Sed institutio Mābriani fuit pura, licet concesserit postea licentiam se legitimari faciendi, ergo, &c.

Secūdo, esto quòd prædictā cessarent, tamen illud saltem videtur esse clarū scilicet quòd Mambriano plus relinqui nō potuerit, quàm fuerit relictū Cōstantiæ, nā videtur esse iuris dispositio, quòd filio legitimato plus relinqui nō possit quàm filio legitimo, & naturali.l.cōmuniū §.fi.& ibi notat Bal.C.de nat.lib. §.& quoniā varie, in auten.quibus mo.nat.effi.sui, quæ iura, quanquā loquātur in legitimato per oblationem Curiæ, nihilominus videtur, quòd extendi debeant etiā ad legitimatū per rescriptū, ita credit Ang.d.§.& quoniā varie, & sensit Bald.d.l.cōmuniū §.fi.loquens indistinctè, & expressè videtur tradere in cap.per tuas de maio.& obed.refert Alex.l.ex facto §.siquis rogatus col.fi.ff.ad Trebell.Soc.d.§.quid si tantū nu.21. ibique Iason nu.108.Decius cons.393.Royn.cons.83.lib.3.Tiraq.in tract.Primig.Q.34 nu.50.& seq.Appostill.Alex.cons.187.nu.18. etiā si nō super sint nisi filiæ; li.5.Mayner.l.quoties nume. 95.102.ff.de regul.iur. facit quod a suprema Paris.Curia iudicatū fuisse refert Rupell. in Enchirid. iuris Galliæ cap.legitimatio quas clausulas solet continere, vers. idem quoque, scilicet filiā naturalem rescripto Principis à patre impetrato legitimā factā, etiam absque legitimæ, & naturalis alterius filiæ consensu, posse partem virilem successionis paternæ obtinere; Natt.§.ex imperfecto, in 18.Q. nu.103.C.de testam.& Bened.cap.Rayn.vers.&vxorem, nu.205.de testam.Cephal. cōs.117.nu.18.cū aliis sequacib.vulgari.fūdamentū cōclusionis est, quia legitimatio per oblationē Curiæ est fortior legitimatione per rescriptū Ias.post alios i.l.ex facto nu.19.ff.de vulg.& pup. & est fauorabilior d.l.cōmuniū §.fi.ibi, fauen.C.de nat.lib. vt eā allegat Decius dict. cōs.393. ergo si relinqui nō potest plus legitimato per oblationem Curiæ à fortiori nō potest relinqui legitimato per rescriptū; cōfirmatur ista conclusio in casu nostro, quia in priuilegio dicitur, quòd legitimandi possint succedere etiā cū filiis legitimis, & naturalibus, quæ verba videntur importare, quòd legitimatus cū legitimis possit succedere æqualiter nō in plus, dictio enim cū importat portiones æquales.l.siquis Titio, ff.de vsuf.acre, & ita priuilegiū interpretandū esse dicit in specie Bal.d.cap.per tuas, & post alios sequaces, sequitur Deci.d.cōs.393.nu. 2.vbi etiā respōdet illi clausulæ priuilegii, nisi vos, qui tales legitimaueritis, tenuiores forte partes, &c. At his & aliis nō obstātibus partē affirmatiuā iuridicā, & in casu nostro, certè æquissimā censeo amplectendā, scilicet quòd Mābrianus potuerit hæres institui, & quidem vniuersalis, & seruando ordinem obseruatum in præcedenti dubio, hæc pars affirmatiua probatione non indiget. est enim fundata præsumptione iuris, quilibet enim institutus hæres præsumitur esse capax Bald.consil.383.lib.3. Restat itaque defendere hanc partem ab adductis in contrarium, Igitur non obstat primum, quia clara patet responsio, negatur enim quòd institutio Mambriani fuerit nulla tanquam pura, quoniam stante dispositione testantis de legitimatione facienda, nulla est difficultas quin institutio valeat, text.est expressus, dicta authen. item sine.C.de natur. libert. & quanquàm dicta authentic. loquatur quando non adest legitima soboles, attamen procedit, etiam legitima sobole extante quando legitimatio fuit facta etiam legitima sobole extante, prout expressè declarat Sard. §.6

quæstio.

quæstio 15.& ita hanc responsionem tradit formaliter Ias.cons.127.num.7.vers.nec legitimationi postea factæ,iuncto vers.item in d. §. quid si tātū lib.4.& reperio quòd hanc declarationem explicitè tradit Areti.tracta.testam.glo. verbo pupillariter col. 1.vers.sed fortè dictū.doctor.& idem in simili declarat expresse Polit.in tracta. substi.pupil.nume.57.in illo articulo an valeat substitutio pupill.si legitimatio fiat post mortem testatoris,declarat enim valere quādo legitimatio fit post mortem testatoris ex eius dispositione,& voluntate, vt ibi per eum; cuius distinctio veluti pulchrā sequitur ibi Zasi.num.7.vers.quid autem,& denique in terminis quòd institutio nō posit dici nulla ex eo,quia fuerit institutio pura, stante quòd testator ordinauit de legitimatione facienda sensit Gozad.cons.21.num.36.ex quo hic non adest illa conditio si allegaretur incapax,ob quam ipse contrarium tenet, quanquam etiā illo casu vbi adsit illa conditio adhuc loquatur Curt.Iuni.cons.84.præallegato;faciunt ad idem tradita per Clar §.testamentum.Q.31.circa fin.vers.benè verū est: Alcia.d.cōs. 530.num.19. vers. Præterea; ex quibus sublatum est primum fundamentum friuolum adductū in contrariū. Non obstat secundum quòd scilicet saltem plus relinqui non potuerit Mambriano legitimato, quàm Constantiæ,nam iura allegata.d.l. cōmunium §.fi.& d.§.&quoniam variè,loquūtur in legitimato per oblationem Curiæ,& ideo extendi temerè non debent ad legitimatum per rescriptū, materia enim extensionis periculosa est,in qua Aret.insti.de iure Nat.§.ius autē ciuile col.15.vers. ex quibus,inquit videri non posse dari certam doctrinam,nisi quòd stetur prout reperitur decisum;& certè semper fui,& sum in præsentia huius sententiæ,quòd nulla ratione extendi posint dicta iura de legitimato per oblationem Curiæ ad legitimatū per rescriptum, & in primis me valde mouent multiplices differentiæ quæ extāt inter ipsū legitimatū per oblationē Curiæ,& per rescriptū, de quibus per Ang.cōs. 17.& vltra eum;alia est differentia,quia non reperitur iure legitimatum per oblationem Curiæ appellari restitutum primæ naturæ,& antiquæ ingenuitati prout in legitimato per Principem,& ideo legitimatus per oblationem Curiæ non dicitur verè, sed fictè legitimus.Sard.§.superest vers.5.quæritur,Præpositus cap. per tuas co.fin. nu.28.qui fi.sūt legi.Alia etiā est differentia,quia legitimatio per oblationem Curiæ nō retrotrahitur.ita Roy.l.Gallus §.instituens;aliam differentiā post Ange.Rom.& Deciū refert Tiraq.l.si vnquam vers.donatione num.306.versic.alios verò.C.de reuoc.donat.sed his differentiis prætermisis, extāt in specie differentiæ inter ipsos in materia propria succedendi, ille enim legitimatus per oblationemCuriæ habet suū modū separatū succedendi,dictū est Azon.in sūma,quòd refert,& sequitur Ang.d. cons.17.& in authen.itaque.C.comm.de succes.vbi ponit modū diuersū succedendi,& in fi.subdit esse notāda bene ea,quæ ibi dixit,quia nūquā sensit tātū laborē instudendo in illa materia prout illo die: & quoad legitimatū per oblationem Curiæ se remittit simpliciter Cor.ibi nu.5.in fi.idē dicit Bar.in tract.succes.ab.intest.col.1. vers.in legitimatis verò in seruitute Curiæ alius modus seruatur;& patet.nā legitimatus per oblationem Curiæ nō fit omnibus agnatus,& cognatus,nec omnibus succedit,sed patri tātū d.l.cōmuniū,& §.filiū,quibus mo.na.effi.sui,at legitimatus per rescriptū fit omnibus agnatus,& cognatus ita Ang.d.cōs.17.Pau.de Cast.cōs.227.co. 3.Alex.cōs.139.co.2.lib.1.attestās hāc esse cōmunem opinionem; refert, & sequitur Deci.l.certū nu.5.C.vnde legi,& d.cōs.307.circa finem,idē tradit Barb.cōs.68.col. pen.li.4.item patet.nā pater tenetur relinquere legitimato per oblat. Curiæ saltem vntias nouē suæ substātiæ,nō extātibus legitimis §.siquisautē legitimos,in auten.qui bus modis nat.effi.sui.at secus est in legitimato per rescriptū,cui pater nō tenetur relinquere vltra legitimā, & sic ūtias quatuor,cū igitur nō reperiatur parificatio inter

legitimatũ per oblationẽ Curiæ, & per rescriptũ in materia successionis, sed imò expressa est differentia, ergo non potest inferri de legitimato per oblationẽ Curiæ ad legitimatum per rescriptum, modus enim destruendi argumentum à simili est probare dissimilitudinem in illo actu, ad quem fit collatio not. Abb. cap. constitutus in 3. notab. de appel. & pulchrè Iason. l. creditori. ff. de op. no. dum concludit, ad tollendam consequentiã sufficere dare instantiam scilicet in illa materia, in qua arguitur. hinc Mathesi. in tracta. extensio. cõsiderat, an casus sint parificati in illa materia, de qua agitur, refert, & commendat Ias. in aut. quas actiones nu. 19. 23. C. de sacros. eccle. & inst. de actionibus §. ex maleficiis nu. 43. cessat itaque illa ratio in proposito scilicet quòd legitimatio per oblationem Curiæ sit fortior, & latior legitimatione per rescriptũ, quia & si illa sit fortior in aliquibus. attamen in aliquibus non est fortior, ut per Tiraq. d. l. si vnquam vers. donatione nu. 321. C. de reu. don. & in plurimis aliis est debilior, & quòd legitimatio per obl. Curiæ non habeat tantum ius quãtum legitimatio per rescriptum, clarè dicit Royn. d. §. instituens, quid plura? quòd non ualeat argumentum etiam à fortiori, cum successiones non sint conformes, probatur optimè ex traditis per Aret. inst. de serui. cogna. dum saluãdo opinionem Ioannis, de qua per glo. ibi vers. in alterius, dicit nõ obstare auten. defũcto. C. ad Tertul. vbi frater admittitur cum patre ergo fortius uidebatur cum patrono. dicit enim & respondet quòd illæ successiones ingenuorum, & libertinorum non sunt conformes, ut ibi per eum, illa uero ratio quòd legitimatio per oblationem Curiæ sit fauorabilior, nil ualet, tum quia tex. d. l. communium, allega. per Deci. non dicit prout eum allegat, quòd sit fauorabilior sed simpliciter quòd fauendum est Curiæ, tum quia etiam legitimatio per rescriptũ est fauorabilis (præsertim in casu nostro prout superius fuit ostensum) præterea omnes istæ rationes, quòd legitimatio per oblationem Curiæ sit fortior. latior, & fauorabilior esto quòd essent ueræ, retorquerentur. nam in aliquibus iura magis fauent legitimato per oblationem Curiæ, quàm legitimato per rescriptum, tanto iustius fuit contra eam statuere illud quòd sibi plus relinqui non posit quàm filio legitimo, argumento leg. eum qui. ff. de iure iu. ita in specie circa tex. d §. quoniam uarie, dum loquitur de beneficio abstinendi denegato legitimato per oblationem Curiæ, considerat Alex. d. l. necessariis nu. 12. concludens post Bald. d. cap. per tuas quòd. d. §. & quoniam uarie, denegãs abstensionem legitimato per oblationem Curiæ non extenditur ad legitimatum per rescriptũ, & tradit Crot. §. & quid si tantum nu. 62. & idem uidetur admittere cons. 100. dum admittit illam distinctionem inter successionem ab intest. & ex testam. stãte hac cõclusione quòd ille tex. dum denegat abstensionem, nõ extendatur ad legitimatũ per rescriptum, equidem mirum (uel potius aliquid monstri est) dicere, quòd ille idem tex. dum denegat plus posse reliqui legitimato per oblationem Curiæ, extendatur tamen ad legitimatum per rescriptum, & maximè quia maioris importantiæ videtur esse denegatio abstinendi propter onera hæreditaria, ad quæ filius inuitus obligatur, quàm prohibitio plus reliquendi, & ideo non sine causa Iason in l. 1. nu. 31. vers. inuenio. C. quãdo nõ pet. par ualde admiratur de Ang. dũ illũ tex. d. §. quoniam uariè, uario modo intelligit. quòd autem tex. d. §. quoniã uarie, dum denegat abstensionẽ nõ extendatur ad legitimatũ per rescriptũ, vltra Alex. firmat etiã Aret. d. l. necessariis col. 3. & Decius d. l. certũ nu. 5. prædlleg. & de dicto Angel dubitabat Nicol. Vbal. in tract. de success. ab intest. nu. 78. ver. quòd si esset verũ; & ex his cõstat sublatas esse rationes eorũ, qui tenent dispositionẽ dictorũ iuriũ denegãtiũ plus posse relinqui legitimato per obl. Curiæ extẽdi ad legitimatũ per rescriptũ & sic coruit eorũ intẽtio. & ideo stat hæc pars affirmatiua pro legitimato per rescriptũ, quæ satis

dis ex se ipsa constat, & nihilominus ex abundāti potest corroborari ex rationibus, quæ adducuntur per doctores infra allegandos, tenentes hanc partem pro legitimato per rescriptum, & vltra eos, videtur, quòd pro ista parte sit tex. expressus in §. reliqui, & §. quapropter in authentic. quibus mo. natu. effic. sui, ita inducendo. Nam clarum est quòd in dicto §. reliqui, intelligitur cōprehensus modus legitimandi per subsequens matrimonium, vt apparet ex. §. §. sequentibus. cōprehensus est etiam modus legitimandi per rescriptum, vt apparet similiter ex §. §. sequentibus, sed clarum est quòd ille tex. dicto §. quoniam varie, non procedit in legitimato per subsequens matrimonium secundū Angelum ibi, & omnes, ergo nec in legitimato per rescriptum, vt d §. reliqui, æqualiter determinet, iuxtà l. iam hoc iure. ff. de vulga. & pupil. & ita reperi postea Rodor. Xuar. in repet. l. quoniā prioribus in 12. limit. fol. 384. C. de inoffic. testam. vbi cōtra dictum Ang. & Bal. latè instat, inquiens famosum verbum esse, si fundam. non caruisset, & quòd sibi non videtur tutum illud affirmare, & considerauit aliqua ex suprascriptis, subdens, quòd ista in puncto iuris iustiora videntur, maximè ne legitimatio monstruosa censeatur, vt ibi per eum, qui tamen in fi. indecisum reliquit; Sed hanc partem sequuntur affirmatè etiam quamplurimi docto. & in primis hanc opinionem, quòd posit plus relinqui filio legitimato per rescriptum, quàm filio legitimo, clarè sensit idem Angelus d. consi. 17 & Paul. de Castro d. §. quid si tantum col. penult. vers. si autem fuit facta mentio, dum dicit quòd pater potest filio legitimato per rescriptum in testamento relinquere dūmodo legitimam filiorum legitimorum non minuat, & ita ad hoc eum allegat Decius d. cons. 393. num. 3. vers. & ideò iuncto num. 9. versi. non obstat, sequitur Aret. col. 15. versi. nec ob. refert Soci. consi. 41. nu. 5. vers. & ita videtur tenere; lib. 3. subdens quod sequūtur ibi plerique moderni; & idem Paul. clarè in cōs. 85. circa finem ver. nec obstat. in antiq. Et idem tenet Anan. cōs. 20. in 4. quæst. vers. Præterea, & in 4. co. vers. Aliud, & Capra cons. 157. circa finem; Idem clarissimè tenuit Alex. cōs. 187. num. 9 versi. tunc dicti legitimati succederent, & num. 14. versic. si autem superuenirent, ibi, condito testamento, in quo legitimatis relinquat quicquid ipse voluerit salua tamen semper remanente legitima, &c. li. 5. & clarius tradit, & præsupponit in addit. Bar. l. si ita. ff. de hæred. instit. idem consuluit Ias. cons. 156. col. 3 versic. & illam exceptionem, lib. 4. vbi expresè refert consil. Alex. præalleg. & illo casu Roy. consil. 100. 108. lib. 3. Idem sensit Imo. cap. nisi cum pridem, versic. personæ, de renunti. vbi vult quòd doctrina Bar. §. & quid si tantum, procedat etiam existente alio filio, quia poterat pater, relicta legitima, alios instituere, & sic sentit apertè, quòd pater posit relinquere filio legitimato, salua legitima filii legitimi. Et Imolā refert, & sequitur Soci. consil. 246. col. 4. versic. istam partem sensit lib. 2. & in d §. quid si tantum num. 21. vbi Soci. etiam hanc partem sensit, Roy. consil. 106. num. 7. libr. 3. & Oliuer. instit. de grad. cognat. cap. de success. ab intest. num. 65. versic. & ideo quia illis præiudicatur saltem quoad legitimam; Rebuff. in praxi benef. tit. de rescripto legitimationis mixto, numer. 14. versic. dummodo legitima relicta fuerit legitimis; Sed expresè hanc opinionem signanter firmat Aretin. dicto §. quid si tantum col. penult. versic. quinimò, vbi expresè reprobat dictum Angeli d. §. & quoniam varie, dicens, quòd illud dictum Angeli nimis exorbitat à regulis iuris, quæ volunt quòd in præiudiciū filiorum pater posit relinquere extraneo substantiam suam, salua legitima. l. cū quæritur. l. parentibus. C. de inoffi. testam. propter quā cōsiderationem Cremens. in singul. 51. reliquit cogitandum, & corroboratur dictum Areti. nam secundum magis veras conclusiones, in exorbitantibus non est licita extensio, etiam ex maioritate rationis, ita Ias. in rubr. ff. de re iudic. num. 2. versi. & regula est quòd in exorbitantibus

nō est licita extensio, idem Ias.l.si cōstante num.72.versi.fac regulā.ff.sol matr. Confirmatur quia dato quòd in exorbitantibus,& limitatoriis esset licita extensio, tamē id limitatur non procedere, quando iura exorbitantia & limitatoria sunt inuenta principaliter fauore certarum personarum, quia non debent extendi ad alias personas, ita Aret.institut. de iure nat. §. Ius autē ciuile co.13.uers.& tūc aut iura limitātia siue exorbitantia, vt ibi per eum. at si rectè inspiciatur, equidem iura d.l.cōmunium §.fi.& §.& quoniam variè, fuere inducta principaliter fauore Curiarum; vt apparet d. §.fi.ibi fauendum est curiis ciuitatum, & ita expressè ad hoc not.ibi Bal.& facit tex.l.quoniam desideria C.eodem tit.dum obuiat fraudibus, quæ possent fieri cōtra curias, magnificenda est autem autoritas Aretini, fuit enim maximus textualis, & tantus uir quòd illa ætate (qua tamen florebat Alex.Marianus Soci.Andræas Barb.) nemo maior, nec excellentior fuit, teste Natt.Clemen.sæpe §. nō sic tamen co.25. & teste Soci.cōs.93.lib.4.ubi ait quòd cum doctrina, subtilitate,& bona cōscientia cæteros suæ ætatis antecellat, non dubitat eius sententiam amplecti, & alibi de eo dicit, quòd raro aut nunquàm fallitur; eandem opinionem sensit Sard.cap de legitimationis per rescriptum effectu .Q.5.vbi inquit, quòd filiis legitimis, & naturalibus institutis in legitima saltem, tunc legitimatus institutus admittitur, nec dicetur legitimationem filiis præiudicare, sed ipse testator est, qui præiudicat, quia estò quòd iste non fuisset legitimatus potuit eis præiudicare instituendo alium pro parte: iunctis traditis per eundem Sard. cap. de legitimatione per Curiæ oblationem; in 5. Q. quem refert & commendat Cæpoll.cōs.vltimo .nu. 21.vers.postremò reperio quendam solennem doctor, sed eandem opinio. expresè & solenniter firmat Rosell. co. pen. vbi egregiè declarans dicit, quòd opinio contraria procederet in eo, qui impetrauerit simplicem collatiuam legitimationem, secus autem si legitimatio restituit pristinæ naturæ (sicut in casu nostro,) quia tunc de eo simpliciter est dicendum, prout de quolibet alio legitimè nato, ut ibi per eum; hæ profectò binæ autoritates sufficerent, cum autores ipsi hanc legitimationis disputauerint materiam, notum est enim illud, suæ quenque artis optimum esse autorem; hinc .Q. Scæuola clarissimus legem uates. & certissimus, quotiescunque de iure prædiatorio consulebatur, ad Furium,& Caselium, quia huic scientiæ dediti erant, cōsultores reiiciebat, ab his negotium aptius explicari posse consitendo, qui quotidiano eius vsu callebant, & idem quòd Rosell.tradit Præposi.cap. per tuas, nu.28.qui fil.sint.leg. ibique Zoch.hanc partem etiam exprsè sequebatur ille Catalanus mirabilis, & singularis vir relatus per Roma.d.l. necessariis; in eam inclinat etiam Lauden. in tracta. nu. 164. vers. ratiò est; sed secundum hanc opinio. expressè pluries consuluit Roy.cons.161.nu.25.lib.2,vbi contra filiam dotatam,& cons.67.nu.15.cons.68. nu.5.cons.75.circa fin; cons.91.nu.3.cons.93.co.fin.lib.3.& alibi sæpe,& Gozad.cōs. 6.nu. 77.& nouissimè Soci Iun .cons.142.nu.40. vers. si quidem & in alio lib.1. vbi alleg.Aret.d.§.quid si tantum,& præsupponit pro claro etiā consi.93.nu.66.vers.vel secundo & clarè respondetur lib.3.& interminis cōsuluit Vicentiæ pro legitimato contra filiam dotatam Mant.cons.20.& clarè præsuponit Bero.d. cap.cum uenissent nu.24.de iudic.dū inquit valere legitimation sine citatione, quoad diminuendā legitimam & quòad alia bona paterna vltra legitimam iure naturæ debitam, ut ibi per eum,& idem sensit Marian.Soci.d.tract.de citatione, loco præalelg.vers.excepta legitima; denique reperio quòd hanc quoque sequitur sententiam Brun.tracta. success.ab intestato 12. arti. quarta quæst.ibi enim quærit an filia fæmina excludatur per filium masculum legitimatum, & primo arguit quòd non, & inter alia alleg.tex d. §. quoniam varie; & Bal.d.cap.per tuas,& sequaces, & tamen eis non obstantibus

de cedit

decidit contrariũ, & certè omnes illi, qui tenent illam opin. quòd filia femina excludatur ab intestato per filiũ legitimatum (secundũ quam Ias.in.l.cum acutissimi C.de fideicom. refert ita bis consuluisse,& quòd ita fuit iudicatum,)clarè sentiunt hanc partem quòd legitimato plus relinqui possit, succedens enim ab intestato censetur tacite institutus,l.conficiuntur,in prin.ff.de iure codicil.ibi, quoniã creditur pater familias sponte sua his relinquere legitimam hæreditatem, & ibi not.Bal. nõ tamen illiqui tenent illã alterã opinionem scilicet quòd nõ excludatur,oppugnãt hanc partem,quia non infertur ex illa opinione,quòd ex testamento excludere nõ possit,potentius enim operatur exclusio expressa ex testamento, ut in specie inquit Pau. de Castro cons.221.in prin.ibi fortius ex testamento quia melioris, &c.& ad hoc propositum tradit Alcia.d.cons.530.in fi.sed in terminis pro hac parte nostra respondit signanter cons.307.nu.1.vers ex quibus uerbis concludo: & certè etiam omnes illi,qui tenuerunt illã opinio. quòd legitimatus præferatur secundo genito in primogenitura clarè senserũt hanc partem ut per Ioa: Andr. in cap. sine culpa,de regul. iur.vbi expresè inter alia argumenta pro & contra considerat exclusionem legitimi in totum. & quòd non possit relinqui plus legitimato per.d §. quoniam uarie,& quamuis ipse in sol.Q. teneat partem pro legitimo, subdit, tremulus propter autoritatem, & reuerentiam illorum, qui tenuerunt contrarium, ut ibi per eum:approbantem tamen illã opi.non simpliciter,sed cum certa determinatione, & pro legitimato etiã per rescriptũ ante natiuitatem secũdo geniti tenuit singulariter Bal.l.eã quã.nu.44.C.de fideic. refert., extendit sequitur tãquã bellissimum Laud.in tract.primog.q.34 cum aliis similib.allegat.à Cirier.in tract.de primog. Q. 13.lib,1.nu. 19.vbi tamen nullam mentionem fecit de Mar.Laud.sicut etiã non fecit Tiraq. deprimig.q.34. & Didac. in epitom.4. decretal.2.p.cap.8 §.2.nu.21 in fi. & Decis Bal.refert,& sequitur simpliciter Cephal cõs.278 num.21. & ex his omnibus luculentè cõstat hãc opinionem fultã esse quãplurimis authoritatibus,quæ quidem præferendæ sunt authoritatibus,quæ in cõtrariũ adducuntur,nam Ang.d.§.& quoniam variè loquitur sine lege,& ratione, sed ex credulitate sui capitis tantùm, quo casu sibi parum credendum est.doctori enim etiam sancto credendum est quatenus ratione probabili,vel canonica authoritate moueatur,iuxta tex.aureum cap.ego solis,distinct.nona.Præterea illa ratio,per quã excipit casum legitimati per matrimoniũ militat etiam in legitimato per rescriptum. etenim etiã legitimato per rescriptũ verè restituitur ius legitimorum, & ab initio censetur fuisse legitimus, nam(prætermissa illa disputatione,an legitimatus per rescriptum dicatur verè legitimus,in qua Furtun.d §.quid si tantum num.371.& sequen.concludit quòd sic,vt ibi per eũ pari ficantem expresè in hoc legitimatum per matrimonium,& per rescriptum iuribus ibi per eum allegatis,& sic de directo contra Ange.) saltem negari non potest respectu successionis,quòd legitimatus per rescriptum, censeatur fuisse ab initio legitimus, nã text.d §.reliqui dicit clarè quòd dat habere successiones illas quas habent hi, qui ab initio legitimi sunt.Præterea Decius d.consil.393. dũ Angelum sequitur, confundit ipsum alia ratione, in quantũ Decius dicit quòd talis legitimatio Curiæ æquiparatur legitimationi, quæ fit per matrimonium, quod subsequitur, allegat §.fi.instit. de nuptiis.ergo si uera esset ista æquiparatio, confunditur Ang.qui in d. §.quoniam varie, facit differentiam inter prædictas legitimationes; denique vltra quòd ipse Ang.vario modo intellexerit tex.d.d §.& quoniam varie in .d §. de qua varietate valde admiratur Iason loco prælegato.idem Ang.varius fuit etiã in hoc scilicet quia consulendo contratium sensit, ui patet d.cons.17.& clarè cons.350.col pen vers.sed si pater alium filium: refert Cot.Memoral.vers.legitimatio spurii, sed

an ex

an ex tali legitimatione minuatur legitima filiorum legitimorum: vbi fortius attestatur, cum casus in facto contigisset, ventum fuisse in hanc sententiam per aliquos solennes doctor. quod simpliciter & absolutè legitimatio a patre facta minuat legitimam secus si esset facta sine præiudicio legitimorum, vt ibi per eum, qui præsupponit omni casu saltem nō minuta legitima legitimatum admitti, in residuo; ut ibi; & idem præsupponit apertè Didac. Var. Resolut. lib. 2. cap vltimo circa fi. vers. Quinto libet; Bal. autem d. l. cōmunium §. fi. intelligi debet secundum illam legem, ex qua elicit illud notabile; at in d. cap. per tuas, si intelligatur residere in ea opinio quòd tex. d §. & quoniam variè, procedat in legitimato per rescriptum profectò loquitur, prout Ang. sine lege, & ratione, vnde illud dictum Alex. l. quòd meo co. 3: vers. Bal. etiā in commento suo. ff. de acqui. poss. vbi dicit quòd Bal. in lectura decretalium dicit multa mirabilia, & singularia sine legibus, & rationibus, sed certè Bal. rectè intellectus residet in hac opinione, quòd ille tex. nō loquatur in omni genere legitimationis, sed in ea quæ fit per oblationem Curiæ, patet, dū subdit, (vel ibi non loquitur) ex his enim verbis censetur residere in hac vltima opinione iuxta notata per eūdem Bal. in auten. ex testamento co. 1. in fi, vers. ex quo vltimo. C. de colla. præsertim, cū pro prima opinione nullas rationes adducat, quod pōderat glo. d. l. qui filiū. §. Sabinus, ibi, & rationes plures reddentis, pro qua prima opinione opus erat adducere rationem, cū tractetur de extensione, & ita quòd Bal. resideat in hac opin. vltima dicit Gozad. d. cons. 6. num. 7. vers. & ita tenet Bal. & sensit etiam ita Roy. cōsiliis præalleg. Alex. autem in. l. sed. si. §. patronum. ff. de in ius vo. licet referat simpliciter dictum Bal. d. cap. per tuas, & sequi videatur, attamen in d §. si quis rogatus, subdit se non ponere pro cōstanti, & in. d. l. necessariis residere videtur in hac vltima opinione, & ita eum allegat Gozad. & Roy. præallega. consi. Præterea hanc partem expressè tenuit idem Alex. cōs. 187. præalleg. & in. d. addit. Bar. l. si ita. ff. de hær. inst. Soc. verò d. §. & quid si tantum, quamuis & ipse ibi dictum Bal. simpliciter cōmemoret, nihilominus d. cons. 246. col. 4. contrarium sensit, dū allegat Imolam d. cap. nisi pridem, & cōsiderat legitimationem non nocere quò ad legitimā filiorū, & pōderat Cott. d. vers. legitimatio spurii; Iason itidem quanquàm d §. quid si tantū trāseat cum dicto Bal. in cons. tamen. 68. col. fi. vers. non ob. 6. aliter sensit, respondendo dicto tex. d §. & quoniam varie, vt per eum. ibi vers. quòd istud nō potest, sed clarius loquitur in d. cons. 156. lib. 4. At Roy. cons. 82. præalleg. est verū quòd sequitur illā opinionem Ang. sed hanc partem postea secutus est pluries, vt in consiliis præallegatis, & sic eius authoritas, vel non obstat iuxta legem, qui falso, vel varia. ff. de probat. vel si attendi debet eius opinio, attendetur posterior, iuxta Deci. cōs. præalleg. & maximè quia eti āita tenuit in lectura. l. Gallus §. instituens, nu. 3. vers. aduerte tamen. ff. de lib. & posthu. Sed quid dicendum de authoritate Decii d. cons. 393? vbi dixit illam esse opi. cōmun. quem in hoc dicto refert simpliciter Zuchar. l. posthumo nu. 44. vers. quinimò nullus, & nu. 57. 58. C. de bon. poss. con. tab. certè (pace cinerū suorū) nimis negligenter (contra morem suū) hoc in loco loquutus est; solùm enim alleg. Bal. Ang. Alex. Soci. Cur. & Ias. qui tamen patiuntur contrarietates, de quib. supra, at nullam mentionem fecit de illis, qui tenent opin. contrariā; fecit mentionem tantùm de Paul. de Cast. d. §. quid si tantùm, profectò si vltra Pau. de Cas. vidisset, vel commemorasset tot alios, non ita enuntiasset: Et aduertendum est, quòd contrariū in eodem casu Decii Bononiæ consuluit Gozad. & quidem solenniter d. cons. 6. vt apparet ex discursu consilii, & maximè num. 16. vbi fit mentio de illa secunda legitimatione facta per D. Agamenonem de Grasis; & illo casu etiam cum Gozad. cōtra Deci. cōsuluit Roy. cons. 87. li. 3. quinimò plus est aduertendū, quòd ipsemet Deci.

videtur fuisse in hoc sibi contrarius, consf.307.circa finem vbi consuluit in illo eodem casu, quo Socin.Iuni.dicto consil.142.libr.primo,& expresse Socin.Iunio.ibi facit mentionem de Herculan. & Decio: & idem sensit in dicta.l.certum numer.6. versic. vnde concludendo.C.vnd.leg. & idem præsupposuit expresse consil.610.in princ. circa illam clausulam sine præiudicio, &c. & Capyc.decis.22.quem refert, & nouissime sequitur Didac.in Epitome.2.p.capit.8. §.decimo num.1.2.vbi in specie refert differentiam inter legitimatum per oblationem Curiæ, & per rescriptum. Sit igitur conclusio perspicua opinionem illam, quòd text.dicto. §.& quoniam variè, extendatur ad legitimatum per rescriptum, nulla lege nulla ratione esse fundatam, nec communiter esse approbatam, imò penitus frequentiori calculo esse reprobatam, vt ex præmissis, & inferius adducendis luculentè apparet: Non ob. illud, quòd priuilegium in illis verbis, possint etiam succedere etiam cum filiis legitimis, videatur esse intelligendum, vt concedat tantùm, quòd legitimatus possit succedere æqualiter non in plus, Curt. Iunio.consil.32. Vicentiæ; & Grat.consil.65.numer.54.libr.primo Zuchard.dicta.l.posthumo, numer. 58. cum aliis vulgarib. respondetur enim, quòd imò per illa verba non prohibetur, quin possit ex testamento plus relinqui ipsi legitimato, capi enim non debet interpretatio per quam restringatur facultas legitimandi Grat. consil.63. libr. secundo, & breuiter sic in terminis fortiorib. decidit Pau. de Castro dicto §. & quid si tantum, & clarius dicto consil.85.præsupposito, in antiq.in fine, vbi loquitur in priuilegio dicente, quòd per legitimationem non fieret præiudicium legitimis, & naturalib. quominus æqualiter succederent, dicit enim Paul.quòd debet intelligi scilicet ab intestato, secus quando factum est testamentum in quo pater potest facere filios inæquales, dummodo nullum eorum fraudet legitima quam potestatem non creditur Princeps voluisse patri tollere per dicta verba, & Paul de Castro in dd.locis refert, sequitur Cepoll.consil.vltimo numer. 19. & tenebant illi alii, de quibus per Bald.consil.67.versi.alii tamen dicunt lib.primo in antiq. Curt.Senio.consil.73.numer.8. licet subdat aliud esse in illo suo priuilegio, in quo aderant verba, quouis modo, &c. Et ita pro legitimato instituto hærede vniuersali contra filiam institutam in certa quantitate consuluit expresse Cuman. consil.117. nec aliter sensisse videtur Fulgos.consil.65.numer.2. & seq.& consil.16.numer.2.versic.tum quia facto testamento non poterat: & nouissimè idem expressim tradit Alciat.dicto consil.307.numer.2. versic. nec ob clausula, idem declarat Royn. dicto consil.68. numer.6.versic. Non ob. vbi (in legitimatione tamen) ponderat verbum (& aliis venientib. ab intestato) subiunctum illis verbis (cum filiis legitimis, & naturalibus) prout formaliter in priuilegio nostro habetur; & sic singulariter in puncto pro legitimato contra filiam consuluit in illo consil. quod totum videndum est: Et similia verba ponderat idem Royn. consil.75.numer.21.versic. secundo, libr.3. Ex quib. tollitur obiectio, si fortè fieret scilicet, quòd propter illa verba præcedentia (& ad successionem bonorum ex testamento, vel ab intestato) illud verbum, succedere, subsequens etiam intelligatur ex testamento; nam, & illa verba præcedebant in casu Royn. dicto consil.68.& ita, quód possit referri ad præcedens verbum proximius (ab intestato) tradit in specie circa illam clausulam (sine præiudicio, Corn. consil. 93. numer. 9.versic. insuper, & numer.29. libr.2. maximè quia in nostro priuilegio orationes sunt separatæ, & perfectæ, vt apparet ex lectione priuilegii, vnde cessat obiectio, si fortè fieret ex Socin. consi.212.penul.col. versic.atque etiam, vbi loquitur de eadem oratione, & ponderauit expresse Royn. consil.87.nu.2.versic.atque etiam lib.3. Sed quid plura? nos intelligimus, & volu-

mus, quòd adsit in effectu illud verbum, quòd possit succedere ex testamento etiã cum filiis legitimis, quamuis enim concedatur facultas succedendi etiam ex testamento etiam cum filiis legitimis, non tamen prohibetur in plus succedere, si in majori parte in testamento instituatur, quia huiusmodi verba (quæ sunt prolata ad augumentum non debent operari diminutionem, & non est verisimile, quòd Princeps voluerit legitimatũ esse ex testamẽto deterioris cõditionis, quàm sit extraneus, ita singulariter tradit Roy. d. cons. 75. nu. 21. circa fi. vers. per hãc clausulã; & d. cõs. 68. nu. 6. vers. nõ ob. vbi tamen nõ meminit Paul. de Castro d. cõsi. 85. in fi. & ita etiã sensit Bal. cons. 100. in fi. cons. 55. in fi. lib. 2 in antiq. & pro illa consideratione de verbis prolatis ad augumentũ facit Socin. dicto consil. 212. circa fi. vers. quæ cũ sint prolata ad diminutionem, & Bolognin. consil. 58. numer. 31. versic. Præterea, & Royn. etiam consil. 84. numer. 2. libr. 3. Et in similibus verbis, æqualiter cum aliis fratribus, signanter ad propositum tradit Alciat. consil. 429. numer. 2. versic. & quia illa verba, æqualiter cum aliis fratribus; Facit ad propositum in fortioribus terminis, quòd in illa clausula, sine præiudicium venientium ab intestato, vel legitimorum hæredum, non intelligitur restricta facultas relinquendi ex testamento, iuxta comm. intelligentiam, vt attestatur Deci. consil. 610. & alibi sæpe: & admittit Corn. dicto consil. 93. numer. 29. in distinctione, libr. 2. Paris. consil. 14. numer. 44. lib. 2. Felyn. capit. cum olim, col. penulti. de re iud. cum aliis præalleg. & quanquàm Fulgos. voluerit intelligere, quòd non plus relinquatur legitimato, reprobatur tamen intelligentia Fulgos. vt per Royn. dicto consil. 87. numer. 20. 23. lib. tertio Didac. dicto §. decimo. quod tamen verbum (sine præiudicio, &c. & quominus ad æquales portiones, &c.) non adest in nostro priuilegio: Præterea, quòd imò hoc priuilegium sit intelligendum, vt expresse concedat legitimandum posse plus capere, patet ex illa clausul. (nisi vos, &c.) Grat. dicto consil. 63. numer. 27. libr. primo; ponderandum est etiam verbum, aut eos aliter, &c. prout ponderat Deci. dicto consil. 393. numer. 3. versic. secundo, qui tametsi postea conetur respondere, non sese extricauit, quia verè sensus repugnat: vnde non est mirum si in illo casu Gozadin. consuluit cum Royn. contrarium, & ita Bononiæ fuisse iudicatum refert in fin. dicto consi. 6. & in simili de verbo, aliter, &c. consuluit Alcia. consi. 202. numer. 11. & seq. & ita hanc clausulam in specie ad hoc ponderauit Royn. dicto consil. 67. circa fine versic. secundo, libr. 3. Et ex hoc etiam insurgit alia clara responsio ad dict. §. quoniam variè, nam cessat dispositio illius text. in proposito ex quo Princeps concessit potestatem, quòd legitimatus possit plus capere cum clausulis derogatoriis reiteratis; & Comes sequendo potestatem sibi concessam legitimauit Mambrianum ad hæreditatem sibi ex testamento paterno relictam, prout solenniter considerat Royn. consil. præalleg. & idem egregiè consil. 87. num. 23. versi. Nec isto casu loquitur Bald. & idem dicto cons. 68. num. 6. versic. Præterea (vbi singulariter in puncto nostro consulendo) ponderauit, quòd cum sit concessa potestas legitimandi cum facultate succedendi ex testamento, & ab intestato, ac si essent natus de legitimo matrimonio, derogando omnibus legib. cõtrariis, potuit legitimato plus relinqui, quàm filiæ legitimæ, & ad text. dicto §. quoniã variè, etiam si haberet locum in legitimato per rescriptum, censetur derogatum, ex quo d. text. sub rubrica qui. mo. na. effic. sui, continetur, vt ibi per eum subdentem quòd ista est etiam clara responsio iudicio suo; pro quo ponderandum est signanter, quòd in themate dicti consil. Alexan. 187. libr. 5. Summus Ponti. legitimauerat, vt succedere posset ex testamento etiam stantib. legitimis absque tamen illorum in legitima de iure naturæ eis debita præiudicio, non obstantibus, &c. & ita etiam

Summ. Pontif. legitimauit expresse in casu Bolognin dicto cōsil.58.& similis clausula priuilegii refertur in dicta decisio.Rot.Roma.Put.tit. qui fil.sint legit.nume.5. faciūt tradita à Mysing.obseruat.35.cent.prima & in dicta.q.de primogenito admittit Franc.dicto cap.sine culpa,numer.5.versic.nisi aliter per eū exprimeretur,& clarè præsupposit Cephal. dicto consil.117.num.18.Alciat. consil.205.num.8.&. cons. 213.dum salua legitima, &c. Sed in specie, quando priuilegium concedit contra dictū §.& quoniam variè,idem loquitur consil.255.num.4.versic.sed difficultatem facit in nostro casu: Sed nimius videor,seraque coronide longus esse liber,(vt apud illum) quare ex his tandem huic articulo quotidiano, non trito, ideòque paulò acutius, & penitius inspiciendo, coronide imposita, luce illustrius apparet hanc esse iuridicam, & verissimam conclusionem Mambriano scilicet legitimato potuisse plus relinqui, quàm Constantiæ filiæ legitimæ, & ista opinio præter id, quod est iuridica, est etiam æqua (quicquid enuntiauerit Decius dicto consil.393. in vltimis verbis) cum pro hac parte militet volūtas patris testātis iuxta tex.dicta.l.si pars, & alia præallegata, & ita pro legitimato voluntatem patris considerat Decius ipse consil.576.in fine, & quòd ista opinio sit fauorabilis,licet agatur de præiudicio prolis legitimæ, corroboratur ex traditis per Paul. dicta.l.Gallus.§.quid si is.circa finem vers.sed ego habui,vbi inquit quòd tex.fin.C.de nat.lib.prohibens patrem relinquere nepoti ex filio naturali stante prole legitima,non procedit in auia,quia lex illa est odiosa, ex quo restringit libertatem testanti, cui libertati fauendum est, cuius sententiam ab impugnatione Aret.defendit efficaciter ibi Roy.& præsertim ista conclusio amplectenda est in casu nostro ex circunstantiis, maximè ea attenta quòd secundum ea quæ proponuntur, dicta Constantia fuit instituta hæres pro dimidia à Mambriano hærede, vt supra in bonis paternis instituto,& sic in effectu dicta Constantia redacta est ad æquales portiones,quinimò ipsa habet etiam in hæreditate paterna amplam dotem ducatorū mille,& quingentorum,&c.ex premissis igitur duæ stant conclusiones comprobatæ;prima legitimationem Mambriani fuisse solennem & validā:secūda Mābrianū potuisse hæredem institui & quidem vniuersalem.

Viso ac diligenter perspecto suprascripto responso,& cōsilio Excellentissimi.D. Frācisci de Marzariis, copiosissimo quidem, atque elegantissimo, puto secū dum ea, quæ in facto proposita per eum sunt, iustissimam, & æquitati congruam, & secundum terminos, & certas conclusiones iuris firmatam esse conclusionem per eum propositam, secundum quam profiteor me quoque iudicaturum, si casus occurreret, & quanquam posset etiam conclusio ipsa aliquibus comprobari tamen quia in idem omnia caderent, ne frustra membranas occupem, in suprascriptam sententiam me cogit amplissima legitimatio facta in personam Mambriani, ex amplissimo priuilegio legitimanti concesso, per quam certum est ipsum potuisse legitimari, vt esset capax successionis tam ex testamento, quàm ab intestato.

Quòd enim talis legitimatio ex prriuilegio Cæsaris potuerit fieri in personam alienæ iurisdictioni subditam certè sunt communes conclusiones supra in consilio adductæ, & quo ad bona alienæ iurisdictioni supposita, præcipuè cum sic consuetudine, & de facto ipsas obseruari sub hoc Illustrissimo Dom. notorium sit. Cum enim legitimationes sint voluntariæ iurisdictionis, vt per Bald.in.l.prima.C.de eman.lib.& not.in capit.per venerabilem qui fil.sint legitit.vbi Anton.de But.col.4. & Ale.col.3. Signorol.consil.221.factum sic se habet col.5. & Cuma. consi. 168. Reuerendus pater col.pe.Rosell.in tracta.de legit.2.libello col.4. debent ergo facilius extendi quàm ea,quæ sūt cōtentiosæ,iuxta not.peromnes in.l.fi.ff.de iur.omni iud.

sed certũ est quòd iurisdictio etiam cõtentiosa potest extra territorium inter nõ subditos exerceri, si per consuetudinem hoc sit approbatum, vt ex text.in cap. vt litigantes in fin.de offic.ord.in vi,& hoc reputat valde not.Bald.in cap.1.de testi. cog. per tex.in.l.3.§.fi.ff.de testi.& sequitur Ias.in d.l.fin.de iur.omni iud.in 12.limitatio. ergo à fortiori ex consuetudine poterit exerceri voluntaria per prædicta. de consuetudine autem notoriè constat sub hoc Illustrissimo Dominio, vt attestatur D. meus Paris.in cons.adducto per D.consulentem,primo,præsens legitimatio num.15.cõs. 10.aduersus num.124.2.volum.cuius (cum fuerit excellentissimus vir,& Cardinalis) assertioni standũ est,iuxta doctri.Bar.in.l.de quibus in repet.col.11.vers.4. principaliter,& quanquam Alex.in.l.post dotem col. pen.ff.solu.matr. dicat hoc dictũ Bar.reprobari,& contra eum etiam concludit Aret.cons.132. in causa quæ vertitur, & Ias.in d.l.de quibus col.pen.tamen d.opi.Bart.communiter est approbata, & secundum eam consuluit Cuma.cõs.57.monasterium in fi.cum multis concor.adductis per Deci.cons.420.quæritur in fi.3.vol. vbi dicit hanc esse cõmunem. Præterea cum sit generalis cõsuetudo sic à memoria hominum seruata ,quòd nullus sub hoc felicissimo Dominio reperitur legitimatus,nisi ex priuilegio Cæsaris,vel summi Põtificis,talis consuetudo non indiget alia probatione,vt Bal.dicit in.l.si fugitiui col.1. C.de seru.fugi.quia in notoria cõsuetudine iudex supplere potest,vt not.Bal.in.l.filiusfami.§.veterani col.2.vers.item potest supplere.ff.de procur.in autent. iubemus in 4.not.C.de iudi.Bar.in.l.Iulia in fin.ff.de testib.cum similib.vt per Alex.cons.14 viso processu in.5.volum.& vlterius facile probari potest ex inspectione multorum instrumentorum cõtinentium tales legitimationes inter subditos ditioni Venetæ, & ex inspectione plurium sententiarum pro talibus legitimationibus latarum,quas ego multas vidi tum Venetiis,tum in aliis ciuitatibus subditis huic inuictissimo Dominio,& etiam memini aliquoties me secundum eas iudicasse dũ fui assessor, & Paduæ,& Vicentiæ,& Veronæ,& pluries obtinuisse dum essem aduocatus,& Vtini,& Venetiis,ex quorum instrumentorum,& sententiarum lectione satis probaretur cõsuetudo, vt per Bal.in.l.1.col.vltima vers. sed hic quæro.C.ad Velle.& in.l.cũ aliis. C.de iur deli.& Ang.cons.140.statutũ col.2.ideo ab iis,quæ longo tempore sic sunt obseruata, minimè est recedendum.l.minimè.l.si de interpretatione.ff.de legi.& à tali antiqua pratica non est recedendũ inquit Bal.in.l.illud,per illum text.ff.de exc.tu.& in simili consuluit Petr.de Anch.consil.177. visis versic. quinto allegatur consuetudo,& facit tex.in cap.cũ dilectus de consue.& c.vltimo 41.di. maximè cum ex hoc capite nulla sit memoria quòd aliqua legitimatio fuerit ab hoc Illustris. Dom. aut eius magistratibus annullata, quo casu habet vires priuilegii.l.hoc iure §.ductus aquæ.ff.de aqua.quoti.& æsti.& not.in cap. superquibusdam de verb.sign. Præterea multum me mouit ad concurrendum in sententiam.D.consulentis statutum Vicentinũ siue pars capta in Magnifico cons.Vicentino,& approbata per Illustrissimũ Do.quæ est registrata in libro statutorum sub rubrica,contra assertos Comites, qua cautum,& dispositum est,quòd Vicentini habentes priuilegium comitatus à Principibus externis non possunt illud exercere præterquam in creandis notariis,& legitimandis illegitimis.ex quibus decretis duo colliguntur, quæ iudicio meo tollunt omnem difficultatem præsentis obiectionis, primum quòd per consilium Vicentinum declaratum est tales habentes authoritatem legitimãdi à Principibus externis posse tales actus exercere in ipsos Vicentinos, & tamen certum est quòd statutum ciuitatis potest quo ad suos ciues facere quem legitimum,& approbare legitimationes alias inualidas, vt per Bald.in.l.1.C.de iur.aur.an. & Bart. in.l.non ambigitur in fin.ff.de legib. maximè quo ad bona sita in territorio suo, vt per Bart.& Bal.in.l.

cõmu-

cōmunium.C.de nat.lib.& Bart.in.l.cunctos populos in 7.quæst.C.de summa trin. & fid.cath.& tenuit etiam Ang.cons.17.Comes Brandisius col.2.versic.hodie vero, & Barb.cons.34.præclare optimus 2. volum.col.2.ergo cum tales legitimationes factæ ab iis Comitibus sint approbatæ per consiliū Vicentinum,non video quomodo à ciuibus Vicentinis ex hoc capitè impugnari posint.Secūdo colligitur quòd cum serenissimū Dominū expresè similiter approbauerit tales legitimationes, ex quo cōcedunt quòd talesComites habentes potestatem legitimandi à Principibus exter nis,posint hos actus exercere in sua ditione,censetur etiam voluisse quòd legitima tiones ab his factæ teneant,& suum sortiantur effectum,nā qui cōcedit antecedens, videtur concedere etiam omnem legitimum effectum,ex eo cōsequentem,sine quo talis concesio foret inutilis.l.1.§.1.ff.si vsufr.pet.l.vt§.qui hab.& ibi Paul.ff.serui. rust.præ.l.refectionis gratia, & ibi glo.ff.d.com.præ.not.omnes.l.2.ff.de iurisd. omni iud.& iu.l.2.§.inspectio.ff.queadm.testa.ape.l.qui procuratorem dat.ff.de procurato.cap.Præterea de offic.deleg.cum ergo habeatur in istis legitimationibus cō sensus summi Principis,consensus populi,& in hac legitimatione concurrat etiā cō sensus patris,non video quid certè iuridicè opponi posit: Non obstat quòd non fuerit inserta causa,quia vltra dicta per D.consulentem, dico quòd satis dicitur interuenisse causæ cognitio, ex quo in legitimatione dicitur, & apposita est clausula (ex certa scientia) ita pulchrè Abb.in cap.pastoralis §.præterea de offic.deleg.& in specie Curt.Se.cons.49.memo.recolend.col.22.vers.13.dicunt;item nō obstat,quia priuilegio legitimationis constat datam esse facultatem ipsi legitimandi, citatis, & non citatis,quo casu tollitur omnis causæ cognitio,quod fieri potuit,vt(vltra Goza di.alleg.per.D.consultorem)in terminis tradit Lud.de Sard. in tractatu legit.num. 117.& in terminis etiam ità respondet Socin.cons.63.3.vol. & Curt.cons.16.col.8.& seq.& cons.seq.& cons.65 col.7.Præterea satis apparet de legitima causa,ex quo testator ille nullum alium habebat masculum, & ideo pro conseruatione familiæ suæ voluit ipsum legitimari, & licet haberet fæminā,tamen ex forma statuti excludebatur per masculos,sicut ergo in statuto excludente fæminas fauor familiæ est legitima causa,vt valeat,vt notant omnes in.l.maximū vitium.C.de lib præt.ita erit etiam in legitimatione, & in terminis istam causam in legitimatione approbat Ioa.And.in additionibus ad Specul.in tit.de succesionibus ab intest.§.1.versi.item scias,& But. in cap.per venerabilem,qui filii sint legitimi,per tex.in §.siquis ergo in authē.quib. mo.nat.effi.sui.& constat legitimatos pro legitimis haberi, & comprehendi in statuto de masc.legitimis excludentibus fæminas.l.generaliter in prin.C.de insti. & substit.Bal.in.l.cum acutisimi col.7.in.l.eam quam 10.col.C.de fideicomm.Cur.cōsi. 13.prima.col.Bal.cons.102.4.vol.Bologn.cons.57.Paul. de Castr.cons.26.& consil. 252.& latis.moderni Astēs.in tract.de stat.excludentibus fæminas. Nō obstat etiā defectus citationis aduersariæ,quia vltra dicta per D.cōsult. quando constat principem voluisse præiudicare omnibus tunc præiudicat,etiam si non sint citati, vt vltra supra deducta tenuit etiam Lud.de Sard.in tractalegitimationis in tertia parte principali in ter.art.quæstio.8.& plenè Alex.cons.2.primo vol.nume.42.cū plu. seq.vbi comprobat istam opin.pluribus mediis;& latè etiam Soci.cons.251.2. vol.col.10 13. & 14.versic nec huic conclusioni,& versi.confirmatur,& versic.ex quibus, & versic. secūda ratio,& cons.226.col.2.eodem vol.& cons.120.num.8.10.14.& fi.3.volum.& cons.171.numer.6.eod.vol.quod autem in casu nostro voluerit præiudicare,& non citatis cōstat clarè ex clausula illa aperta citatis,& non citatis,vt considerauit D.cōsulens,sed & ex illa alia vltra eum,ex certa scientia,quæ tollit,& excludit citatio.secundum Inno.in cap.nisi pridem de renunt. & habetur in cap.cum olim de re iud.

& in terminis per Alex.in conſ.2.& Curt.Sen.conſ.65.num.10.& Cur.Iun. conſ.152 num.21.in fi.& 22. Item idem etiã probatur ex illa clauſula de plenitudine poteſtatis, per quam excluditur citatio, vt per Alex.conſ.16.col.1.& conſ.30. 3.col.5.volum. & d.conſ.2.in.1.& Soci.conſ.63. & Deci. conſ.191.num.6.7.& conſ.269.num.10.in fi.& conſ.373.num.7.8.9. & conſ.390.numer.16.& conſ.1.inter conſ.40.num.9.10.

Ex quibus omnibus, & aliis doctiſsimè deductis per ſuam Excellent.cõcurro pedibus manibuſque (vt aiunt) in ipſius.D.conſulentis opin.& ſententiam,& quia vt dixi puto illã iuri,& iuſtitiæ conſonam ideo me ſubſcripſi in fidem, & ſolito ſigillo muniui.Ego Tiberius Decianus Iur.C.Vtinenſis,& in florentiſsimo Gymnaſio Patauino iuris ciuilis ordinarius interpres ſaluo ſemper, &c.

CLariſsimũ.D.Iacobũ Corneliũ Comitem Palatinũ Cæſareum potuiſſe legitimare Mambrianum Illuſtriſsimo Dominio Veneto ſubiectũ,& ideo huiusmodi legitimationem iuſtam,ac numeris omnibus abſolutã cenſeri debere, ita doctè atque copiosè, & eleganter reſpõſum fuit ab Excellentiſsimo D.Franciſco Marzario Vicentino.I.C.mihi.vti fratre honorãdo.& præſtantiſsimo D.Deciano cõprobatũ, vt nulli prorſus additioni locus eſſe videatur.Incõcuſsã enim cõcluſionem eſſe probatum fuit, Comitem ipſum Palatinum Cæſaris actũ atque legitimandi facultatem etiam in dictione Illuſtriſsimi Do.Veneti exercere poſſe; vt concludunt Iaſon.Paris.& Soci.Iun.in conſiliis ſuperius adductis,quia non agitur de diminutione dictionis huius inclyti Dominii,quinimò ipſo iubente,ac non ſolum tacitè, ſed etiam expreſsè cõſentiente,vt ſuperius deductum fuit facultas hæc exercetur,vt teſtatur Cagnol. vltra adductos in conſil. ſuperius allegatis in leg.fi.ff.de iuriſd. iud.num.24. 25.verſ.benè igitur faciunt, vbi probat aſſertionem Reuerendiſs. Paris.d.cõſ.primo num.15.&d.conſ.10.num.124.in 2.vol.à qua ſanè ſententia nec Laurentius Silua.in terminis propoſiti caſus diſcrepare videtur cõſ.45.nu.51.verſ.de qua tamen in præſenti caſu nõ apparet,& Mar.Iun.idem innuere videtur ſiquis ſingularem deciſionis illius rationem intueatur in conſ.126.num.3.vol.num.22. quam quidem concluſionem eò lubentius ſequendã arbitror quia legitimationis ipſius natura fauorabilis ſit & idcirco interpretatione iuuanda.l.fi.ff.de conſt.princ.vbi doctores, & cap.cũ dilecti de dona.& Bar.Ang.Imo.Alex.& Ias.in.l.2.ff.de verb. oblig. in princ.& Anch. conſ.428.circa primũ,& Alex.conſ.188.perſpectis verbis co.pen.in.5.Deciſ.cõſ.76 Grat.conſ.73.nu.8.& 9.in primo.Nã,& principis donũ actus legitimandi cenſetur vt docuit Ripa.in cap.ad aures libr.2.reſponſ.nume.36.& lib.3.reſponſ.l. ſi vnquàm C.de reuoc.donat. numer.419. & Socin. in conſil.95.numer.43. & numer.83.in.3. volum.& præſertim cum ad patris volũtatem legitimatio facta proponitur data facultate, (& nõ citatis quorum intereſt,) de validitate illius atque efficacia ambigere prorſus abſurdum videtur D.Mantua conſil.227.numer.1. & Socin.Iunio.in conſi. 93.in tertio.nume.58. Ex quibus, & pluribus aliis copiosè, ſubtiliter, & eleganter adductis in conſil. & comprobatione, non poſſum non idem ſentire aduersus D. Conſtantiam, præſertim actricem, pronuntiandum eſſe.l.fauorabiliores.ff.de regul.iur.vbi Deci.& Cagnol.plures adducunt, & cap.cum partium de regu.iur.in 6.vbi Albe.Dyn.Ancar.& Dom.Mantua, & dixi poſt Aretin. Barba.Felin. Paris. Deci.Beroum in cap.in præſentia de probat. Quare propria manu subscripſi ſolitoque ſigillo ſubſignandum curaui,ego quoque Iacobus Philippus Portius.I.C. Forocor.in florentiſsimo Patauino Gymnaſio Pontificii iuris profeſſor ſaluo ſemper Saniori iudicio,&c. Laus Deo.

IN eandem sententiam quoque concurro ego Marcus Mantua Bona uidius Pa-tauinus Iur.C.&.ll.interpres minimus,ac Comes Palatinus,pro qua etiã ſæpe cõsului, de ſimplici ſubſcriptione requiſitus,ſaniore iudicio ſemper ſaluo & in fidem me ſuſubſcripſi ſolito etiam ſigill o ſubſignaui

Subſcripſerunt etiam D.Torniell. ſubtiliſsimè,Gribaldus elegantiſsimè,aliique cõplures; & præter ſupraſcriptam ſubſcriptionem Portii breuem, Portius ipſe, rem altius exordiendo, & plenius attingendo primũ dudium, exarauit ſuper eo copioſiſsimum conſilium,quod extat inter alia ſua conſilia,nu.105.prout admonui candidos lectores in Epitome.d.Q.30.

X

Pro Illuſtri Com. Iulio Seſsio.

IN EPITOME. Q. XLIX. LXV.

MEMINI aliàs legere cõſilium Mag. Equ.& conſummatiſsimi iuriscõſulti.D.Ferdinãdi de Thiennis,qui more ſolito, & ſubtiliter, & copioſè demõſtrabat purificatum fuiſſe Com. Azo.Seſsii fideicommiſ-ſũ. & mihi quidem videbatur pro indubia veritate reſpõdiſſe; exhibita tamẽ fuere dubia,ex veteri inſtituto,quæ omnia idem .D. Ferdinandus adeò diſtinctè reſoluit, vt nullam amplius apud quemuis, etiam Arceſilaũ reliquiſſe dubitationẽ videretur; At candidiſsimus Fuſcus,quem & ſi nunquam viderim,attamẽ propter ſcientiam & probitatem allicior ad diligendum, & verendũ nõ ceſſat dubia iterare;Sed(ni nodũ in ſcyrpo quæramus) ſine dubitatione fideico. Com.Azo.fuit purificatum:Nam dimiſſa illa diſputatione,an fuerit fideic.inductũ ſimpliciter;conſtat clariſsimè ex capite cõtrafactionis fuiſſe verificatum,cum Com. Fran. Iuni.hæredem inſtituerit matrem: at opponitur non intelligi contrafactum, cum inſtituerit hæredem ſucceſſurum ab inteſt.iuxta.l.cum pater.§.cum inter,cum ibi not.ff.de leg.2. oppoſitio iſta reſoluitur,nam præſuppoſita vera, & communi illa opinione,equidẽ in caſu præſenti ſumus extra eam,ea etenim opinio habet multiplices limitationes,de quibus per Hiſpan. in Repeti §. diui, nu.54. & inter alias vna eſt, quando adſunt verba vniuerſalia,& geminata,vt,aliquo modo uel quoquo modo,prout in caſu noſtro, ibi, ad aliquem actum,vel quoquo modo, ita ſolenniter poſt Bar.tradit Areti.in .l.venter co.14.uerſ.dicamus ergo:& in.l. Pantonius §. rei,co.2.verſ.dic ergo,ff.de acqui.hered.refert & ſequitur Deci.cõſ.23.nu.4.uerſ.& in terminis.& in conſ.481.nu.7.verſ.vel ſecundo:ſed ita etiam (licet de Areti. mentionem non faciat) tradit Soci.conſ.251.co.4. verſ. cofirmatur; lib.2.& inter conſi. Curt.ſeni.con.40.nu.17.uer. & maxime: Alexandrin.conſ.1. in.fi. & conſi.53.co.2. verſ.& cum in dicto:Paris.conſ.22.nu.55.lib.3.Hyspan.d.§. Diui.nu.156. Ripa nu. 99.& denique ibi Illuſtris Alciatus (ille acerrimus, ac exactiſsi mus opinionum examinator & cenſor,)hanc ſententiam probauit,pro qua opinione bene facit tex.iuncta glo.l.quidam teſtamẽto.ff.de fidei.libert:hæc profectò ſola reſponſio ſufficeret;

Sed præterea.res eſt clariſsima in caſu præſenti vbi teſtator expreſsè prohibuit etiam inſtitutionem hæredum,niſi naciturorum ex ſuis filiis maſculis, deſcendentibusque (eſto quod per hæc verba non eſſet inductumfideic. ſimpliciter, in quo tamen reperio in terminis contrarium expreſsè decidere Pau.de Caſ.conſ.352.Ad primum;in tertio quæſito,iũcto thæmate, in antiq.)ita tradit Soci.d.conſ.40.nu.16.17

referunt pro singulari limitatione, ac sequuntur Hyspan.d.§. Diui.num.161. conferunt tradita per Ias. consil.189.lib.2.& per Opizon.d.§. Diui, col.pen.vers.idem etiā crederem, & versic. Præterea: sed in terminis etiam adduco Capram.consi.163.col.2. vers.nec ob.quòd illa eidem ab intestato. Paris.d.cons.22.num.54. & declarat Rip. d.§. Diui, num.97.vers.tertio, & sensit Didac.cap. Raynaldus, num.9.vers.quorum sententia, de testam.quibus stantibus (prætermissis aliis limitationibus, vt pote non necessariis) cessat illa difficultas an mater sit de familia, quia & si esset de familia, tamen non est de descendentibus testantis: Præterea in matre præcise loquuntur Deci.& Alexandri.præallegati, sed nō expedit insistere, ex prædictis. At opponitur, Com.Franc.Iuni.non fuisse honoratum, & grauari non potuisse.l.ab eo.C.de fideicomm.oppositio ista clare etiam resoluitur, nam dimissa illa disputatione an grauati censeantur vocati, in qua Ripa in.l.1.num.11.in fi.C.de pact.refert secundum opi. Bar.consuluisse, & ita fuisse iudicatum; & dimissis omnibus aliis, quæ circa hoc abū de scripta fuere per Magnif.D.Ferdinandum, & quæ ego adduxi super fideicōmisso Com.Franc.Senio.(a quibus tamen in illo casu non recedo;) dico, quòd sumus extra difficultatem in casu præsenti, quoniam grauamen est reale, & in rem scriptū, vt patet ibi (,quòd iurisdictio, &c. non possint vendi, &c.) ad hoc omissis generalibus, adduco tex.l.peto.§.fratre, ibi, ne domus alienaretur, & ibi, nec tamē.ff.de leg. 2.& declarat ibi Bar.num.4. Alex.d.§. Diui, nu.25.vers. quod intelligo: ibique Hyspan.num.494. Crott.num.127.vers.aliquando, & tertio; Ripa.num.108.& denique explicitè tradit Alciatus.d.§.fratre inquiens, quod subiicit text.petit ne domus alienaretur, indicat, verba prohibitionis impersonaliter profferri, & ideo in rē esse, vnde aduersus præceptū fieri, quisquis ex familia alienauerit, hincque infra dico, si domus ad exterū quemque peruenit, fideicommisso locum esse; vt ibi per eum: & clarius super versic.quòd si cautio, inquientem, quòd verba tex. indicant fideicommissū soli primo hæredi haud quaquam iniunctum fuisse, sed singulis respectu sequentis in gradu, vt ille grauatus censeatur, penès quem bona reperiuntur, & ideo solutione superiori facta, ille est liberatus, & sequens censetur grauatus, respectu proximioris casu, quo contrafaciat: declarat etiam Fulgos.cons.116.num.1.vers.rectius tamen: & formaliter hanc oppositionem ita resoluit Paris.consil.1.num.43.48. vers. prout etiam lib.3.& hæc quidem quoad caput prohibitionis alienationis hactenus.

Quoad autem caput institutionis, & substitutionis, licet non opus sit insistere, stātibus prædictis, nihilominus adhuc ex coniecturata voluntate testantis, clarè cōstat locum esse fideicōmisso ex abunde scriptis super fideicommisso Com. Francisci ad quæ me remitto; nec obstat oppositio, quòd Com.Franc.Iun.non fuerit honoratus, & grauari non potuerit.d.l.ab eo: nā ex plurimis iam scriptis ista oppositio fuit funditus resoluta; & non opus est insistere super ablatiuis absolutis, qua tamen in re cōstat veritatem esse, ex ipsis induci dispositionem, ita si rectè perspiciatur, residet Alexan.d.cons.184.col.7.versic.octauo in fi.tradit Corn.l.1.C.de condi.inser. sed idem clarè tradit Cepol.cons.49.num.12.vers.quia respōdeo: denique Ripa in.l.in quartam num.72.ff.ad.l.falcid.hoc idem sequitur, referens respondisse in quæstione facti, vt ibi per eum: & nouissimè hoc idem sequitur Socin.Iun.consil.4.num.8.libr.1. Et non opus est pariter insistere an fuerit inductum fideicōmissum, ex doctri.Socin. d.§.cum ita col.2.vers.primus casus est; in quo tamen constat illam doctrin.Soci.nō militare, cum ex præmissis constet Com.Franc.Iunio. fuisse vocatum; prout ita solenniter illam doctrin.excutiendo declarat Cur.Iuni. cons.43.num.6. & consil.139. num.18. Ripa d.§.cum ita, num.29.vers.si teneamus; quinimò simpliciter, quòd inducatur fideicommissum reciprocum etiam in positis in conditione, tradit Paul.de Castro

Castro consil. 398.super primo, col.2.versic.tertio,& ultimo; in nou. Sed quid ego hæc pluribus verbis quasi de re obscura aut dubia disputo? iam ex aliis præmissis luce illustrius apparet fuisse purificatum fideicommissum ex euidentissima & expressa voluntate & dispositione testantis quæ cauillanda non est; Firmata itaque ac retenta hac manifestissima cõclusione locum esse fideicommisso Com. Azo. purificato; & aggrediendo ad detractiones, fatendum est detrahi posse legitimam ex persona Com.Franc.Senior.compensatis tamen de iure compensandis,vt in consilio Magnifici D. Ferdinandi: Trebellianica verò nequaquam detrahenda est, prout latè deduxit Magnif.D.Ferdinand.istam enim opinionem affirmatiuam scilicet, quòd posit prohiberi etiam in filiis primi gradus ego quoque semper sequutus sum: & prætermisis in præsentia omnibus his, quæ latè adduci solent; negari non potest propter conflictum argumentorum, & pugnam opinionum, maximè controuersi iuris articulum hunc esse, vt inquit Alciatus.l.cum proponas, subdens etiam hanc sententiam affirmatiuam crebrius ferè placuisse.C.de pact.& Cur. Iuni.consil.154.num.primo,attestatur egere decisione imperatoria;& propter maximam varietatem opinionum multoties se medio fuisse per partes æquales diuisã Trebellianicam: Sed vbi sumus in dubio propter diuersitatem, & contrarietatem opinionum, constat apertissimè, eligendam esse illam opinionem quæ est pro voluntate testantis etiam si diuersa, & contraria opinio esset pro persona filii exhæredati, tex.est mirabilis in.l.si pars iudicantium,& ibi not. Bald.ff.de inoffi. testamen. & Cuman. consil. 166. circa fi.ergo necessario concluditur eligendam,& sequendam esse hanc opinionem, quód Trebellianicæ prohibitio valeat. etiam contra filios primi gradus: & ex hoc apparet Piccum(doctorem alioquin occulatiss.) præter solitum allucinari in.l.in quartam,nume.105.versi. prima opinio,ff.ad.l.Falcid. dum elegit opinionem negatiuã fauore filiorum;nõ aduertens ad tex.dicta.l.si pars iudicantiũ. Præterea ista cõclusio in casu nostro est extra difficultatem,accedente, & concurrente quoque omisione inuentarii, vt singulariter tradit Curt.Iunior. consil.54.numer.11. idem etiam tradit Grat.consil.160.numer.26.lib.secundo, rogans ad hunc casum doctissimum iudic. animaduertere,quia reperiet satis æquum & iuriconsonum, nec doctoribus altercantibus contrarium. Præterea sumus extra difficultatem, cum simus in prohibitione alienationis bonorum conseruandorum in familia, vt considerat Parisi. consil.126.numer.36. versic. quòd in præsenti non est opus discutere lib.primo, & ante eum ita tradit, Gui.Papæ consi.140. num. 5.versic. Præterea. Postremò res est extra difficultatem, ex quo grauamen est reale, & in rem scriptum, ex prohibitione alienationis: Alexand. consil.67.libr.primo Deci. consi.480.numer.14. Gozadin. consil.45.numer.45. Alexandrin. consil.146. numer.8. Ripa.l.nemo potest nume.54.ff.de legat. primo, Galiagul.l. Centurio numer.88.circa fine.versicu. item hoc intelligo: & numer. 101. versicu. ego autem puto. Parisi. consil. 21. numer.46.& sequentib.lib.tertio, Curt. Iunior. consil. 73.numer. 16. versicu. circa consilium. Illud etiam animaduertendum esse puto scilicet, quòd fideicommissarius aduersus fideicommissarium Trebellianicam, non potest detrahere etiam ex persona hæredis grauati.l.prima §. denique. ff. ad Trebellian. quanquam enim glos. Bartol. Imol. & Alexandr. ibi dicant, quòd in dubio hæres videtur uoluisse facere gratiam primo fideicommissario, attamen ibi contrarium tenent Cuman. Paul. de Castro Socin. & Iason.vbi Iason.post prædictos inquit, quód ista opinio videtur sibi verior, & esse magis de mente illius text. subdens istam esse veritatem: & eandem

R

opinionem defendit ibi Ripa, dicens, quòd re vera ille text. mirabiliter vrget contra communem, & in vero iudicio ista opinio videtur sibi magis de mente iuris; & idem videtur quoque Claudio ibi; & hæc opinio euidenter, & de plano procedit in casu nostro, in quo expresse constat, Com. Franc. Senior, hæredem grauatum, voluisse inhærere voluntati patris testantis, & fideicommitentis, ipsamque voluntatem plenè adimplere. (quod considerat Cuman. & sequaces) cum & ipse filium fideicommissarium, hæredem a se institutum, etiam fideicommisso onerauerit; & eandem opinionem videtur sequi Socin. Iunio. in. l. cum filiofamilias in tertia parte. nume. 64. versic. vel secundum Cuman. ff. de leg. primo; nec ob. quòd loquatur per dictionem fortè, iuxta not. per Iaso. l. in substitutione, numer. 5. ff. de vulga. & pupilla. & idem simpliciter, & indistinctè tradit consil. 129. numer. 43. lib. primo. & Corne. consil. 96. numer. 8. lib. secundo, Crauett. consil. 131. numer. 11. & in terminis in casu, quo hæres grauatus instituerat hæredem fideicommissarium, inhærendo voluntati testantis, ipsamque plenè adimplendo, tradit Gui. Papæ consi. 133. nu. secundo ex quibus patet hanc opinionem esse nedum veram, verum etiam communiter receptam: sed non expedit insistere stantibus præmissis. Melioramenta autem, fatendum est, detrahi posse; at hic considerandum, quòd inspicitur æstimatio, & valor melioramentorum habito respectu ad tempus præsens restitutionis; & hæc inspectio fit ad damnum, & incõmodum, & contra hæredem grauatum restituere; prout clarè patet ex declaratione Bart. & aliorum maximè Iason. in dicta. l. domos, numer. 4. versic. & ideo si hæres: dum dicitur, quòd si hæres in reficiendo domum expendit centum, & postea superuixit tantum, quòd ædificium, vetustate attritum non potest durare nisi paruo tempore, fit æstimatio, quantum modo valet ædificium, non quantum expendit hæres: & ita intelligi debet, quòd dicit Corn. consi. 158. col. fin. libr. 3. & consil. 180. numer. 8. lib. 4. & doctor. alibi sæpe. Sed dubium insurgit ex hoc, nunquid etiam, e conuerso inspectio fieri debeat habito respectu ad tempus præsens restitutionis, pro ipso hærede; vt si expendit in plantando vineã modicum quid, an fiat æstimatio quantum modo valeat vinea, an potius quantum expendit & prima facie videbatur dicendum pro hærede, vt contrariorum eadem sit dispositio, &c. & ita ibi videtur uelle Angel. quem refert, & sequitur Paul. de Castro, & Alexand. & ita videtur in terminis aperta decisio dubii. Et Breuiter ita expresse, & clarè decidit, Royn. dicto. 117. libr. 3. & consil. 14. numer. libr. 1. consi. 165. numer. 4. libr. 4. cerroborat illa ratione contrariorum, &c. & vt par ratio sit lucri, & & damni. Sed profectò valde dubia apud me est ista decisio; nam quòd inspiciatur tempus restitutionis in dicta. l. domos, est contra hæredem: & non valet in proposito ratio contrariorũ; text. est in. l. infundo; & ibi expresse not. glo. ff. de rei vendica. vbi inspicitur non quod impensum est, sed quatenus res reperitur meliorata, contra expendentem, & tamen e conuerso non inspicitur quatenus res reperitur meliorata, sed quod impensum est; & sic utroque casu fit inspectio contra expendentem, & sic non est eadem contrariorum ratio, & in specie not. Socin. in rubrica numer. 7. ff. de acqui. possessio: & tradit in specie Paul. de Castro consil. 324. col. 5. uersi. & per. l. infundo; refert pro singulari decisione in hac materia Cur. Iunio. consil. 144. numer. 7. ubi loquitur de melioramentis in plantando: & summè notat etiam Negusant. in tract. de pignor. & hypote. quarto membro, quintæ partis num. 11. ubi reassumit hanc materiã melioramentorũ: & ibi num. 16. refert etiã dispositionem. d. l. domos iuxta declaration. Bart. aliorũ: & ex his tollitur ratio Royni; & potest euitari dictũ Angeli. & sequaciũ, in proposito; nã esto, quòd esset uerũ, attamẽ illud procedit, & loquitur quãdo hæres nõ tractat de lucro, ipse enim uerè expende

rat,

tat,sed quia erat,tempus belli,expensa nō ualebat,ac superueuiente tempore pacis, expensa, quæprius nō valebat,modo incæpit valere,& esse vtilis,& ita expensā verè factam cōsequitur scilicet inspecta tamen æxtimatione temporis præsentis restitutionis,iuxta d.l.domos.& declarationem Bar.& aliorū: nō tractat igitur ibi hæres de lucrando vltra expensas factas,sed de consequutione expensarum verè factarum;& ex cursu temporis ibi non tractat delucrando; at in proposito hæres tractat delucrando, ipse enim non expendit tantum, & vult consequi expensam verè non factam, & tractat delucrando ex lapsu temporis: inter quæ est diuersa ratio,& ita etiam separata etiam debet iuris dispositio, & de vno ad alterum inferri non debet.l.Papinianus.ff.de minor, & ita rectè intuenti videtur in proposito esse decisio.Paul. de Castro consil.17.col.penul.& fin.in antiq.nam licet ibi loquatur in tertio possessore qui acquisiuerat bona fideicōmissaria ab hærede grauato, attamen circa expēsas, & fructus loquitur habito respectu ad tempus vitæ hæredis grauati,in cuius iura(habito respectu ad tempus eius vitæ)emptor succesit;vt patet col. fin.vers.at in casu nostro:& sic perinde est in proposito,ac si essemus in ipso hærede gtauato: & Paul.de Cast.ibi præcisè dicit col.pen.vers.idem si præcium vineæ, quòd non attenditur augumentum ratione temporis tantum sine impensis,vt si possesiones plus valent hodie,& subdit, quòd si præcium sit auctum propter expensas, vt in propagationibus nouis,& restaurationibus vineæ,recuperantur expensæ, & ita expresè loquitur de recuperatione expensarum factarū;& in illis non compensantur fructus,iuxta etiam not.in d.l.domos:hoc idem comprobatur apertè ex traditis per Pau.de Cast.d.cōs. 324.aduertendum enim est,quòd ibi loquitur in possessore habente ius in re scilicet in conductorib.ad non modicū tempus,& causā habentibus,à domino fructus percipiendi:& per d.l.infundo, dicit attendi id quod impensū est in plantando, vt sic semper id,quod minus est,repetatur;& quòd materia illius cōsilii adaptetur in nostro proposito,apparet ex subscriptione Angeli de Periglis,prout habetur in vol.cōsil.Paul.de Cast.in nou.nu.267.viso pūcto,vbi subscribendo cōsil.Pauli de Castr.adducit.d.l.domos,iuxta declarationē Bart. dicens idem præcisè dicendū esse in casu illo propter rationis identitatē,& ita sensit Natt.cons.256.nu.2. vbi alleg. d.subscriptionem;sensit Cor.cons.180.nu.8.lib.4.Beltr. cons.21.nu.15.lib.1.Boeri.q.44.nu. 12.ex quibus etiā oppugnatur Roy.cons.14.lib.1.vbi videtur velle respōdere ad.d.l. infundo,quòd loquatur in tertio possessore simplici, nō autem in habente ius in re, licet subiiceretur restitutioni in quendā euentum incertum,puta post finitū feudū, (vt in casu Royni)vel quia hæres sit grauatus sub cōditione, vt in.d.l. domos; nam ex præmisis patet,quòd responsio non subsistit,quia Pau.de.Cast.in.d.cons.loquitur in habente ius in re,vt ibi per eum: & authoritas Royni cedere debet authoritati Pauli de Castro præsertim cum illud consilium Pau. de Castro fuerit approbatum per insignes docto. Prosdocimū de Comitibus. & Angel. de Periglis, vt habetur in subscriptionibus in d.cons.267.in nouis:& quaquā ego putem,non magis Apollinis,quàm Royni respōsa pro veris illic haberi,hæc tamē qualiacūq; sint opponēda duxi,vt veritas exagitata clarius elucescat:ipse enim nullius iuraui in verba magistri(vt Horatius ait)& ad excusationē adduco tex.aureū. cap. ego solis distinct.9.

Restat resoluere oppositiones factas testibus deponentibus circa probationem bonorum fideicommissariorū,& certè cum testium dicta non sint cauillanda, sed adiuuanda,vt in specie circa testes deponentes de possesione not. Imol.l.stipulatio ista §.hæc quoque in fin.ff.de verb.obli. constat sufficienter per depositiones testiū fuisse probat.nā cōsiderandū est maximè,quòd in antiquis, & his quæ difficile probari posūt,nō est exigenda adeo plena probatio regula est,quā magistralē appellat

Calderin.conſ.2.de de teſtibus : antiqua autem ſecundum pleroſque intelliguntur de annis.100.ſecundum verò alios etiam de annis.40.vt per Alex. conſil.4.col.5.li. 2.at negari nõ poteſt quin ſaltem attento cõmuni curſu hodiernæ vitæ intelligi poſſint de annis.50.prout ita cõſultum fuiſſe per ſolennes doctor. atteſtatur Soci.conſ. 89.num.7.lib.1.quanquam illa denique opinio certior ſit, vt hoc arbitrio iudicis ſit relinquendum,vt per Curt.Iunio.conſil.90.col.fi.verſ.ſed præſuppoſito , & Royn. conſil.141.num.17.lib.5. vnde attentis prædictis quilibet arbitrabitur, propter miſerabilem vitæ hominum conditionem,cum frequentiſsimè ab annis.50.& 40.citra mortalitates,fames,bella,ac mille moriendi modi uiguerint , in re præſenti tractari de re antiqua, & difficilis probationis; verba ſunt Fulgoſii.conſil.145.col.1.verſic. neque enim : & videri omnino debet ibi Fulgoſius,quia pulchrè loquitur in propoſito,nam ibi tractabatur de probatione poſſeſsionis antiquæ, & inter alia ipſe conſiderat, quòd aderant teſtes deponentes ſe vidiſſe filium, & tanquam hæredem poſſediſſe non nullas ex rebus contentioſis, & fructus per ſe, vel factorem ſuum percepiſſe tanquam hæreditat.q.primi parentis; item,quòd conſtabat eos, qui in præſentiarum conueniebantur liberos,& pronepotes dicti.q.primi parentis, & eius mediatè hæredes res huiuſmodi poſsidere,& diu poſſediſſe,quod ex perſonarũ, & ſucceſsionum conſequentia non leuem afferebat præſumptionem,quòd in ipſius quoque primi parentis bonis extiterint : & quòd porrò ſi aliunde quæſiſſent ipſi,vel eorũ parentes quàm ex ſucceſsione dicti.q.primi parentis, facile originem ſcilicet acquiſitionem prædiorum aut probaſſent,aut ſi non plenè ſaltem illud quibuſdam indiciis in ſuſpicionem,&ſi nõ opinionem iudicis adduxiſſent,vt ibi per eum,ſubdentem, hoc nempè iudicem curioſum debere ſubtiliter intueri,quoniam quemadmodum quid plenè probatum ſit, non poteſt perfecta vndique doctrina tradi, vt ait Princeps iuriſconſultiſsimus in §.eiuſdem : & ideo neceſſario prudentiæ iudicantis committendum eſſe putatum fuiſſe : quæ quidem omnia,vt dixi, optimè quadrant in re propoſita ; & ad hanc ſententiam conferunt etiam tradita per Zaſium.conſi.5. num.18.verſic.quod autem ex aduerſo lib.1.vbi & ipſe in probatione bonorum tanquam à parentibus procedentium,ita conſiderat, & probat, bona a parentibus deſcendiſſe præſumi,tum,quòd ex actis non conſtabat de acquiſitione, tum, quòd filius ſeſe immiſcurat in bonis paternis ſine inuentario,& ſic ex eius culpa,& omiſsione , cauſata fuerat difficultas probationis,quod ei nocere debet; vt ibi per eũ.d.nu. 18,& num.11.verſ.nam contra hæredem,vbi in ſpecie adducit de hærede omittente inuentarium,vt in caſu noſtro. Igitur ex præmiſsis facienda, & recipiẽda eſt facilis, & benigna interpretatio probationis. Et quamuis oppoſitiones quædã ſubtiliter fuerint excogitatæ contra teſtes,attamen reſoluuntur:& pro generali quadam reſolutione quoad omnes teſtes animaduertendum puto ad ſingularem doctrin. etiam in propriis terminis circa teſtes de poſſeſsione deponentes, quæ talis eſt,quando teſtis depoſuit, & reddidit cauſam dicti ſui,ſemelque declarauit qualiter dictum ſuũ intelligat,eqnidem non eſt interrogandus iterum , vel amplius : & ſi iterum,vel amplius interrogetur, & male reſpõdeat,non præiudicat,nec prima depoſitio tollitur nec eius dictum repellitur tanquam contrarium,ita egregiè docuit Iaſ.in.l.1.nume. 14.verſ.aduerte vltra omnes.ff.ſi cer.pet.ibi enim Iaſ.reaſſumens dictum Bar.inquit expreſsè,prout ſupra retuli;clarius, & expreſsius ſubiicit ibi Iaſ.num.15. defendendo deciſionem Alber.nam ipſe contra Alberi.arguit dupliciter, ſed reſpõdendo ad primum argu. inquit, quòd teſtis non eſt ſibi contrarius,quia cum prius declaraue rit,non debebat amplius interrogari,ergo non eſt ſibi contrarius , ex quo non tenebatur reſpondere:& hanc doctrinam prius tradidit ibi Aret.col.3.verſic.& per hæc,

vbi

vbi inquit, quòd in casibus, in quibus testis nō tenetur respondere non vitiatur eius dictum: Præmissā itaque doctrinam in proposito adaptando, testes primo deposuerunt de possessione, & quòd viderunt possidere, & postea reddiderunt causam dicti sui, per actus designantes possessionem & sic semel iam declarauerunt qualiter intelligerent dictum suum de possessione, & quòd viderunt possidere, vnde nō erant amplius toties interrogandi, ergo si malè respondissent, non præiudicat, nec prima depositio tollitur, nec vitiatur eorum dictum tanquam contrarium: quanquam sigillatim vnusquisque possit saluari ab obiectis contrarietatibus. Et capiendo primū testem, licet car.25.a tergo, in fi. dicat non vidisse Com. Azo. super aliqua aliarum terrarum expressarū per ipsum testem superius, non per hoc est sibi contrarius, nullibi enim superius dixerat vidisse Com. Azo. super ipsis terris. Item licet subdat audiuisse dici semper, quòd antiquitus erant suæ, non per hoc est sibi cōtrarius, quanquam superius deposuisset de visu, stant enim ista simul, quòd & viderit, & audiuerit, ita in specie, circa testē deponentem de possessione admittit Parisi.cōs. 104.num.80.vers.ex quo nedum de auditu, sed de visu deponit.lib.1.facit, quód de teste, primo deponente de veritate postea de credulitate not.Bald.l.2.§.quod obseruari.C.de iura.calum.& certè non est præsumendum, quòd testis ita fatuè loquatur quòd voluerit immediatè ita apertè contrarium asserere eius, quod paulò ante dixerat, ita in specie saluando testem de possessione inquit Socin.consil.54.num.12.vers. non enim est præsumendum li.4.& in hac materia quanto testes sunt rusticiores, & simpliciores, tanto sunt credibiliores, Bal.consi.355.lib.3. Citra verò canipam, & horreum, saluari potest, intelligendo, quòd Com.Franc.refecerit, restaurauerit, & pulchiora reddiderit, vt declarat.3.testis.car.83.artic.& 4.testis car.155.artic. potest enim dici Com.Franc.fecisse, ex quo refecit restaurauit, & pulchriora reddidit, nā qui addit, vel diminuit antiquæ rei censetur nouam rem facere.l.ius ciuile, & ibi in proposito not.Claudi.ff.de iusti.& iur. Illa denique oppositio, quòd nesciat qualitates, & quantitatem (iuxta.l.si in qualitate.ff.de actio.emp.) corruit, quoniam imò deponit de qualitate, nomine, & confinibus, & stantibus prædictis nil refert ignorare de quantitate, cum ipse non mensurauerit: vt per Alexan.consil.112.col.1.in fin. versic.nec ad hoc lib.4.Socin.consil.89.num.9.versic. sed circa hoc.libr.1. & Deci. consil.109.numer.2.versic.& hoc in casu nostro: & not.in.l.si quis in fundi vocabulo ff.de leg.1. Secundus verò testis saluatur iisdem modis: sed dum opponitur nō probare possessionem dum dicit vidisse Com.Azo. ire per possessionem de Gauello, quia huiusmodi actus solent fieri indifferenter per modum cuiusdam facultatis, vt docet Bart.l.2.ff.de itin.actuque priua: Responderi potest, quòd imò per ire, possessio probatur, Bal.l.indicia.C.de rei vendi.idem Bald.in.l.per hanc.C.de sentent. non enim dicatur, prout inquit (& non rectè) Royn.consil.161.num.14.vers.nō ob. etiam.libr.4.quòd Bald.in dicta.l.per hanc, tenet contrarium; quoniam imò Bald. ibi licet referat opinionem Butrig.non tamen eam sequitur, sed ei aduersatur, per illam dictionem (licet Butrig.&c.) hoc probatur per tex.expressum in.l.1.in princ. iuncta glo.vers.quamuis.ff.de eo per quem fac.erit: tradit Neuizan.in Sylua nuptia li.capit.quomodo sit iudicandum folio.453.versic. quinto limita. vbi loquitur tam de dictione (quamuis,) quàm de dictione (licet) vt ibi per eum: & eandem opinionem tradit Bald.in.Q. Accusatus de ui turbatiua, col.penult. versic. & nota qualiter probetur possessio, & quòd per simplicē deambulationē probetur possessio, si non apparet quòd alius possideat videtur concludere Balbus.l.Celsus.in 4.parte nume. 3.ff.de vsucapio.& ab hac sententia videtur non dissentire Royn.dicto cons.161. versic.sed quando constat alium detinere: sed opinionem Baldi in.d.l.indicia, clarè se-

quitur Alex.conſ.133.co.5.uerſ.in hac,lib.1.loquens in teſte deponēte uidiſſe accedere ad terram: & Baldum & Alexandrum refert & approbat Afflic. Decis 167 uerſi. item probat quòd fuit viſus pluries accedere ad dictum territorium: & in conſtit.lib.1.rubrica.25.num. 20.22.& ſenſit Natt.conſil.448.nu.8. Cor. conſil.100 nu.14. uerſ.& deambulat per rem ab alio poſſeſſam li.2. pract. Pap. lib. de execut. ſent. glo. vltima verſ. faciendo eum ire & redire, ex quibus parum videtur curandum de Roy.conſ.122.nu.7.lib.5.vbi ipſe tenuit contrariū;& ex his etiā habetur reſolutio oppoſitionis factę 3.teſti quod ſcilicet uiderit ire Com.Azo. ſpaciatū;& denique ex his colligitur reſolutio oppoſitionū factarū cæteris aliis teſtibus, quæ ut plurimū videntur ſimiles prædictis, vnde hæc ſufficere arbitror, maximè cū audiā per eruditiſsimos aduocatos Ferrariēſes ſuper hoc pūcto fuiſſe latiſsimè ſcriptū.

Ad optimum Lectorem.

Contrarium conſuluerat Hieronymus Alban.(nunc Cardinalis Illuſtriſſ.& Reuerendiſſ.)tàm ſuper dubio huius fideicommiſsi Com.Azonis, quàm Com.Franciſci,fuit tamen iudicatum pro hoc fideic.C. Azonis: quid autem fuerit iudicatum ſuper fideic.Com.Franciſci(de quo ſupra conſi.4. & in conſ. Crauetæ) dictū eſt in Epitome.Q.19.

XI.

Pro filiis D.Pauli Campiliæ.

IN EPITOME. Q. XLIX. LI.

POTERAM equidem clariſsimi .D.Conſulentis conſilio ſimpliciter & perſu nctoriè ſubſcripsiſſe, ſed ne mutuum deteſtandum teſtimonium iuris dediſſe uidear, Bal.l.fi.in fi. verſ. & facit contra, doctores ſubſcribentes ſe cōſiliis aliorum ſine lectione ſcriptorum C. plus val. quod ag. Zas.eleganter l.1 §. poſt hunc in fi. verſ. teſtabantur .ff.de orig.iur & conſ.8.lib.1.ideo ipſo diligenter relecto,diſcuſſo, ac perpenſo,mihi placuit in omnibus punctis,& quo ad articulū de Trebel.quòd potuerit prohiberi etiā in filiis primi gradus addo,Crott.l.qui Romæ §. duo fratres nu.41.ff. de verb. oblig.vbi refert ita conſuluiſſe & quòd ſemper idem conſuleret: Galiag.in l.Centurio .ff.de.vulg.Roy.l.hæredes §. cum ita.ff.ad Treb.Curt.in apoſtill. Alex.l.mulier §. cū proponeretur,eo tit.Goza.conſ.45.nu.22. Grat.conſ.160.nu.25.lib.2. vbi maximè hoc firmat accedente omiſsione inuentarii .quo caſu dicit ipſe hanc opin. eſſe ſatis æquam,& iuri conſonam,nec doctoribus altercantibus cōtrariam , quam conſiderationem quoque habuit Cur.Iun.con.54.nu.11.& profectò iſta opin.quod poſſit expreſsè prohiberi uidetur in iudicando amplectenda,nā negari nō poteſt quod opin. contraria non ſit ualde dubia,ut per illuſtr. Alcia.l.cū proponas.C.de pact.& in tātum,ut egeat deciſione imperatoria ſecundum Curt. Iun. conſil.154.nu.2. ſed in dubio tenenda eſt illa ſententia quæ ſtat pro voluntate teſtatoris , licet ſit contra filios ut eſt tex.mirabilis.l.ſi pars iudicantium ff.de inoff.teſt.ergo & c.Trebellianicæ.n.detractio dicitur odioſa,ut per Corn.conſ.182.col.pen.lib.2.& Fabian.in authen.nouiſsimè.q.24.col.fi.C.de inoff.teſt.in tātum ut in foro poli uideatur eſſe illicita,prout uidetur uelle Bal.relatus per Ias.inſtit de actio §. ſed iſtæ nu.125. & per iſta moueor ad tenendum firmiter quod Trebel.non poſſet detrahi per D.Paulū, illud enim fundamentum quod ceſſet Trebel. cum legitima ſit ſemis , per conſiliū

ſingula-

ſingularem Bal.conſ.260.lib.2.(ut uerum fatear.& meam quoque opin. proferam) apud me non eſt tutum, nam ego reperio quòd contrarium expreſsè ſenſit Angel.coſi 287.col.2.verſ.& vt rem deducam, vbi legitima eret ſemis, & tamen ibi etiã Trebell. detrahitur prout Angel computando expreſsè inquit, comperio quoque quòd contrarium uoluit Picc.l.in quartam col.fi.ff.ad.l. Falcid. poſtremò nouiſsimè inuenio quòd Aymo Craue.uir acerrimi iudicii ac plurimæ lectionis, in conſi.. 50.refert aliàs iſtũ casũ habuiſſe de facto in quo ipſe allegauit dictum cõſil. Bal. de qua deciſione. D.D.aduocai partis aduerſæ ceperũt ridere dicetesn com. opi. eſſe in contrariũ, interrogatus autẽquid ſentiret ſuper illo dicto Bal.in conſcientia, reſpondit quòd ex fide bona neminem alium legerat, qui id in ſpecie tangeret, tãdem cauſa illa tranſacta fuit, in qua tranſactione ratio habita non eſt illius Bald. opinionis, ſubdens quòd contra eum uidetur ſentire Oldrad.conſ. 171. circa fi ſed quòd pro Bal.tenete uidetur Alex.conſ.68.col.1.verſ.ſed in ſpecta, lib.4. Deci. conſ.228. circa fi.nam.in caſu Alex. & Deci numerum liberorum excedebat quatuor, & tamen dicunt detrahi dimidiam per filium grauatum, ſubiungens quòd ſi caſus iterum accideret, latius ac profundius cogitaret, ſed ſatis eſſe in preſentiarum occaſionẽ tribuiſſe latius meditandi in caſu ſatis nouo ac difficili: hæc ibi ille; quare ex aliis prædictis moueor ad firmiter tenendũ, quòd D. Paulus nõ poſſet detrahere Trebe.

XII.

Pro D. Arrigutio Calidonio.

IN EPITOME. Q. LVXII.

PRAESVPPOSITO, ſine veritatis præiudicio, quòd expenſæ ſint reficiendæ, quòdque de eis legitimæ probationes appareant, illud autem ſolum ſit in controuerſia, ſcilicet, nunquid propter expenſas factas pro recuperando fideicommiſſo, alienatio ipſorum bonorum fideicommiſſariorũ de iure ſit valida, & irretractabilis, oblatis expenſis per D. Arrigutium, mortuo patre vocatum ad fideicommiſſum, equidem dico clari, atque aperti iuris eſſe, eundem D. Arrigutium poſſe retractare ipſam alienationem, & hoc demonſtratur ita. Nam iſta eſt vera propoſitio in iure, quòd aut alienatio bonorum fideicommiſſariorum fit ex cauſa neceſſaria teſtatoris, & ex eius facto, & debito, & tunc alienatio eſt valida, & irretractabilis; aut alienatio fit ex cauſa voluntaria, vel neceſſaria alienantis, & ex eius facto, & debito, & tunc alienatio valet eo viuente; at eo mortuo retractari poteſt per ſucceſſorem vocatum ad ipſa bona fideicommiſſaria. iſte eſt tex.in.l.peto §. prædium, & ibi not. Bart. & docto.ff.de leg.2.tradit Bar.& docto §. Diui.ff.de leg.primo eſt igitur inueſtigandum in ſpecie propoſita. nunquid alienatio cenſeatur facta ex cauſa neceſſaria teſtatoris, & ex eius facto, & debito, & certè eſt impoſsibile quòd cenſeatur facta ex cauſa neceſſaria teſtatoris, & ex eius proprio facto, & debito; & breuiter de hoc dico eſſe text. apertum, iuncta declaratione Baldi in.l.fina §. in computatione.C.de iure delib. dicit ibi imperator quòd hæres deducit id, quod in cauſas neceſſarias hæreditatis perſoluit, Baldus declarando notat, & ponderat illud verbum hæreditatis, & dicit, quòd ſi hæres facit expenſas pro ſe, non pro hæreditate, ſibi imputatur, & ideo infert quòd ſi contendit de hæreditate cum alio, expenſa, quæ fit in iſta lite non minuit legata, & idem ſi contendat cum legatario, & alleg.iura, de quibus

bus per eum, ecce igitur quòd expensa, quam quis facit litigando, & contendendo de hæreditate cum alio, non dicitur fieri ex causa necessaria testatoris, & hæreditatis, sed dicitur fieri pro se, & pro causa sua propria, & non minuit legata, & fideicommissa. Si itaque ista expensa non censetur fieri ex causa necessaria testatoris, & hæreditatis, & ex eius facto, & debito; sed ex sua propria causa litigantis, ergo sequitur apertissimè, quòd alienatio facta ex prædicta causa expensarum non censetur facta ex causa necessaria testatoris, & consequenter alienatio non est irretractabilis, sed retractabilis iuxta præalleg. §. prædium. Profectò ex hoc fundamento habetur aperta, & in terminis decisio propositæ controuersiæ; & a decis. Bal. non videtur recedere Angel. ibi, quando litigans succubuit & Paul. de Cas. subdit tenendum esse menti vtrunque dictum, de quo ad per Alex. & Ias. ibi & Cor. qui videtur inclinare magis generaliter in opi. Bal. & meritò nam (ut dicebat fulgos. cons. 26. co. fi.) tutum atque irreprehensibile est iudicium sequentis opi. Baldi; stante itaque prædicto fundamento omnia in cõtrarium adducta remanẽt funditus labefactata, & non opus esset ea sigillatim confutare, quia non tangunt terminos controuersiæ propositæ, nihilominus ex abundanti breuiter diluuntur. nam ad illud quòd expensæ erant necessariæ, quia bona respectu fideicommissariorum aliàs peritura essent argumento. l. impensæ. ff. de uer. sig. responsio patet, quia requiritur quòd expensa dicatur necessaria respectu testatoris, & hæreditatis, non autem respectu fideicommissariorum ut declaratum fuit, expensa enim censetur facta non ex causa necessaria testatoris, & hæreditatis, sed ex sua propria causa fideicommissariorum, unde alienatio non censetur facta ex causa necessaria testatoris & hæreditatis & consequenter est retractabilis, preterea argumentum concludit solùm quòd expensæ sint reficiendæ, & hoc non negamus, quia expensæ offeruntur, ad illud quòd expensæ necessariæ minuãt dotem. l. quod dicitur. ff. de impens dota, respondetur quòd imò expensæ necessariæ non minuunt fundum dotalem nec faciunt desinere fundum esse dotalem, ut inquit ibi tex, & declarat Bar. & ideo fundus durat etiam inalienabilis, prout prius erat, ut declarat Bal. l. 1 §. sed nec retensio. C. de rei vxor. sic itaque in proposito expensæ non faciunt desinere bona esse fideicommissaria, & ideo durant etiãinalienabilia, prout erant, & certè sequeretur absurdum quòd propter expensas necessarias bona fideicommmissaria nõ possent uendicari per fideicommissarios, oblatis expensis, quasi ipsæ expensæ faciant desinere bona esse fideicommissaria cõtra. l. domos. ff. de leg. 1. l. mulier §. sed etenim. ff. ad Trebe. cum vulgaribus, est enim generale quòd conceditur vendicatio domino offerenti expensas factas per possessorem pro liberatione, & conseruatione rei. l. si creditor. ff. de pigno actio. l. emptor. ff. de rei ven dic. cum similibus. propterea argumentum concludit solùmquòd expensæ necessariæ sint reficiendæ. at hic offeruntur expensæ; ad illud quòd expensæ, & labor in exigendo minuunt creditum. l. per diuersas, & ibi not. C. mand. responsio patet ex prædictis. non repeto; ad illud quòd in terminis expensæ in exigendo nomen debitoris, vel alia bona dotalia minuunt dotem, & sunt soluendæ. Bar. l. 1. ff. de impen. dotal. respõsio patet exprædictis non repeto; prætetea attenta doctrina Bar. dicendum est quòd in specie proposita expensæ non sint soluendæ, nam in illo casu expensæ repetũtur, & sunt soluendæ, quia maritus tractat de tit. dotis oneroso. vnde secus est quãdo tractaretur de titulo lucratiuo, vt expræssè declarat ibi Bar. & clarius in. l. 1. in fi. C. de bon. mater. & Crottus. l. frater, numer. 76. ff. de conditio. in deb. & tamen expensæ hic offeruntur. ad illud quod expendens pro recuperatione castri cõmunis repetat expensas Alex, cons. 20. lib. 5. & expendens causa perpetuæ custodiæ Barba cons. 56. lib. 4. & expendens in defendenda prælatura Soci. cons. 29. lib. 1. & expendens

dens in redimẽdis seruis captiuis.l.si id.§.1.ff.de do.in.ui.& vx. responsio simils patet exprædictis, nam expensæ hic offeruntur. Quare remotis his, quæ profectò non tangunt terminos cõtrouersiæ propositæ, quæ est nũquid propter expensas factas in litigando pro recuperãdo fideic. contendendo de ipso fideicommisso, bona ipsa fideicõmissaria alienari potuerint irreuocabiliter, equidem dicendum est, & concludendum prout superius distum, & conclusum fuit scilicet dictam alienationem retractari posse per D. Arrigutium oblatis expensis. nam alienatio est irretractabilis, quando fit ex causa necessaria testatoris, & ex eius facto, & debito per d.§. prædium sed ostensum fuit ad oculum, quòd expensæ factæ litigãdo, & cõtendendo de fideicommisso cum alio, non dicuntur fieri ex causa necessaria testatoris, & hæreditatis sed dicuntur fieri pro se, & pro sua causa propria. ergo alienatio facta non ex causa necessaria testatoris, & hæreditatis & ex eius facto, & debito contracto, sed ex causa sua propria alienantis, aperto iure est non irretractabilis, sed dubio procul retractabilis pe D. Arrigutium, & profectò in hanc partem eundum est quoniam regula iuris militat pro ea, bona fideicommissaria esse inalienabilia, nisi in quibusdam casibus specialibus, inter quos iure cautum non reperitur, hunc connumerari debere quinimo ex mente iuris superius ostensum fuit esse, quòd alienatio omnino etiam isto casu sit retractabilis, & ita puto pronuntiaturũ Magnificum atque Excellentiss. D. arbitrum, pro eius singulari quadam iuris, & æquitatis cognitione, cuius tamen optimo arbitrio præmissa omnia subiicio.

XIII.

Pro Excell. Doct. D. Bartholomæo Liueria Aduo. Venet.

VISO & maturè considerato puncto proposito, breuiter respondeo casu esse in terminis decisum a iurisconf. in.l. Lucius §. Gaio. ff. ad Trebel. ibi enim Gaio. Seio ex semisse, Titia ex quadrãte, & aliis ex reliquis portionibus hæredibus institutis, testator ita cauit, fidei autem vestræ mãdo Gai Sei, & Lucia Titia, vti post obitum vestrum restituaris Titio, & Sẽpronio semissem patrimonii, & portionis eius, quam vobis dedi, quæ situm est, cũ vtrique adierint hæreditatem, & postea Gaius Seius defunctus sit Lucia Titia hærede instituta, an hæc Lutia Titia partem dimidiã semissis, quã rogatus erat Gaius Seius restituere protinus debeat, au vero post suam demum mortem vniuersum tam ex sua persona, quam ex Gaii Seii datum restituere debeat? & quidem ratio dubitandi erat, secundum Pau. Castren. ibi propter illa verba, post obitum vestrum, quia cum testator loquutus fuerit in plurali, videtur voluisse quòd non sit locus fideic. nisi post mortem amborum, cum pluralis loquutio nõ verificatur in vno l. fin. ff. eo. l. vbi numerus. ff. de testib. Alia & secunda ratio, meo iuditio, esse poterat, ex mente præsumpta testatoris, nam ipse videbatur prædilexisse institutos substitutis, quia prius institutos honorauit, & nominauit, iuxta. l. Publius. ff. de condi. & demon. l. quoties. ff. de vsufr. iccirco censebatur testatorem voluisse, quousque supersit aliquis institutus, substitutum excludi, argu. dicta. l. Publius, vbi iuriscons. põderat ad interpretationem dubiæ voluntatis defuncti, quòd primo gradu institutus censetur magis dilectus, quam substitutus, & ita in terminis arguit Imola. l. hæredes mei. §. cum ita, circa membrũ substitutionis vulgaris. ff. ad Trebe. dicens, quòd eo casu, quo subst. facta est pluribus, sub conditione, si hæredes non erunt, non puri-

ficatur substitutio in aliqua parte, licet alter institutus hæres non esset, ea ratione quia alter institutus, qui hæres fuit censetur a testatore magis dilectus, quam substitutus; & hac ratione usus est etiam in terminis Angel cons.305.vbi decidit, quòd si testator post mortem vxoris leget prædia filiabus, & earum hæredibus, excluduntur hæredes, quousque aliqua ex filiabus supersit, ea ratione, quia filiæ prius nominatæ fuerunt, quam hæredes & consequenter magis prædilectæ, d.l. Publius, & d.l. quoties: & decisionem Ange. sequitur Ale.cons.36.lib.3. Areti.l. Gallus §. etiam, ff. de lib. & posthu. ibique Soci. reprobat Alexand. contrarium ibi tenentem: & Iason ibidem nu.34. attestans decisionem Ange. esse magis cõmuniter approbatam: eadẽ ratione vtitur in terminis Corne.cons.226.nu.10.in fi lib.4. & cons.298.co.3. eo lib. & in cõs.229.co.2.lib.3. Verumtamen his non obstantibus, iuriscons. notabiliter respondit Luciam Titiã statim teneri ut partem dimidiam semisis ex persona Seii restituat: & ratio decidendi fuit, secundum Pau. Castren, ibi cũ aliis sequacibus quia substitutio fideic. tendit ad diuersos effectus, cum fides cuiuslibet eorum sit grauata, ideo pluralitas resoluitur in plures singularitates. l. falsã §. fi. ff. de cond. & demõ. alia & secunda ratio, meo iudicio, potuit esse nam valet argumentum de toto ad partem, vbi est eadem ratio in parte, quoad partem, quæ est in toto, quo ad totum. l. quæ de tota. ff. de peti. hære. sed si omnes decedunt, clarum est, quòd substitutus ad mittitur ad totum, ergo uno decedente admittatur ad partem, cum in parte illius nulla ratio appareat, quin substit. admitti debeat, & ita hanc rationem interminis ttadit Abb.cons.58.in fi.lib.2. & Gozadin.cons.67.nu.8. & Iurisc.l. hæredes §. cum ita. ff. ad Tre. nõ obstãt rationes dubitãdi, prima enim est sublata per primã rationẽ decidendi, ad secũdã vero respõdetur, fatendo quod institutus fuit ad testatore prædilectus in portione sibi relicta, sed nos quærimus de portione alterius decedẽtis. in qua testator nihil expresit de admissione instituti, & dicendũ est potius substitutũ præferri, quia substitutus præfertur cõiuncto. l.1.C. de cadu. tollen & cõfirmatur ista respõsio, quia doctrina cõmunis doctorũ an supersit persona, quæ ex verisimili mẽte excludat substitutũ, datur in materia institutionis, & substitutionis vnde si militaret prædicta ratio, quòd instituti censerentur magis dilecti, semper substituti excluderentur, contra mentem doctorum distinguentiũ ut supra, & ita ad prædictam ratio nem Imolæ respondet Alex.l. penul. co. fi. C. de impub. & in. d. §. cum ita nu.15.16. Areti. Insti. de pupi. substi. §. singulis. co.2. & ad prædictam rationem Ange. ita etiam respondet Alex. d. §. etiam; & ipsemet Angel.cons.91.co.fi. & Alexand.cons.91.co. 5.lib.1. & in cons.167, co.4.lib.5. & quamquam Areti. Soci. & Ias. d. §. etiam saluent decisionem Ange. saluant alia ratione, idest quia ibi erat persona filiæ, quam testator censebatur omnino uoluisse præferri hæredi extraneo. l. cum acutissimi. C. de fideicom. quæ ratio cessat in proposito, quinimo potius militat pro substitutis, cum enim sint de agnatione, & familia testatoris, præsumendum est quòd testator voluerit eos præferre, iuxta not. per Bar. & docto. d. §. cum ita. ff. ad Trebe. & in terminis tradit Cardinal.cons.60.co.fi. & præsertim quia testator circa uocationem substitutorum expressè se retulit ad statutum patriæ suæ, quod fauet agnationi, & familiæ, ex qua parte testamenti, altera præcedens declaratur. l. si seruus plurium §. fi. l. qui filiabus, ff. de leg.1. ex quibus sunt sublatæ rationes dubitandi, & stant rationes decidendi, sed quicquid sit de rationibus, casus est in. d §. Gaio, & vbi est casus legis, non est insistendum. l. ancillæ. C. de fur: ita inquit in terminis Corne.cons.283.co.fi. lib.1. & cum. d §. Gaio, concordat tex. in. l. fi §. filium, ibi, contenti sitis viuentes, ut post uos restituatis. ff. de leg.2. hinc Bar. d. §. Gaio, post Dyn. & Cyn. infert ad. q. si duo se obtulerunt monasterio, vt monasterium habeat bona post mortem eorum, si

vnus decessit, statim monasterium habere debet partem illius, non autem expectatur mors alterius, & ita post Gugliel.de Cun. sequitur Pau.Castren.d §. Gaio, quando non extant venientes ab intestato, qui monasterium excludunt: & indistinctè ita decidit post Iacob de Aret. & Ioannem Fab. Aretinus institu. de iure perso. in princip. & hanc decisionem uti communem post multos alios refert, & sequitur Ias.in.l.penul.nu.7.C.de impube. Dipositio.d.§.Gaio, recipit aliquas declarationes, quæ in specie proposita procedunt, nam in primis ille tex. procedit quando substitutio fideic.est facta sine appositione nominis collectiui, sed simpliciter, quia non fuit dictum, si omnes decederent, vel ambo, vel vterque, seu post mortem omnium vel amborum, vel vtriusque, ita declarat ibi Pau.Castrens: & hanc differentiam inter substitut. factã verbis collectiuis, & simplicibus tradit magistraliter Bar. & alii d §.cum ita, & reassumit Soci.ibi nu.26: & Ripa.nu.129. Appostil. Alexa. cons.175. lib.5. quinimo fortius quòd dispositio prædicta procedat etiam, quando substitutio est facta, verbis collectiuis, si tameu non suprsit persona, quæ ex præsumpta mente testatoris excludat substitutum, sensit Bar.d §. cum ita fi. & tamquam opinionem communem refert, & sequitur Alex.ibi nu.24.25. & in.l.penul. nu.9.C. de impub. & aliis substitut: Ludouic.Bolognin.cons.22.co.2.Corne.cons.283.co. 2. lib. 1. cons.276.cons.93.nu.9.lib.3.cons.20.nu.9.lib.4.Alex.cons.91.col.4.vers.probatur lib.1.Gozad.con.64.nu.13 cons.67.nu.8.Craue.cons.109.col.1. Alcia.l. vel singulis, nu.6.ff.de vulg.Didac.cap.Raynutius §.8.vers.verùm enim verò, de testa. sed quia ista conclusio reuocatur in dubium post aliquos per Soci.d §. cum ita nu. 28. & Cur.Iun.d.l.penul.nu.6.& non est necessaria in proposito vbi testator dixit, & ipsis mortuis: ideò de ea non est curandum: Alia declaratio ad disposit.d.§. Gaio, est, vt procedat quãdo substitutio fideicõmissaria est facta simpliciter ĩ definitè in bonis & hæreditate, quia non fuit dictum vniuersaliter, tota hæreditas, vel omnia bona, ita declarat Paul.de Cast.d.§.filium: Bar.l. quidam testa.in fi.ff. da vulg. quinimò fortius quòd prædicta disp. procedat etiam quando subst.est facta pro verba vniuersalia tenet Ang.Imol. Paul. & Alex.d.l. quidam test.referens se ita illo anno consuluisse, quia op.Bar.est contra.d §.filium, vers.quicquid, & contra.d §.cum ita, vers. omnem hæreditatem, & idem firmat Alex.d §.cum ita nu.19.referens ita sœpe numero cõsuluisse, & verè consuluit.d.cons.61.col.6.lib.1.cons.92. col.fi.lib.3. eandẽ opi.comprobat Ias.d.l.quidam test.dicens quòd secundum eam consuleret & iudicaret, & verè cosuluit cons.41.lib.1.Roy.d.cons.198.nu.10.lib.2.Soci.cons. 94. nu. 7.lib.4.vbirefert aliàs secundum consil. Alex. in magna causa fuisse iudicatum in cõsilio iustitiæ Illustriss.Ducis Ferrariæ, seexistente aduocato & idẽ dicit cõs.113.circa.fi.lib.1.&.d.§.cum ita nu.7.vbi tamẽ reuocat in dubium; sed cũ prædictis tenuit Zasi.in tract.substit.cap.6.nu.17.in fi.Torniell.d §.cum ita nu.140.Didac. cap.Raynutius præalleg. Alcia.l.uel singulis.ff.de vulg: at quia hæc conclusio non est necessaria in casu nostro, ubi testator dixit, bona vadant, iuxta Roy. cons.126 nu.6. lib.3. ideó vlterius non est insistendum. Alia declaratio ad dipositionem.d §. Gaio, datur, vt militet quando non supersit persona quæ ex præsumpta mente testatoris veniat præferenda substituto: ita Bar.d §.cum ita, & alii communiter ibi, & vbique: quamuis fortius qòud procedat in distinctè post Paul. & Imol. attentauerit Soci.d.§.cũ ita, nu,26.& consuluit Paul de cast.cons.355.in antiq.& expresse tam in filiis quam extraneis loquitur Zasi.d.cap.6.nu.15.quem tamen tanquam grauiter errantem reprehendit Appostill.Alex.d.cons.175.lib.5. sed quia nec ista conclusio est necessaria in specie proposita(ut mox patebit)ideòadmissa prædicta declaratione, est inquirendum, quæ sint illæ personæ, quæ ex præsumpta mente testatoris excludant

substitutum; quidam, vt Imol. & alii voluerunt quoscunque, etiam extraneos, qui iure communi uel municipali ab intestato invicem succederent, esse personas, quæ ex præsumpta mente testantis excludant substitutum, vt si testator instituat maritũ & vxorem & post eorum mortem substituat, vt exemplificat Imol. qui intelligi debet, quando non existerent consanguinei excludentes maritum, vel vxorem in successione premorientis iuxta. l. 1. C. vnde vir, & ita eum intelligit Soci. d §. cum ita, nu. 26. itẽ si testator instituat duos fratres sibi penitus extraneos, & post eorum mortem substituat, nam alter superstes excludet substitutum; & ita tradit Corne. consi. 283. nu. 3. & col. 330. co. 1. lib. 1. & in cons. 93. nu. 9. lib. 3. & cons. 159. col. pen. lib. 4. & alibi sæpe: Barbat. cons. 55. lib. 2. & post eum, videtur sequi Deci. d. l. penu. nu. 9. & Soci. d. §. cum ita nu. 26. quando tamen substi. esset facta per verba collectiua; & Curt. d. l. penu. nu. 11. vbi inquit quòd opinio Imol. sibi semper placuit; sed tamen alia est opinio magis communis & vera quod illæ dicantur personæ, quæ ex præsumpta mente testantis excludant substitutum, si sunt ex descendentibus testatoris, ita post Bar. & alios attestatur, & sequitur Alexand. d §. cum ita nu. 20. & ita consuluit. cons. 38. co. 1. lib. 1. Roy. cons. 125. nu. 6. lib. 3. Paris. cons. 42. nu. 28. lib. 2. Appostil. Alex. d. cõs. 175. lib. 5. & idem etiam cõsuluit Socin. cons. 94 nu. 11. lib. 4. vbi dicit fortius, quòd si superest aliquis extransuersalilus, ille tamen non dicitur persona prædilecta ex mente testatoris, sed ille tantum intelligitur esse de huiusmodi personis prædictis, qui sit ex descendentibus testatoris: & ista opinio etiam præsupponit id, quòd præsupponit opinio Imolæ, i. quòd prædilectio sumatur ex prælatione in successione ab intestato ex iure cõmuni, vel municipali, prout declarat Bart. d §. cum ita, Alex. nu. 8. & clare refert Ludouicus Bologn. cons. 66. col. 1. & ista opinio etiam recipit alias restrictiones, ut per ripam. d §. cum ita nu. 132. & Curti. d. l. penu. nu. 11. super quibus non est insistendum, quia ista inuestigatio non est necessaria in proposito, vbi clare constat, secundum opinionem omnium, non subesse personas, quæ ex præsumpta mente testatoris excludant substitutos, cum ab intestato, cohæredes. D. Magdalenæ defunctæ, nõ erant exclusuri substitutos in successione ipsius. D. Magdalenæ, imo ab ipsis substitutis omnino erãt excludendi; quinimo ne dum ab ipsis substitutis erant excludendi ab intestato in successione. D. Magdalenæ grauatæ, uerum etiam erant excludendi ab intestato in successione ipsius testatoris, quòd etiam cõsiderat Gozadinus cons. 67. quare concludendo apparet quòd declaratio prædicta ad disposit. dicti §. Gaio, ut procedat, quando non superest persona, quæ ex præsumpta mente testantis excludat substitutum, de plano procedit in casu nostro: prout etiam procedunt aliæ declarationes superius relatæ Sed alius insurgit scrupulus circa dictum §. Gaio. & §. filium, nam uidetur subtiliter intuendo illa iura, quòd loquantur non quando simpliciter facta fuit substitutio sed quando omnes sunt grauati, quo casu quisque censetur post mortem suam de sna portione grauatus, ita uidetur illa iura intelligere Alex. in. l. si pater impuber. ff. de vulg. & pupi. & in. l. si pater filiam §. fi. co. pen. ff. ad. l. falcidi. Aretinus d. l. quidam test. ff. de uulgari & pupi. & ipsum refert clare ibi Iason, dicens, quòd ibi per verba testatoris grauantur omnes restitutione fideicommissi, nam per hoc testator videtur voluisse, quòd quælibet persona grauata consideretur de per se, secus si simpliciter peteret hæreditatem restitui, non dicendo per quem: Socinus. d §. cum ita, nu. 5. 8. 27. vbi addit, Corneum. d. l. penult. Corne. cons. 298. nu. 5. & in fi. lia. 4 Curti. d. l. penul. nu. 9. & clarius Ripa. d §. cum ita, nu. 136. vbi dicit, quòd in dictis iuribus non erat facta substitutio pluribus simpliciter verbis non directis ad grauatos, sed erat facta verbis directis ad grauatos, post obitum vestrũ restituatis, post vos reddatis, ex quibus videtur

tur testator singulos grauare, ideo pluralitas necessariò resoluitur in singularitates. & idem clarè dicit Soci.conf.49.nu.11.lib.2.exemplificans, illos esse grauatos, quã do dicitur, eis substituit, secus si dicatur, post mortem eorum substituo talem, nec dicatur, eis substituo, sequutus Alexandrum in.l. vel singulis circa fi. ff. de vulg. & pupi. & idem clarius Soci.cons.69.co.fi.lib 3.ponderans verbum restituatis, & verbũ, redddatis, ad ostendendũ illos esse grauatos, quare videtur quòd in casu nostro non simus in terminis illorum iurium, quia hic verba substitut. non sunt directa ad grauatos, sed sunt simplicia, idest bona vadant. Attamen videtur quod ista sit nimis subtilis & scrupulosa obseruatio circa dicta iura, & propterea reiicienda iuxta tex.l.fi.ibi subtilitatem uanã risimus C.de legib.&.l.sicut §.si debitori, vers. sed hæ subtilitates a iudicibus reiiciuntur, ff.qui mod.pig.sol.& nouissimè videtur aduertisse Zanch.d §.cum ita nu.1286.vers.nescio ego uidere, & Torniel.nu.139.vers. præterea, ubi affirmat veritatem esse in oppositum, non enim Iuriscon.in.dd.iurib. vim facit super hac ratione, sed rationes decidendi fuerunt illæ superius adductæ, & forsan aliæ quoque, vt per Torniell.num.140.at secundum ueritatis doctorem Alexan. consi.167.col.penul.lib.5.illa est vera ratio.dd.iurium, scilicet quia ex interpretata mente testatoris sicut testator voluit substitutum habere totũ, utroque moriente, ita videtur quod voluerit eum haber partem, altero tantum decedente, quando nõ superest persona quæ ex verisimili mente testãtis substitutum excludat, quæ ratio militat etiam quando verba non sunt directa ad grauatos, sed sunt simplicia: & hinc est quòd Soci.cons.69.col.fi.lib.3.postquam retulit prædictam intelligentiam, subdit doctor. communiter nõ facere hanc differentiam, an verba sint directa ad grauatos: & certe verum dicit, nã inprimis Bar.d.l.quidam test.ff de vulg intellexit.d.iura procedere etiam quando verba non sunt directa ad grauatos, sed sũt simplicia, patet, dũ format.q.iux.d.iura, quando testator dixit, si tales decesserint, volo quòd omnia bona mea deueniãt:& idem sensit Paul.de Cast.d §.Gaio.& cõs. 391.co.3.primũ quæsitũ, in nou.vbi per.d §.Gaio, expresse inquit substitutũ adportionẽ præmorietis debere vocari, quãdo substitutio, facta est hoc modo, tales instituo & post eorũ mortẽ talẽ substituo: & ita loquitur Dur de arte test. Tit.5.cap.16. Tor.nu.136.idẽ sẽsit Cuma.cõs.3.vbi erãt verba simplicia, d.sua hæreditas deueniat: & cõsi.123. Alex.d.l.penul.nu.5.vbi format.Q. per verba simplicia & impersonalia: & in.d.§.cum ita nu.19.& cons.175.col.3.lib.5.vbi erant verba si tales decederent si ne liberis, substituo Gaium: & cons.38.lib.1.vbi uerba erãt simplicia; & cons. 92.lib. 3.ubi residuum bonorum suorũ uoluit dari pauperibus.& cons.167. lib.5. ubi post mortem eorum substituit, & clarè cons.109.nu.7. lib.7. vbi per.d §.Gaio, inquit, quòd si dicam, Ticium, & Sempronium hæredes instituo, & post mortem eorum volo quòd hereditas restituatur Gaio, tamen mortuo primo puta Titio.debet pars sua restitui Gaio: idem sensit Cor. cons.229.in prin.cons.276. lib.3. vbi sunt verba simplicia & impersonalia, si omnes decederent substituit pia loca. Soci.consi. 80. in prin.lib.1.consi.94.lib.4.Gozad.cons.67.nu.8.Alcia.d.l.vel singulis, nu. 12. Roy. cons.125.lib.vbi si.D.&.B.decederent sine filiis voluit quòd bona sua peruenirent ad ecclesiam, & in terminis, de verbis, si ipsi &c.substituit, loquitur Craue.d. consil. 109.in prin. & patet in exemplo Didac.d.cap. Ray. §.8.nu.4.in.fi.vers.exempli gratia; & denique sensit Rip.d §.cum ita nu.129.vbi iuxta.d.iura format.Q. promiscue, instituo primum & secundum quos post eorum mortem, vel si sine liberis decesserint volo restituere hæreditatẽ Gaio, vel substituo Gaiũ; & videtur esse tex. expressus.d §.cum ita, vers: omnia bona peruenire uolo; ex quibus omnibus satis superque constat nos esse in terminis.d.iurium, etiam quando uerba non sunt directa ad gra-

vatos, quicquid aliqui forsan ingenii ostentandicausa in contrarium disputent in trãscursu lectionum;& secundum hanc nostrã conclusionem signanter respondit Alcia;cons.487.eamque defendit in consiliis subsequ.& Paris.cons.42.nu.23.in fi. lib.2.Cephal.cons.132.Bellon.cons.82.nu.7.cum similibus.Cui conclusioni nõ ob. illa leuis oppositio quòd coniunctus,ex illis uerbis,æqualiter & æquis portionibus uideatur præferendus substituto, per ius accrescendi, uel non decrescendi; iuxta Corn..cõs.93.lib.3.Soci.Iun cõs.159.in fi.lib.2.& idẽ Cor.cõs.298.nu.7.uers.& licet d.Biasia,&nu.8,vers. Nec ob.lib.4.vbi inquit non obstare quòd substitutus præferatur couiuncto,quia respondet verum esse,purificata conditione substtutionis, quam purificationẽ ipse negat:sed replicari potest illud esse de quo disputatur.scilicet an sit purificata conditio substit.& ita videtur aduertisse Zanch.nu.1289. vers. secundo aduerte,Præterea si vera esset consideratio Cor. quòd institutus censetur prædilectus arg.l.Publius,sequeretur quòd coniunctus deberet semper & indistincte præferri substituto,quòd est regulariter falsum:& ita tradit Rip.l.re coniuncti nu.126.vers.ista fallentia.ff.de leg.3.vbi etiam nu.128. vers. item dicunt, probatur suprascripta replica formaliter: Et ideo in illo eodem casu Socini.Iun.Alcia.d.cõs. 487.nu.3.non curauit de hac leui oppositione, inquit enim ipse apparere secundũ communes regulas admitti illum.D. Camillum tanquam substitutum & potiorem coniuncto, & hoc defendit etiam in consil.subseq. & ad fundamentum super iure accrescendi respondit etiam Alex.cons.38.nu.3.lib.1.Anchar. cous.390. nu.7. Ias.d.cons.41.nu.5.lib.1.& in illo eodem casu. Rim in. cons.255.nu.19. Sed alia difficultas restat in specie proposita,nam testator dixit quòd instituti hæredes essẽt nudi & puri vsufructarii,ergo non procedit dispos. d §. Gaio, ita Bar.d §. cum ita, per.l.codicillis.ff.de vsufr.leg.Paul.de Cast.in.d §.Gaio & sequitur Alex.d. consi. 91.col.4.lib.1.Iasõ.d.l.pen.nu.9.Cur.Iun.nu.12.C.de impub. cum similib.huic difficultati responderipotest primo negando limitationem esse veram, vt per Angel. Imo. & Alex. d §. cũ ita nu.21.& idem videtur sensisse Soci.nu.27.Rip.nu.135. & signanter Alcia.d.cons.487.& aliis subseq.sed admissa limitatione pro uera respondetur quòd procedit in suis terminis scilicet,quando in vsufructu locus est iuri accrescendi,sed in usufructu non est locus iuri accrescendi, quando coniunctio est verbis tantum, vt videtur esse tex.in.l. si duobus,in.l. idem Neratius, in.l. pen.ff.de vsufr.accres.per quæ iura ita post docto. antiq. concludit Bexuti. in.l. re coniuncti ff.de.leg.3.quem ibi sequitur Crottus.nu.43.& Politus nu,40.dicens hoc esse verissimum & videtur tenere Ripa nu.169.& in proposito videtur quòd isti instituti sint coniũcti verbis tantũ propter illa verba (æqualiter & æquis portionibus,)iuxta not. per Bar.d.l.re coniuncti.nu.11.ibique Iason nu.74.& videtur esse casus in terminis d.l.pen.ibi,æquis portionibus,ergo non est locus iuri accrescendi inter istos cohæredes. sed quonian ista conclusio Bexut.& sequac.est contra opi.Bar.& communẽ, videtur esse haud multum tuta, Quare per aliam viam planiorem, dico nos esse extra limitationem prædictam,nam non sumus in substitutione vsufructus,sed proprietatis, Cum enim testator prius instituerit istos hæredes, & sic proprietarios, licet postea dixerit quòd essent puri & nudi vsufructuarii, non importat usufrnctum formalem, sed causalem, hoc probatur per tex.in terminis.l. species .ff. de au. & ar leg.ibi enim testator species auri, & argenti legauit,& a legataria petiit in hæc verba, Ate.Seia peto,vt quicquid tibi specialiter legaui in auro, & argento, id quoque cum morieris reddas,restituas illi vernis meis,quarum rerum vsufructus dum viues,tibi sufficiet,quæsitũ est,an vsufructus argenti,& auri solũ legatariæ debeatur & iuriscons.respondit,proprietatem legatam,addito oner e fideicommissi, & Bar.

ibi illum lex.summat,quòd qui legat rem,videtur legare proprietatem, & adiectio vt habeat usufructum non facit illum legatum videri,ad idem tex est in.l.Titia.§. fi. ibi,ad vitã vsufructũ,ff.de leg.2.& ibi not.Piccus:& tex.in.l.donationes.§.species.ff. de dona.ex quibus habetur quòd verbum usufructus ponitur pro proprietate, & intelligitur de vsufructu causali,& not.Cæpo.in tra. de serui vrb.cap. 4. vbi infert ad.q.vt per eũ:hinc Bal.cons.95.lib.3.inquit, quòd substitutio facta sub hac forma sed succedat tali modo,quòd toto tempore vitæ gaudere debeat dictis bonis, & eo mortuo prædicta bona perueniant ad fratres,substitutus donec viuit est proprietarius non vsufructuarius,alleg.d.§.species,& ibi not.per per Iac.de Aret.idem inquit in terminis Roma.cons.206. vbi hæres institutus , cum prohibitione alienandi , & onere fideicommissi,adiectis verbis inportantibus vsufructum, censetur proprietarius,non obstantibus illis verbis importantibus vsufructum,per.d §.species , cum similib. vbi habetur quòd si alicui legatus sit vsufructus cũ hoc vt proprietatem restituat post mortem alteri,censetur proprietarius.idem tradit Alex.cons.40.lib.4.vbi erat dictum quòd quidam vsufructuare haberet toto tempore vitæ suæ,& post mortem bona peruenirent ad alium,ille primus censebatur proprietarius , non vsufructuarius,per iura præalleg.est verũ quòd Roma, d.cons.206.licet simpliciter transeat cum prædictis,attamen idem Roma.in sing.563. videtur limitare prædictam §. species non procedere,quando testator imperitia lapsus, non putabat quód mortuo vsufructuario vsufructus rediret ad hæredem , per tex.l. qui fructus.ff.de vsufr. lega.tunc enim vsufructum tantum legare censetur,vt per eum,sed Bar.d.l.qui fructus videre aliter illu tex intelligere;& quicquid sit,ex alio clariss.fundamento probatur præmissa conclusio,nam si testator legat vsufructum,cum hoc,quòd proprietatem alienare non posit,censetur legata proprieta s,quia illa prohibitio alienationis nõ cadit in vsufructu formali,ita notab.decidit Bal.l.Proculsu.ff.de vsufr.ibique Ange.dicens hoc esse quotidianum,& de pane quærendo, sequitur Alex.l. si constante co.prima.ff.50.ma.& in cons.150.nu.1.lib.7. Marsi. sing. 561.& tradit Fulgo. cons.115.co.fi.& in terminis dicit Roma.d.cons.206.at in proposito testator prohibuit alienationem,ergo &c. Et pro corroboratione adduco aliud fundamentum simile, si enim testator instituit aliquem in vsufructu , & post eius mortem instituat alium hæredem,tunc primus institutus erit hæres non solum in vsufructu , sed etiã proprietate,& sic habebit vsufructum causalem non formalem , & institutio illius primi resoluetur in fideicommissum,& erit perinde ac si ille primus institutus esset grauatus post mortem restituere secundo , ita formaliter decidit Saly. in.l. extraneum.q.fi.C.de.hær.insti.ibique post alios Ias.sequitur col.3.Decius.cons. 278.co. 2.ex quibus clarissimè constat hos institutos censeri proprietarios,& consequenter substitutionem non censeri factam in usufructu,sed in proprietate ,& ita nos esse extra limitationem prædictam & interminis videtur esse tex.d §.filium vers.eo contenti sitis viuentes,& expræmissiis confirmatur consilium Grat.124.lib.2.vbi erat substitutio post mortem duorum vsufructuariorum; Retenta itaque hac verissima conclusione quòd sit nunc locus substit. restat tractandum esse de detractione Trebellianicæ,prout in terminis tractat Roma.d.cons.206.& quamquã super hoc non sim requisitus,attamen ex abundanti iuuat insistere, Et equidem primo aspectu v t debatur dicendum,absqe dubio locum esse detractioni Trebel. cum in testamento non fuerit expresè prohibita,iuxta autent.sed cum testator, & ibi not. C.ad.l.falci. sed difficultatem facit singulare dictum Bal.in authen.sed ea. C.eo. tit.vbi per illũ tex.loquentem in Falcidia,inquit idem esse in Trebell.videlicet quòd ex eo , quia testator prohibet alienat.bonorum intelligatur esse prohibita detractio Trebell.&

subdit

esse casum notab.& quotidianum,& aduocatos & doctores communiter nõ aduertere,& sequitur Ange. §.si vero expresim,in autent.de hære.& Falc.Alex.in apposti.Bal.d.auten.sed ea;est verum quòd Roma.d.cons.206 attentat limitare dictum Bal.vt nõ procedat,quando vltra prohibit.alienandi res esset expresè subiecta restitutioni fideicommissi,quia tunc expresio eius,quòdtacitè inest nihil operatur, at Alex.d.auten. sed ea,inquit audacter, quòd Roma.in hoc non scit,quid dicat,rationibus,vt per eum, Quare videre oportet nunquid dictum Bal.in se verũ sit & procedere posit,& profectò rectè intuenti videbatur quòd non,tex.enim incorpore, vnde sumitur.d.autentica loquitur duntaxat in Falcidia,non autem in Treb.vt apparet in autent.vt spon.largi §.fi.& licet aliàs lex loquens de Falcidia intelligatur etiam de Treb.tamen isto casu hoc nõ videtur dici posse,ibi enim censetur prohibita Falcida,quia legatarius permittendo Falcidiã ab hærede detrahi, videtur alienare.l.alienare.ff.de ver.sig.vt declaratCyn.Alberi.& alii.d.autẽt.sed ea,Bar.post glo. d.l.fi.sed ratio ista cessat, quãdo hæres deducit sibi illã quartã,nõ enim potest videri alienare,quòd sibi retinet,nec dicatur quòd fideicommissarii ipsi censeantur alienare relinquendo penes hæredes,quoniam respondetur nullam esse factam prohibitionem expressam alienandi ipsis fideicommisariis in casu isto. Præterea ratio d. §.fi.est,quia testator alienationem prohibuit,vt ibi dicitur,non autem fauor hæredum,aut successorum,ad quos voluit peruenire,& ibi facta est mentio hæredum, & successorum,quia aliàs prohibitio alienandi non valuisset tanquam sine causa,vt declarat Pau.Castr.d.auten. sed ea: Præterea alia ratio diuersitatis considerari potest inter legatarium prohibitum alienare, & hæredem siquidem hæres retinendo Treb.retinet illud,quod est in hæreditate,& in quo semper habiturus est iura directa,at qui retinet Falcidiam, illud retinet quòd testator ab hæreditate separauit,& in quo nec directa nec vtilia iura habet, quia in legatarium statim transierũt.l. a Titio.ff.de fur.merito facilius hoc casu impeditur deductio. item hæres ab initio deducens Falcidiam,eam deducit aduersus tertium, sed deducens Trebel.deducit a principio aduersus se ipsum,quòd facilius permittendum est, sicut facilius permittitur retentio, quam petitio.cap.intelleximus de iudi.ex quibus videtur quòd.d. autent.loquens.in Falcidia non intelligatur in Trebel. & secundum hanc sententiam videtur consulere Bal.cons.498.lib.1.impresio. Mediol.& Areti.cons.19.co. pen.& Cur.Iuni.cons.117.co.1 & nouisimè excell.D.Maria.Soci.Iuni.cons.170.nu 16.40.lib.2.& Alcia.cons.572.qui in eodem casu consuluerunt Veronæ; Attamen salua reuerentia tantorum authorum, non discederem a dicto Baldi,qui fuit equidem vtriusque iuris lumen,teste Fulgos.cons.82.nec rationes suprascriptæ, & si aliquem colorem habere videantur,me mouent, nam ita contra dictum Baldi. prius etiam attentabat Corne.in cons.182.col.pen.lib.2: & tamen respondendo obiectis, & corroborando dictum Bal. cum eo residet;ait tamen rem esse dubiam,& eius dicta non transcribo quia possunt videri, Et opinio Baldi.est sanè crebrior,vltra enim authoritates alleg.per Soc.& Alci.reperio quòd opinionem Bal.sequitur Areti. in tra.de testa.glo.vers.item prohibuit,& glo.vers.mandans &c. Paul.Castr.cons.292. co.fi.in nou:Cardinal.cons.113.Areti.cons.37.Corn.d.cõs.182.lib.2.Gui.Papæ.q.51 Corsett.in tract.Trebel.Crottus.l.filiusfami.§.Diui.numer.21. & in.l. nemo potest numer.41.ff. deleg.1.Roinus.d §.Diui,co.19.,vbi reprobat Areti.d. consil.19.quia detrahens Treb.contra voluntatem testatoris dicitur alienare, & hoc casu sufficit tacita prohibitio Alexandrinus consi.43.nu.12.& consi.73.nu.9.& consi. 147. nu.3. Et nouisimè elegantisimus Doctor.Hieronymus Gratus Bononiensis, consil.21. nu.57.lib.2.& ipsemet Alcia.consi.584.nu.7.versi.quia prohibendo alienationem.

Quid

Quid plura? secundum dictum Baldi, consilio decisino respondit acutissimi ingenii vir Barthol. Soci. vnà cum S. Seuerino, prout habetur in consi. posito, in lectura eiusdem Soci. post tit. ff. ad Treb. ex quibus luce illustrius constat opinionem Baldi esse canonizatam vsque adeo, vt temerarium videri forsan possit in consulendo & iudicando ab ea recedere: & si res dubia, aut obscura esset, vtique capienda esset interpretatio, contra detractionem Trebellianicæ, quicquid secus dicat præalleg. D. Marian. Soc. iun. d. consi. 170. nu. 52. odiosa enim omnino censetur detractio Trebellianicæ, prout attestatur Corn. d. consil. 22. & 182. & Fabian. in auth. nouissima. q. 24. circa fin. C. de inoffic. testamen. Et pro hoc adduco tex. mirabilem l. si pars iudicantium. ff. de inoffic. testamen. vbi habetur clarè, quòd in re dubia, magis fauetur voluntati testatoris, quàm personæ filii, ergo cum Trebellianica detrahatur contra voluntatem testatoris, l. Titia, & ibi not. Alexand. ff. ad l. falcid. in re dubia capienda esset interpretatio contra detractionem ipsius Trebellianicæ, etiam si esset persona filii volens Trebellianicam detrahere; per quem text. ita soleo dicere circa illum controuersum, & valde dubium articulum, nunquid Trebellianica prohiberi posit in liberis primi gradus: quæ cum ita sint, remanet conclusio perspicua nullo pacto locum esse detractioni Trebellianicæ in casu nostro, & consequenter stat principalis conclusio, ad portionem D. Magdalenæ defunctæ statim fore & esse admittendos substitutos, integrè & sine diminutione: & hæc quidem quo ad. 1. q. hactenus. Nunc transeo ad secundam quæst. propositam, & breuiter respondeo, clarum esse, quòd cum secundum formam statutorum Vicentiæ sub rub. de testam. c. 5. fœminæ collaterales ab intestato non succedant, sed detur & assignetur eis tertium eius, quod de iure communi ab intestato habituræ essent, per quæ verba apparet, quòd ipsæ fœminæ non succedunt iure hæreditario, & tanquam hæredes, quia illa verba detur & assignetur sunt obliqua, prout in terminis nostri statuti declarat Pau. de Castr. consi. 382. de iure communi, & consi. 385. ad primum, in nou. & tradit Brun. in tract. de sta. success. ab intestato, car. 58. & Cæpo. consi. 49. nu. 10. lib. ciuili, faciunt tradita per Decium consi. 386. num. 7. & Craue. de antiq. par. 4. num. 79. qui tamen non meminit Decii, vtique filiæ fœminæ Sebastiani, Ioannis Baptistæ, & Petri Antonii non debent succedere, sed ipsis dari & assignari debet solum tertium eius quod de iure communi ab intestato habituræ fuissent, nam testator expressè regulauit hanc suam successionem secundum formam statut. communis Vicentiæ: ergo quatenus filii Sebastiani, Ioannis Batistæ, & Petri Antonii ex forma statutorū succederent, eatenus ex forma substitutionis succedere debent, dictio enim secundum, stat limitatiuè & restrictiuè, ut plenè not. in l. edita. C de eden. & per Barto. in const. titu. ad reprimendū uersi. prout, & relatio facta ad statutū intelligitur facta cum omnibus qualitatibus statuti, ut not. Barto. l. 1 §. fina. circa fin. ff. si fam. fur. feci. & in l. 1. ff. de recepta. & in l. si quis seruum §. fin. uersic. sed quæro testator. ff. de lega. 2. & tradit Deci. consi. 11. nume. 18. & in specie, quando testator expressè regulauit substitutionem secundū formam successionis ab intestato, tradit in consi. 79. colum. 1. uersic. ista difficultas cessat in casu nostro: dicens isto casu rem esse extra difficultatem, ubi consuluit Vicentiæ super testamento olim clariss. D. Simonis de Portis; & profectò ista verba nostri testatoris non possunt importare aliū effectum, quàm prædictum, & aliàs essent superflua, non enim considerari potest quòd aliàs potuisset dubitari, cōcurrentibus pluribus gradibus nepotum, an omnes simul concurrerent, vel quis alteri præferretur, & ideo, vt testator decideret, quòd non omnes admitterentur, sed solum hi, qui ab intestato dispositione statutorum vocarentur, adiecerit illam clausulam, prout contingit dubitari, iuxta tex. l. cum ita §. in fid.

ff.de leg.2.& ibi not.& considerat Cor.cōsi.304.nu.14.lib.3. Nanque in casu nostro nepotes omnes sunt in pari gradu,& consequenter cessat prædicta consideratio,vnde aliud dici non potest,nisi testatorem regulasse,& limitasse successionem secundū formam statutorum Vicentiæ patriæ suæ ad fauorem masculorum & agnationis & familiæ, publicè enim expedit vt familiarum ordinumque dignitas salua sit l.1 §. publicè.ff.de ven.inspi.cum similibus cumulatis per Barba.in rub.de success. ab intest.& alibi sæpe in consiliis.Et hoc suaderi potest,quia videmus hoc esse multum in vsu Italiæ, vbi sunt quacunque iura municipalia excludentia fœminas propter masculos, & agnatos, ad quem vsum, & ad quæ statuta testatores censentur se conformare velle, tradit Barto.& post multos alios Alex.in l.hæredes mei §. cum ita.ff.ad Trebell.& in specie tradit Socin.l.Gallus §. quidam rectè,nu.4.versic. secunda conclusio.ff.de libe.& posthu. vbi inquit quòd stante statuto excludente fœminas propter masculos & agnatos, substitutio facta de fratre, & filiis, intelligitur ita, quòd prius sint vocati filii masculi, quàm fœminæ, per not.d.§.cum ita, & idem tradit consi.90.lib.1. & alibi sæpe. Et suadentur præmissa fortius in casu nostro, quia testator habebat sororem proximiorem,& tamen reliquit eam hæredem pro parte in vita tantum, item habebat filiam naturalem,& tamen ei reliquit nisi certam quantitatem pro dote,ex quibus datur intelligi quòd testator videatur noluisse, quòd neptes fœminæ remotiores essent melioris conditionis, argumento l.Publius.ff.de cō ditio. & demonstratio. & l.si viua matre.C.de bon. mater. Ex quibus, omissis pluribus non necessariis, remanet conclusio dilucida, quòd ex eo, quia testator expressè vocauit filios Sebastiani, Ioannis Baptistæ, & Petri Antonii, non simpliciter & absolutè, sed limitatè secundum formam statutorum communis Vicentiæ,& sic testator expressè regulauit substitutionem secundum formam successionis ab intestato secundum formam statuti Vicentiæ, & ex forma prædictorum statutorum filiæ fœminæ Sebastiani, Ioannis Baptistæ, ac etiam ipsius Petri Antonii non admittuntur nisi in tertio; constat sine dubio prædictas filias nisi in tertio fore, & esse admittendas. Quinimò fortius posset attentari quòd filiæ fœminæ ad aliquam partem non sint admittendæ, prout stante simili statuto Mirandulensi, quòd extantib. masculis agnatis fœminæ, etiam agnatæ non succedant, sed detur & assignetur eis tertium eius, quod de iure communi essent habituræ, videtur inclinare Cæpol. consil.49. in secunda,& tertia quæstione, sed tamen, quia in illo casu testator non regulauerat substitutionem expressè secundum formam statutorum Mirandulensium (prout in casu nostro fecit noster testator) non puto recedendum a prædicta conclusione, tanquam veriore & equiore; pro qua faciunt tradita per Zanch.d §.cum ita, nume.1117. versicu. ita etiam cum eiusdem reseruatione censetur se conformasse; & nume.1185. in fin.versic.vltimo aduerte; Posset insurgere alia quæstio, nunquid substituti intelligantur vocati in stirpes, vel in capita, sed quia super ea non sum interrogatus, non scribo in præsentia, scribam libenter, si opus fuerit.

Pro Martinengo.

EGO adhuc puto ſtatutum noſtrum Vicentinum ſub rubr.de teſtam. & ſucceſsion.ab inteſt.non prodeſſe Vigontiæ,ſequentibus rationib. & fundamentis: Et in primis teneri poteſt illa concluſio quòd regulariter ſtatuta vnius ciuitatis non proſint forenſibus, etiam reſpectu bonorum ſitorum in territorio ſtatuentium, hanc concluſionem originaliter tenuit Guid.de Suza.in q. ſed pone,vbi determinauit quòd ſtatutum non dicitur comprehendere forenſem ad hoc, vt ei proſit argumen.l.fina.C.de fruct. & lit.expen. cum ſimilib. meminit Alberic.q.30. in fin.verſicu. & an forenſes, in prima parte: Eandem concluſionem pulchrè probat Angel.conſil.73.verſic. contrarium eſt verum.Pau.de Caſtr.l.omnes populi, in fin.ff. de iuſt. & iur. vbi.q. an forenſes gaudeant beneficio ſtatuti, & reſpon. quòd ſi ibi habitant, & ſubeunt onera gaudeant, ſicut illi di illo populo, aliàs ſecus: & alleg.Barto.in tract.repreſal.& ſubdit ſe ſemel dixiſſe Bononiæ, in ſtatuto de quo ibi per eum:& verè ita cõſuluit, conſi.345.circa fi.in antiq. Hinc Alcia.in l.inter claras,verſicu.extorres.C. de ſacroſan.eccle.inquit ex illo text.argumentum ſumere pleroſque,vt aduenæ beneficio legum municipalium vti nequeant,quod æquum eſt,ne qui onera non ſuſtinent,priuilegiis fruantur, reſponderuntque ita recentiores(ait)variis cõſiliis, & ipſemet Alcia.conſi,427.nume.1.verſi.confirmatur iterum: Et quòd forenſis non gaudeat ſtatutis dicit de iure eſſe Soci.iun. conſi.181.nume.76.verſicu. & propterea lib.2.Iaſo. conſi.80.nume.3.lib.3. vbi alleg.Guid.de Suzar.& Alexan.conſi.44.lib.5. cum infinitis vulgarib.prætermittendis.Sed in ſpecie quòd ſtatuta excludẽtia fœminas propter maſculos,&ſi bona ſita ſint in territorio ſtatuentiũ, non proſint agnato maſculo forenſi non ſubſtinenti onera, decidit poſt longam diſputationem Alber. Brun. in tract.artic.6.princip.q.1.colum,2.verſi.aut verò ſtatutum, vbi formauit.q. an fœminæ forenſes excludantur per tale ſtatutũ à bonis ſitis in territorio ſtatuentium, & quicquid ſit quoad excluſionem fœminæ forenſis, certè reſpectu agnati maſculi forenſis volentis excludere decidit, quòd cum maſculi, de quorum cõmodo tractatur, non ſubeant onera loci, in quo viget ſtatutum, nec quoad onera ſub diſpoſitione ſtatuti includantur,non debent gaudere beneficiis & fauoribus ſtatutorum, & alleg.Barto.in tract.repræſal.& alia, dequibus per eum: & maximè Bald.conſil. 419.lib.3.in antiq.vbi in terminis conſuluit,quòd ſtatutum non prodeſt forenſi ad excluſionem vterini: & idem Brun. colu.6.verſicu.& quia dixi maſculos: & col.5. verſicu. in hoc paſſu difficili tenerem: ſtante itaque iſta deciſione in terminis huius doctoris, qui materiam tractauit,amplius non eſſet laborandum,nihilominus ex abundanti reperio quòd ſecundũ hanc concluſionem in terminis quòd ſtatutum nõ proſit agnato maſculo forenſi etiam in bonis ſitis in territorio ſtatuentium, conſuluit Alex.conſil.44.lib.5. & in eodem caſu cum Alexand.idem tenuit Barb. conſil. 75.lib.3. vbi ſolenniter firmauit hanc concluſionem:& prædictum conſil. Alexand. refert, & ſequitur nouiſsimè Bero.q.117.colum.2.verſi. ſed maior erat,& in fi.verſ. & ita in indiuiduo tenuit Alexan.& atteſtatur Bero.eſſe comm.opin. Et ſecundum præmiſſa latè conſuluit Pariſ.conſi.12. nume.24.& ſequen.libro 3.vbi poſt infinitas authoritates refert Alex.d.conſi.44.lib.5.optimis legibus,rationibus,& authoritatibus concludere, in materia ſucceſsionis non ſufficere quòd ille, de cuius hæreditate agitur,fuerit ſubditus ſtatuentibus,ſed etiam neceſſe eſt quòd perſona,quæ intendit ſuccedere etiam ſit ſubiecta ſtatuentibus,& inter alia alleg.Brun.loco præal

leg.firmantem hanc conclusionem tanquam com.& veram, quòd forensis non gaudet beneficio statuti : & Paris.ibi nume.27. respondet cuidam obiectioni ex allega. Lappi,& consi.eiusdem Alexan.vt ibi:per Paris.qui consuluit contra Gozad. cons. 49.in eodem casu : sed etiam Gozad. ipse admisit nostram conclusionem in terminis,quando agnatus est forensis,vt patet nume.18.versic.ad sextum : dum respondit ad Corn.consi.94.lib.2.& secundum præmissa etiam tenuit Alexan.cons.41. lib.7. vbi in specie tractabatur an statutũ præferens agnatos cognatis prodesset agnatis forensibus,& concludit Alexan.non prodesse:idem Soci.consi.128.nu.4.versi.sed forensis non gaudet,lib.4.& Crott.l.omnes populi,nume.158.versi.& ex prædictis aliàs inferebam consulendo.ff.de iust.& iur,vbi refert cõsuluisse Bononiæ : & nouissimè admittit Soci.iun.consi.25. nume.73.versi. præterea Corn.lib.3. vbi ait posse tolerari quòd statutũ excludens fœminas non prosit agnatis forensib.iux.Corn.d. cõsi.94.lib.2. Ex quibus remanet conclusio satis fundata, quòd Vigontia agnatus masculus patruelis non debeat excludere Martinengum vterinum ex statuto Vicentino excludente cognatos propter agnatos,etiã respectu bonorum sitorum in territorio Vicentino. Nihilominus ex abundanti dicitur rem esse magis claram propter dispositionem ipsius statuti, non prodesse Vigontiæ præallegatum statutum Vicentinum exclusiuum cognatorum propter agnatos, quia & si aliàs esset dubium, an statuta municipalia prosint forensibus tamen statuentes Vicentini hoc dubium remouerunt. Nam in rubrica quod quisque iuris, cap.fin. lib.2. Declararunt tunc statuta & ordinamenta communis Vicentini prodesse & nocere peregrinis & exteris si habitauerint in ciuitate Vicẽtiæ vel eius districtu. Cum ergo statutũ extet, nulla erit dubitatio.l.ancillæ.C.de fur. Et ita in simili statuto expresè declarãte qualiter statuta de successionibus prosint forensibus si habitent in ciuitate consuluit Bal.consil.419.Ioannes de Albingana lib.3.in antiq.& Ancara.consi.169.nume.2.versi.præterea statuta; vbi subdit quòd non sufficeret, si peregrini & exteri nõ habitantes tempore delatæ successionis vellent postea habitare post ius quæsitũ alteri; & idem tradit Corn.consi.94.lib.2.& maximè in casu nostro, vbi statutũ loquitur conditionaliter,si habitarent, iuxta tradita in terminis per Soci.consil.19.nume.3.versi.vnde statuta non conditionaliter,lib.3.Et idem tradit in alio simili statuto Crau.consi.271.col.3.versi.quarto dico. Quibus sic stantibus,non opus est laborare quomodo intelligendum sit statutum, quòd tale ius reddatur forẽsibus quale redderetur ciuibus in ciuitate forensium,nihilominus, ex abundanti dico quòd vera intelligentia statuti esse videtur, quòd ad hoc vt forensis agnatus masculus legitimus & naturalis, sed descendens à linea illegitima gaudeat beneficio statuti Vicentini oportere, quòd etiam in ciuitate forensis esset simile statutũ propter quod Vicentinus agens in ciuitate forensis præferretur fœminis & cognatis, tanquam agnatus masculus legitimus & naturalis, quanquam descendens à linea illegitima. Sed quia præsupponitur in ciuitate Paduæ esse statutum, quòd agnatus masculus legitimus & naturalis non præferatur, si descendat à linea illegitima. Ergo Vigontia agens Vicentiæ non debet præferri, quia pariter, & Vicentinus agens Patauii non præferretur; & quòd ista sit vera intelligentia similium statutorum probatur primo, ex traditis per Pau.de Castro in authen.cassa,col.2.versi.pone enim, quòd est statutũ.C.de sacrosanct.eccle.vbi stante simili statuto,quòd clericis agentibus in curia seculari reddatur illud ius, quod redderetur laicis contra eos in curia Episcopi,& stante statuto, quòd instr. habeant executionem paratam,dicit Pau. de Castr. clarum esse, quòd si laicus haberet instrumenta contra clericum, non haberet executionem in curia episcopi. Ergo nec si clericus haberet contra laicum deberet habere

bere executionem in curia seculari, vt ibi per eum ita exemplificantem. Secundo probatur clarius ex traditis per eundem consil.345.in fin. versicu. præterea posito. Nam stante simili statuto Bononiensi quòd tale ius reddatur &c. & stante alio statuto, quòd communitas teneatur emendare damnum datum alicui si ignoretur malefactor consuluit ibi, quòd forensis nõ debet gaudere beneficio statuti Bonon. quia non apparebat, quòd tale statutum de emendatione damni esset in patria illius forensis agentis Bononiæ: sed in casu nostro præsupponitur statutum Patauinum esse dissimile statuto Vicentino dum illud statutum requirit agnatos masculos descendentes à linea legitima quæ qualitas non est expressa in statuto Vicentino ergo. Tertio probatur ex traditis per Soci.consi.120.nume.20.versi.& vlt.lib.1. vbi præsupposito statuto dictãte quòd tale ius redderetur &c. Dicit quòd forensis non gaudet beneficio statuti concedentis executionem, quia in ciuitate forensis non erat simile statu.alleg. Paul.de Castr.dicto consil. Quarto probatur clarissimè ex traditis per eundem Socin. consil.292.colum.2.versi. restat nunc lib.2. vbi stante simili statuto, quòd tale ius &c. & stante alio statuto excludente fœminas propter agnatos masculos, dixit quòd agnatus patruus forensis Florentinus gaudebat beneficio statuti Mantuani, quia etiã Florentiæ erat statutũ simile, quòd patruus excluderet fœminas; vnde patet in terminis requiri simile statutum de agnatis excludentibus fœminas in patria forensis: Postremo probatur clarissimè ex Alexand. consi.111.nume.14.versicu.quinimò fertur,& nume.15. versi. item in casu quo consuluit lib.7.vbi tractat an beneficiũ statuti oppidi Leueghi prodesset patruo masculo forensi Tridentino,& præsupposito statuto simili Leueghi, quòd tale ius reddatur, &c. dixit illũ forensem Tridentinũ admitti, quia præsupponebatur quòd in ciuitate Tridentina etiam extabat simile statutum, quòd patruus excludat fœminas, sicut in oppido Leueghi. Aliud exemplum habetur apud Alcia.d.consi.427. Vltimo confirmatur hæc opinio ex statuto, quòd tale ius &c. Sed quid opus est tot verbis in casu proposito, extat enim expressum statutũ Patauinum rubrica 39. fol. 82. disponens quòd statuta non prosint forensibus non substinentibus onera, & non habitantibus &c. Ergo sicut statutum Patauinum non prodesset Vicentino, ita pariter statutum Vicentinum non debet prodesse Vigontiæ Patauino.

De eadem materia habetur supra consil.8.pro D. Vincentio de Bissariis.

Pro Vigontia consuluerat Torniellus, & subscripsit Portius & Catharus, inter consil. Port.consi.127.& consi.86.

X V.

Pro illis de Martinis.

De [illegible] colonoz [illegible] an. xx [illegible] ut supr.

ETSI adeò perspicua sit causa horum pauperum agricolarum & veterum colonorum vt facere allegationes iurium, tàm sit superfluum, quàm in clarissimum Solem lucem inferre, attàmen vt adhuc pateat, non tædet (ex abundanti) comprobare testimonio legum & authoritatum ea, quæ in scripturis eorum in processu deducta fuere: Igitur dicebatur in primis stare illud fundamentum quòd propter solutionem vniformis pensionis ab anno 1488. & citra tanto tempore factam, probatur quòd isti de Martinis sunt coloni perpetui adeò, quòd expelli non possunt, non obstante quòd appareat instrumentum de locatione temporali, ita expresse decidunt Bald. & Angel. fratres, alter maximè theoricus, alter maximè practicus, in l. malè agitur.

C. de præſ.30.ann. Decidunt enim ſignanter, quòd ſi locatio facta fuit pro vno anno, vel biennio, & deinde colonus ſtetit per 30. annos in poſſeſsione ſoluendo mercedem continuò, & propter hoc velit excludere actionem ex locato hoc prætextu, quia in perpetuum ſit locata, & tunc ſi ſoluit vniformiter eandem mercedem, puta ſingulis annis decimam, vel dimidiam, aut decimam partem fructuum, erit verum quòd non poterit conueniri ex locato, vt reſtituat detentationem, non ex eo quòd contra actionem præſcripſerit, ſed quia probata ſolutione dictæ mercedis per tempus longiſsimum, probatur etiam quòd eſt colonus perpetuus, & ideò non poteſt conueniri nec reali actione, nec etiam interdicto vti poſsidetis, quoniam habet iuſtam cauſam denegandi deponere poſſeſsionem, ex quo eſt colonus perpetuus: & prædictam deciſionem refert ac ſequitur Alexan. in appoſtill. Barto. l. item §. qui implero, verſi. nota etiam. ff. loca. & ad eam ſimpliciter ſe remittit Balb. in tracta. præſcript. 4. parte princip. q. 2. in princip. verſicu. quod declara, vt ibi plenè per Angel. & vlterius eandem deciſionem refert, ſequitur, ac defendit Amic. conſi. 150. nume. 20. vbi clarè inquit quòd quamuis illi fuiſſent coloni annuarii, tamen propter lapſum annorum 30. vel 40. ſunt effecti perpetui, & non poſſunt expelli, vt ibi per eum: eandem doctrinam ſequitur Gozad. conſi. 9. nu. 7. verſic. & licet ab initio appareat: & idem tradit in Annot. ad ſtat. Bonon. nu. 189. verſic. & nota: Roy. conſ. 6.. conſi. 75. lib. 1. conſi. 151. lib. 4. cum declaratione tamen, vt ibi per eum, quem refert Anchar. q. 24. in 2. quæſito: idem ſenſit Bero. q. 14. Tiraq. de Præſcription. §. 1. Glo. 4. verſi. decimoſexto; Vaſq. controu. illuſtr. cap. 62. in princip. Beſsian. in conſuetud. Aluern. cap. 16. art. 19. col. 2. verſic. quoniam erant duodecim inſtrumenta: ſed expreſsè deciſ. Bald. & Ang. retulit & ſequutus eſt Afflict. deciſ. 365. nu. 13. verſ. fallit; ex quibus omnibus apparet in iudicando non eſſe recedendum à prædicta doctrina Bal. & Angel. quidquid in contrarium attentauerit diſputando Craue. de antiq. 4. par. nume. 216. maximè quia non audet affirmare, quoniam authoritas Bal. Ange. & Alexan. magna eſt, minuſque auſus eſſet affirmare ſi vidiſſet, vel commemoraſſet alios prӕalleg. & quicquid etiam in contrarium videatur conſuluiſſe Soc. iun. conſil. 63. in 2. dub. libr. 2. vbi ſuperficialiter in hoc tranſiuit, non aduertens ad doct. prӕdict. Bal. & Ang. & ſequacium: nec ob. etiam ſtatutum allegatum in contrarium, nam conſtat ipſum loqui & diſponere in terminis prӕdictӕ diſpoſitionis iuris communis, & ita etiam quando apparet de prӕcedenti locatione temporali; verum eſt quòd circa ſpatium temporis, illud ad maiorem fauorem conductorum reſtringit, & decurtat ad annos 25. tantùm: & certè ex verbis & lectione ſtatuti includitur iſte ſenſus, & patet inter alia ex illis verbis, prӕſumatur & intelligatur &c. illud enim verbum, intelligatur, denotat fictionem. l. hӕres quandoque iuncta glo. ff. de acquiren. hӕred. & ibi not. Aret. & plura cumulat Cur. iun. conſi. 5. nume. 8. vnde infertur quòd & ſi certũ ſit prӕceſsiſſe locationem temporalem, attamen ex ſtatuto haberi debet pro emphyteotico; fictio. n. diſponit ſuper certo, & prӕſumptio ſuper dubio Bal. l. 2. col. fi. verſi. non autem cõtinet. C. de dot. prom. & in ſtatuto loquente per verbum, intelligatur, declarat Corn. conſi. 81. colum. 4. verſic. & maximè, lib. 1. & conſil. 121. nume. 2, verſic. & ſi dicatur, vbi loquitur in ſpecie in ſtatuto loquente per verba, prӕſumatur & fingatur, ergo ex illis verbis noſtri ſtatuti, prӕſumatur & intelligatur, manifeſtè apparet, ipſum prouidere tàm, quando non apparet de locatione, & ſic in dubio, quàm quando apparet, & ſic in certo; nec ob. exceptio ſtatuti, quoniam ſtatutum loquitur expreſsè, niſi appareat expreſſa voluntas contraria infra illud tempus 25. ann. vnde non loquitur de contraria voluntate ab initio tempore contractus, quare & ſi fuerit locatio temporalis ab initio, tamen ſi ea finita, con-

ductor

ductor perseuerauerit per tempus 25.ann. infra quod tempus non apparuerit contraria voluntas locatoris & conductoris, quia non fuerat renouata locatio, equidem conductor expelli non potest; & ita statutum loquitur iuxta terminos dispositionis iuris communis, quam supra probauimus : vnde remanet fundamentum defensum : At aliud opponitur.s.illa dictio (quandocunque) posita in instrumento locationis, sed profectò adhuc fundamentum nostrum procedit; Esto enim quòd verba instrumenti cantarent, prout sibi accommodat pars aduersa.s.quòd habeat libertatem excommeandi quandocunque, quæ tamen non ita cantare videntur, nihilominus adhuc illa dictio nihil obstat, quia subintelligitur.s.legitimo tempore, non in infinitum, non enim potuisset renuntiari expresse, vel tacite præscriptioni tàm longi, & longissimi temporis, iux.not.in l.nemo potest, ff.de leg.1. Hinc Alex. consi.170.lib.7. consuluit, quòd quamuis debitor promiserit soluere creditori ad omnem eius voluntatem petitionem, & requisitionem, quandocunque, seu semper &c. non obstant. quibuscunque &c. tamen currit præscriptio, & idem firmat tanquam conclusionem veram, & communem Balb. de præscrip.5.parte, 5. part. princip.q.6. colum.2.versicu. sed propterea : & in venditione cum pacto retrouendendi, quandocunque, quòd non ob.illa dictione, currat præscriptio lapsu 30. ann. consuluit Ange.consi.55.& decis. Ange.sequitur Fely.rub.de præs.colum.antepen. circa fin.& alibi sæpe, & nouissimè Bero.ibi, nume.74.85. vbi ait esse bene notandum; Ias.l.3.circa fin.C.de insti.& substi. vbi refert secundum illud consi. Ang.pluries de facto interrogatum respondisse, & consuluisse : & idem consuluit Bal.consi. 255.lib.3.in antiq.refert & sequitur Rip.l.fi.q.69.C.de reuo.don.Ancha.consil.331. & hanc opin.tanquam veram, & communem, & tenendam in iudicando, & cōsulendo latè firmat & defendit Bal.4.par.5.par.prin.q.3. & nouissimè Cagno.l.2.nu.77. versi.sed non recedendum.C.de pact.int.empt. & solenniter Soc.iun.cōsi.145.lib.1. vbi refert nume.36.secundum hanc communem opin.vidisse aliàs consultum per solennes doctor.& seipsum aliquando consuluisse, & vidisse secundum illam iudicari; & vltra eum reperio quòd eandem sequitur egregiè Alexandrin.cōsi.3.& attestatur ab ista opin.vti vera, & communi non videri recedendum : & idem tenet consil.75. nume.3.versi.pone quis, Mant.consi.29.nume.31.consi.120.consil.192.vbi asserit esse communem opin.& non habere dubium: Boer.in consuet.rubri.de præscrip §.1.in fin.primæ glo.& in decis.182.351.nume.6. Zasi.consi.12. nume.77.versic. quibus sic se habentibus, & secundum eandem fuit iudicatum in suprema curia Pariesinsi, vt refert Ioan.Montol.in suo vtriusque iuris promptuario, versic.emere, sequitur Tiraq.de Retract.conuen.§.1.Glo.2.nume.7.29. vbi concludit quòd cum hæc opin. Aresto supremæ curiæ fuerit approbata, ea omnino sequenda est: nam & eam quoque communiorem esse, & doct.maioris doctrinæ, & auctoritatis : Boui. pulchrè in tracta.de statut.vrbis præscript.glo.vlt.num.19.& sequen.& nouissimè Didac. Var. Resol.lib.1.cap.9.versicu. His tandem : at rursus opponitur per partem aduersam, liuellum perpetuum de his terris fieri non potuisse, sed facilis est responsio, nam satis constat vtroque iure canonico & ciuili permitti huiusmodi res steriles ecclesiæ alienari, & in emphyteosim concedi, iux.auten.si quas ruinas, & ibi not.Bal.in prima oppos. C.de sacrosanct.eccle. Anchar.consi.fin.colum.7.versi.præterea, Barba. consi.63.colum.4.versi.quinto allego, versi.1. & in rebus syluestribus, cap.ad aures, de reb.eccle.non alien.vbi Papa inquit, illas terras, quæ de syluis extirpatæ, sunt arabiles factæ eis hæreditario iure poteris concedere sub annuo censu tenendas, a quibus suo, vel parentum suorum labore constiterit extirpatas: & in specie de rebus syluestribus, & nemorosis extat amplissimum consil. Corn.consi.181.lib.2. Nec ob.assertus

sertus defectus solennitatum, respondetur enim non seruari de consuetudine in contractu emphyteotico, quòd interueniat solennitas, & ideò hodiernis temporibus contractus tenent & sustinentur de consuetudine, ita attestabatur Alex.consi.79.colum.5.versic.præterea, lib.1.alleg.Specu. idem etiam attestantem suo tempore; sed idem dicebat Azo in summa.C.de sacr.ecclesi.in fin.& Corsett. in tract. de minimis in secunda parte: præterea in rebus syluestribus, sterilibus, & paruæ considerationis, clarum est non requiri solennitates, not.gl.cap.1.vers.commutatio, de his, quæ fi.a prœl.& tradit Federic.de Sen.consi.210.col.2.versi.item huiusmodi: Calderin. consil.11.de iureiuran.& consi.7.in fi.de reb.eccles.non alien.& Corse.d.trac.nu.7. nec alia mens videtur fuisse Decreti Excellentissimi Consilii Rogatorum ann.1412. 27.Octobris. intendit enim solùm prouidere aduersus alienationes, & concessiones, quæ fiant cum damno, detrimento, ac iactura ecclesiarum, vt ex eius procemio apparet, ex quo solet declarari mens, & intentio disponentis l.fin.ff.de hæred. instituend. Barto.l.ambitiosa, numer.27.ff.decr. ab.ord. facien. & eodem modo loquitur constitutio Paulina, de reb.eccl.non alien.in extrauag, ponderando illa verba detrimento, vtilitate, præterquam in casibus a iure permissis, &c. prout d.constitutio.Paulinam explicauit singulariter Alex.de Neuo consi.30.num.3.versi. ex quo infertur quòd constitutio Paulina non habet obstare: & Gramma.consil.28.nume. 10.versi.maximè cum principale propositum, Gond. Villadie.in tract.de Legato.q. 11.in versi.limita etiam nisi res essent modicæ, quod satis innuit d.constit. tradit nouissimè Mandos.in praxi.signaturæ gratiæ cap. si in euidentem, omisso illo dubio, quòd non sufficiat allegare d.constit.sed esse necessarium, quòd sit in communi obseruantia, & sit recepta moribus vtentium, prout fuisse determinatum in Rot.nouissimè habetur in decis.Mohed.6.de quo tamen per Anton.de Præt.in tract. de iurisd.episc.defens.cap.5.num.14.versi.& hoc credo verissimum, vbi attestatur fuisse receptam Florentiæ, & in diœcesi Florentina: Bertac.in tract. de Episcopo in 4.parte, cap.de potestate Episcopi in temporalibus, num.109.vbi refert quòd d. constitutio vbique seruatur, & Vall.consil.15.nume.9.lib.1.Roc.Curt.de consuetu.nu.501. versi item infero quòd valet, Benint.cõclusione 13.nume.9.Cor.consi.6.nu.4.versi. nec de Paulina, lib.4.cum similib. non necessariis: & circa hoc an contractus factus fuerit cum damno ecclesiæ attendi debet tempus contractus, non autem tempus præsens not. glo.d.cap.ad aures, versicu. tunc: Hinc Barto. in l. si quis.C. de omn. agr.deser.illum textum notabat contra illos prælatos, qui postquam vident res effectas ex sterilibus, & syluestribus, fertiles, & aratorias, prætendunt fuisse læsam ecclesiam ex contractu: Præterea esto, non tamen concesso, quòd aliquis consensus Reuerendissimi Episcopi Vicentini requireretur, ex dispositione statu, sub rubrica de contractib.Rector.eccle. equidem lapsu tanti temporis omnia præsumerentur solenniter acta, vt in terminis latè tradit Alexan.consi.79.colum.3.versi.sed præmissis non ob.lib.1.Dec.alios adducens consil.329.nume.5.versi.vltimò, vbi meminit dictæ constitutio.Paulinæ, Grat.consi.142.nume.21.lib.2.Ias.consi.54.col.4. versi.tertio, lib.1.Craue.de antiq.in tertia parte, nume.27.Tiraquel.de præscrip §.1. Glo.versi.trigesimoquinto: Capyc.decis.16.in prin.Gozad.consil.73.nu.2. cui subscripsit, Dec.consi.409.Ferret.pulchrè consil.60.in prin. Vasq.controuers.illustr. cap.63.nu.3.& seq.& cap.39.nu.9. Non ob. denique dũ opponebatur requiri cõtra ecclesiam præscriptionem centennariam, quia illud procedit in ecclesia Romana solùm, non in ecclesiis inferioribus, cap.cum nobis, cap.cum quarta, de præs. & in auctén. vt ecclesia, Romana ex quibus apparet resolutio omnium obiectorum per partem aduersam, & cõsequenter remanet clara iniustitia mandati: at de ipsius ini-

quitate

æquitate manifesta, quid satis dici possit? an quicquã posset esse iniquius, aut durius, quàm quòd isti pauperes agricolæ, qui tot, tantisq; laborib. & sudorib. tanto annorum spacio & curriculo terras steriles & sylvestres ad fertilitatem, arationemq; reduxerunt, vbi nati, educati, lares, certasque sedes statuerunt, nunc culta noualia, casasq; linquentes, paruosq; natos in sinu ferentes, expellerentur, sibiq; illud decantaretur, hæc mea sunt, veteres migrate coloni; Hoc profectò non patitur æquitas, cuius ecclesia præcipuè est cultrix, & auctrix, cap.1. de alie. feu. Hoc non patitur fauor agriculturæ, cuius fauore inter alia infinita Princeps sanxit, quòd quicunque fundũ patrimonialem. i. possessionem ad patrimoniũ principis pertinent. exercuerit, fertilẽ, idoneumq; reddiderit, saluo patrimoniali canone, perpetuo ac priuato iure defendat, & velut domesticũ, & auita successione quæsitũ sibi habeat, suisq; relinquat: Hinc Sum. Pon. decreuit, prout in d. c. ad aures: hinc denique stat illa celebris doctrina nostrorũ maiorum, quòd si alicui fiat locatio etiam per ecclesiã alicuius fundi sterilis, & ad tempus quidẽ fiat locatio, tamen si conductor taliter laboret, quòd ex labore suo fundus fiat fructuosus & fertilis, equidẽ talis locatio ad tempus facta, efficitur perpetua, licet in instrumento secus dicatur, & conductor non potest expelli: Marsil. singu. 550. sed vltra allegatos per eum addo Roma. in §. de uiro. Fallent, 21. incip. Propter rei meliorationem, vbi pulchrè cõgerit: Imo. cõsi. 68. col. 1. in fi. versi. item quia, Alex. in appostill. Bar. l. iusiurandi §. liberti litera F. versi. adde tamen casum, & versi. item limita ff. de oper. liber. Cæpol. consi. 25. nu. 13. versi. & pro hoc allego, Cur. sen. consi. 47. col. 2. versi. sed præmissis, Amic. cõsi. 150. col. fi. versi. præterea, vbi ait quòd cum illi conductores lapsu ann. 40. & 60. de sylua nemorosa nouale, eorũ sudore, fecerint, & ad culturam reduxerint, nullo pacto expelli possunt, vt ibi per eum: Gozad. consi. 86. nu. 22. versi. præterea & tertio: Cur. iun. in appostil. Alex. l. etiam, litera A. versi. & adde. ff. sol. mat. Vasq. d. cap. 39. nu. 19. versi. præcipuè quia erat in casu nostro; & clarè tradit Bero. cap. in præsentia, nu. 378. de prob. vbi alleg. Bar. d. l. quicunque, subdens, (quicquid aliàs dixerit Rom. in singul.) quòd doct. cõmuniter cũ Bar. pertranseunt: idem Bero. cap. quæ, nu. 42. de const. ex quibus cumulatè patet hanc esse receptissimam decisionem: & certè casus est decisus per Pau. de Cast. consi. 63. in antiq. ibi. n. præcedebat locatio temporalis facta per priorem ecclesiæ, sed conductor, eiusq; descendentes permãserant per longissimũ tempus in fundis conductis, eosq; de syluis fecerãt arabiles, deinde quidã prior volebat expellere cõductores, eisq; pensionem augere, quã ab aliis reperiebat: & quidẽ Paul. de Cast. arguit primo contra cõduct. & inter alia adducebat, quòd ibi apparebat de locatione tẽporali præcedente, & cõsiderabat restitutionẽ melioramentorũ: sed his nõ obstantib. decidit pro conductorib. dicens pro eis esse veritatẽ, & æquitatẽ, & mouetur maximè quòd coloni, vel eorũ præcessores prædict. terras de syluis inutilib. fecerãt arabiles & vtiles, propter quod nõ debent eis auferri, sed perpetuo iure eis dimitti eo modo, & censu, prout illucusq; retinuerant, cũ renouationib. faciẽdis de tẽpore in tempus alleg. d. l. quicunq;, & ibi Bar. & alia plura, quæ non transcribo: & respondet adductis in cõtrariũ: cõcludens in vltimis verbis maximè ꝑpter dictas meliorationes factas d. priorem nõ posse prædictis cõduct. res illas auferre: & reperio quòd in illo eodem casu idem cõsuluit Imo. cõs. 68. prælleg. & quãquã Rip. in trac. de peste, c. de remediis præseruatiuis, n. 259. tentauerit reprobare istã decis. Pau. de Cast. tñ saluat in ꝓposito nu. 26. & ꝓ eo facit id, quod subdit nu. 263. versi. nã si emphyteota reddidit fundũ sterilem sua cultura fertilem, vbi loquitur etiã si prælatus vellet ꝓ se retinere: quid igitur amplius? At vlterius denique extant infinitæ literæ Ducales, Decis. Illustriss. Senatus. Sententiæ excellenitss. Cõsil. quæ nũquã voluerũt tolerare

huiusmodi iniquitates contra pauperes rusticos: Quare cõcluditur reuocandũ esse mãdatum quò ad terras signatas litera A. de quib. in inst. ann. 1488. & declarandum quò ad terras signatas litera B. de quib. in instr. ann. 1510. quas ipsi de Martinis agnoscentes bonam fidem, se obtulerunt relaxare, æstimationem meglioramentorum esse faciendam modo, & forma, de quibus in ipso instrumento.

XVI.

Pro D. Elisabeth Pelletta.

in ca matrim. et d. depositionib. testium sup. matrim.

TAMETSI in causa matrimoniali inter D. Elisabeth Pelletam actricem ex vna, & Franciscum Sogarium reum ex altera, per clariss. D. Ferdinandum, diligenter & eleganter, more solito, fuerit scriptum, vt tamen luce meridiana clarius de iustitia dictæ actricis pateat, ista quæ sequuntur, adhuc exarare volui. Et in primis, & ante omnia præsuppono pro constanti libellum actricis fuisse, & esse ritè, & aptè formatum, quamuis enim in eo mentio nulla fiat de expresso consensu contrahentium matrimoniũ, qui consensus est necessarius. l. nuptias. ff. de regu. iur. attamen sufficit quòd proponitur matrimonium fuisse contractum per verba de præsenti, quoniam illa verba, per verba de præsenti exponi debent. s. per consensum qui per dicta verba declaratur, arg. glo. not. in l. recusari. ff. de acqui. hær. quæ exponit illum tex. dũ dicit, quòd recusari hæreditas verbis potest, & subaudit verbis solis, cũ quibus præsumo talem voluntatem, qualem verba declarant. l. Labeo. ff. de suppe. leg. & ita ibi Iacob. de Are. Albe, Rayn. Cyn. Bal. & Aret. dicunt in specie illum tex. cum glo. facere ad excusationem libelli, qui sæpe formatur sic. Proponit talis quòd cõtraxit matrimonium cum tali per verba de præsenti, oppon. quòd talis libellus est malè conceptus, quia matrimonium contrahitur consensu non per verba tantum d. l. nuptias, sed defendi potest, vt exponatur per verba de præsenti. i. per cõsensum, qui per talia verba declaratur: & hoc verissimum est maximè in specie proposita, vbi dictũ fuit, matrimonium legitimum contractum, & ita cum dixit, legitimum, intelligitur interueniente consensu mutuo, quia aliàs non diceretur legitimũ d. l. nuptias; & hæc quidem quo ad ordinem processus præsentis dixisse sufficiat, ad quasdã. n. oppositiones leues nõ opus est respondere. Quare his omissis, & ad merita deueniendo: Dico & cõcludo D. Elisabeth actricem plenè probasse intentionem suam, vz quòd Franciscus reus contraxit legitimum matrimonium per verba de præsenti cũ ipsa Elisabeth, & primo hoc est probatum per depositionem D. Barbaræ, quæ apertè dicit quòd Franciscus Sogarius contraxit verum & legitimum matrimonium per verba de præsenti publicè & coram populo cum D. Elisabeth Pelletta, & quòd post contractũ matrimonium prædictum interuenientib. mutuis consensibus hincinde præfatus Frãciscus desponsauit prænominatam Elisabeth, quia ipsa fuit præsens vidit & audiuit. Secundo idem deponit D. Elisabeth, nam idem dicit de cõtractu matrimonii, & de despõsatione, licet super interrogat. dicat, nescire quis uerba protulerit & quis fuerit prior, quia ob tumultum personarum uerba audire non potuit; satis est tamen quòd uiderit, ut ait desponsationem fieri, desponsatio etenim per annuli immissionem, etiam sola sufficeret, & præsumeretur contractum fuisse matrimoniũ per uerba de præsenti, glo. cap. tenor, & ibi not. Abb. de re iudica. & est text. cap. nostrates, uersi. & postquam arris. 30. q. 5. & firmat Aret. q. 13. col. 2. uersi. circa secundũ; & habetur in summa Angelica uerbo sponsalia, nu. 6. in fin. Tertio idem deponit Barto, nam

nam idem dicit de contractu matrimonii per verba de præsenti, & de desponsatione; & isti tres testes sufficerent, quia in ore duorum vel trium stat omne verbum, cap. cum esses, de testam. l. vbi numerus. ff. de testib. & quòd duo testes tantum sufficiant in matrimonio tex. est, & ibi not. Abb. cap. super eo de testib. Veronens. consi. 1. colum. 2. & etiam si sint fœminæ tradit Barba. consi. 6. nume. 8. col. 3. lib. 1. & Henricus Boych. cap. quoniam de testib. sed vlterius ex abundanti Quarto idem deponit D. Franciscus Galdiolus, cui nihil fuit oppositum. Quinto idem deponit D. Veronica mater actricis. Sexto, & vltimo idem deponit D. Hieronyma soror, quarum testimonium in causa matrimoniali valet, vt infra dicetur. Constat igitur manifeste ex depositione tot testium, quorum duo sufficerent de contractu matrimonii legitimi: & nihilominus pro maiori corroboratione præmissorum, deducitur secundo principaliter publica vox & fama de prædicto matrimonio, præsupposita obseruantia Rotæ admittentis probationem famæ per depositionem testium de publico auditu, prout attestatur, Casiod. decis. 3. num. 7. de probat. Paris. consil. 52. in fin. lib. 3. Ferret. consi. 48. nume. 16. Port. consi. 39. nume. 23. Nam de publica voce & fama, vltra prædict. D. Veronicam, & Hieronymam deponit D. Helisabet Pignataria super 5. cap. & idem in effectu videtur deponere N. V. Domitius, & isti duo testes sufficerent ad probandam famam, glo. ord. 2. q. 1. cap. pen. circa fi. & not. Archi. 2. q. 5. cap. omnibus, cum concord. & est glo. l. 3 §. eiusdem. ff. de testib. & tradit Bar. l. de minore §. plurium, nume. 15. ff. de quæst. Fama vero facit semiplenam probationem, & iūcta cum vno teste de veritate plene probat, glo. ord. cap. 1. versic. fama, de appella. & hoc procedit etiam in causa criminali, quando adsunt aliqua alia adminicula, vt tradit Augusti. de Arimi. in additio. Ange. de malefi. in glo. versi. comparuerunt, versic. quæro an ex diuersis, & Bonifaci. de Vitalin. cap. de indici. in fin. & tradit Aret. cap. veniens, de testib. Dec. cap. 1. nume. 22. de appellatio. & ita in causa matrimoniali firmat Aret. consi. 13, colum. 5. & Dec. consil. 163. nume. 7. & tradit Veronens. consil. 3. nu. 10. At in proposito fama iuncta est non tantum cum vno, sed sex testibus de veritate facti, & alia adminicula adsunt, ergo plenè probatur matrimonium, in probādo enim matrimonio fama multū operatur tex. est cap. illud, & ibi not. glo. & Abb. dicens hoc casu famam plurimum valere; de præsumptio. Quod adsint adminicula patet ex infra dicendis, nam & tertiò principaliter coadiuuantur præmissa ex depositione plurimorum testium de auditu, nam Ioan. de Verona super 5. dicit iam diu intellexisse de prædicto matrimonio, tam a sua vxore assererente se interfuisse, quàm ab aliis personis, secūdo idem deponit Io. Bernardus, dicens audiuisse, si bene recordatur, a Petro eius famulo, quinimo plus deponit se fuisse lætatum cum d. Francisco de ipso matrimonio, & de teste congratulante, tradit Veronens. consi. 5. colum. 2. in fin. cuius non meminit Paris. consi. 49. nume. 16. libr. 4. & Craue. consil. 281. nume. 5. in fin. Tertio idem deponit Antonius Faber dicens audiuisse in domo dicti Francisci, & foras ab aliis personis. Quarto idem deponit N. V. Bonamicus, & licet deponat per verbum, videtur, attamen concludit, quia reddit causam propter admirationem, iuxta declarat Alex. consi. 109. col. fi. versi. & per prædicta lib. 1. Quinto idem deponit Paulus Caporalis testis rei, super interrogat. Sexto & vltimo idem deponit Ioan. de Franchis testis ipsius rei. Cum itaque adsint tot testes de auditu, resultat præsumptio pro matrimonio, quæ hoc operatur, vt transferat onus probandi contrarium in aduersarium, iuxta dictum Arehidiaco. cap. hoc videtur 22. quæst. 5. quod dictum pro singulari, & mirabili refert, & sequitur Roma. singu. 341. Quarto principaliter firmissimè fundantur præmissa ex confessione ipsius Fran-

cisci facta de ipso matrimonio, prout constat ex depositione d. Ioan. Bernardi, dicentis si fuisse lætatum cum dicto Francisco, qui respondit, egli è vero; & plenè apparet ex querela per eundem Franciscum producta contra Io. Dominicum Comestabilem, nam quis dicitur confiteri quod in libello ponit, casus est, & ibi not. gl. & Bald. in l. cum precum. C. de libe. cau. & dictæ confessioni etiam enuntiatiuæ statur contra proferentem, prout est ibi tex. & ibi not. Bald. Ergo standum est confessioni ipsius Francisci affirmantis se accepisse in vxorem dictam Helisabet, eandemque desponsasse præsentibus testibus fide dignis, & cum eadem domina Helisabet consummasse matrimonium, prout latius in dicta querela continetur: Indignum enim lex iudicat quod quis sua voce dilucidè protestatus sit, ab eodem infirmari. l. generaliter. C. de non nume. pecu. quem tex. ad hoc inducit Veronens. consi. 5. nume. 19. & quò standum sit confessioni factæ in libello per d. l. cum precum, tradit in causa matrimoniali, ad aliud tamen propositum, Alexan. consi. 152. colum. 6. versic. præterea lib. 5. & iustificatur dicta cōfessio ex testibus super querela examinatis appellantibus & asserentibus prædictum Franciscum maritum dictæ Helisabet.

Quinto & vltimo præmissa omnia euidenti præsumptione fortificantur scilicet ex eo, quia Franciscus erat captus amore dictæ Helisabet, prout constat ex depositione D. Helisabet Pignatariæ, & N. V. Domitii, necnon D. Veronicæ matris, & D. Hieronymæ sororis ipsius Helisabet. & pro hoc adduco tex. in cap. veniens, ibi, adamauit in tantū quòd vterque de matrimonio contrahendo, de sponsal. & Abb. ex illo tex. not. quòd illicitus amor præcedens non tollit liberum consensum in matrimonio contrahendo, & ait notandum esse hoc dictum, quia quotidie accidit inter adolescentes: & vlterius quòd surgat coniectura pro matrimonio ex amore præcedenti tradit expressè post Hosti. Abb. cap. super eo, col. fin. de testib. & ibi Imola, Henricus Boych, qui ma. acc. cap. videtur. Alexan. consi. 150. colum. 3. lib. 5. Inferentes ex hoc fortificari testimonium matris, & consanguineorum deponen. pro matrimonio, & hanc coniecturam tradit nouissimè Grat. consi. 58. libr. 2. licet prædicta non alleget: & Grammat. consi. 50. nume. 20. Ex his itaque luce clarius apparet plenissimè constare de contractu matrimonii legitimi: & videtur quòd adeo debeat informari mens Reuerendi Iudicis de tali matrimonio contracto, vt aliter nullo modo credere possit, quia adsunt probationes ex testibus de veritate facti concludentes, & ex abundanti concurrunt Fama, Auditus, Confessio, & Amor; & licet quædam ex istis ex se nō sufficeret, tamen probationem concludenter factā simul iuncta vehementer coadiuuant, l. spadonem §. qui iura. ff. de excusa. Nunc restat diluere & infirmare quasdam leues obiectiones factas contra nonnulla ex prædictis fundamentis, & vt clarius veritas inspici possit singulis obiectionibus sigillatim respondebitur. Et circa testes de veritate facti deponentes. Primo opponitur quòd domina Barbara est persona pauper, sed ad hoc respondetur quòd paupertas non repellit testem a testimonio, quia paupertas sola non facit hominem improbum. Inst. de suspect. tuto. in fi. & dicit Specu. in titu. de testi. §. 1. versicu. item quòd est pauper, quòd paupertas non est de genere malorum, & ait Floria. l. testium in prin. ff. de testi. in his, quibus requiritur idoneitas circa fidem, pauperem fidelem non esse reiiciendum, & pro hac sententia est casus, non cauillando literam in auct. de testib §. sancimus, vbi tex. videtur velle quòd artifices viles & obscuri probent, nisi sint aliter suspecti, & ita in causa matrimoniali tradit Areti. d. consil. 113. & Barb. consil. 26. colum. penult. versic. non obstat lib. 4. non obstat quòd ipsa discordet ab aliis de loco, quia negatur, domus enim Antonii de Vello, & Thomæ, vna & eadem est, quia

Thomas est filius Antonii, vt est notoriũ. Non ob. quòd non det aliquem pro conteste, quia longinquitas temporis excusat, tradit in causa matrimoniali Veronens. consil.5.nume.10. Præterea iure cautam non reperitur quòd testis teneatur dare contestes vel eos nominare, nec etiam ratio naturalis suadet, quam sufficit allegare, l.scire oportet.ff.de excusat.tuto. nam sæpe contingit, quòd testis habet notitiam de facto de quo probando agitur, & notitiam non habet de contestibus quia fortè illos non noscit, vel de eis non recordatur, ita tradit Corn.consi.134.in prin.lib.1.& ideo præsumũtur testes, esse contestes, licet vnus non det alium pro teste. Abb.cap. cũ Ioannes.3.col.de fide instrum. Alexan.consi.156.col.5.versicu. item præsumuntur lib.5. Non ob. dictam Barbaram accessisse cum D.Helisabet coram Reuerendissimo Cardinali, quia societas nõ repellit testem, quando est societas amicitiæ, ita post glo.Bal.l.quoniam.C.de testib.vbi idem ait in socio itineris, & tradit Dec.consil.192.nu.9.& modica amicitia non attenditur Bald.cap.1.cap.nuncius de testibus, Cardin.cap.quoties, eo.tit.Bal.l.si quis testib. C.de testib.prout nec modica familiaritas curatur.Cur.iun.consil.168.nu.16. Circa secundũ testem, non ob. quòd sit sibimet cõtrarius, quia hoc negatur, nam deponit quòd ipsa fuit præsens desponsationi, & dicit nescire quis verba protulerit, quoniam camera terrena, in qua aderant, erat plena personarum, & ideo ob tumultum verba audire non potuit, & hoc est verisimile, nec est vlla contrarietas, & ita in simili saluat testem Veronens.d.consi.4.dicit.n.testem probare desponsationẽ & matrimonium licet dixisset quòd non bene intellexerat verba, propter quandam puellam plorantem: Non ob.quòd sit contraria Bar.circa horam, quia hoc negatur, ipsa enim dicit non recordari, sed quòd fuit tempore potius serotino, quàm de mane, Barto.vero dicit non recordari: Præterea cum hora vel tempus non sit de substantia, non dicitur discordia considerabilis, ita Veronens.d.consil.5.nume.8. & plura ad saluandos testes a contrarietate, in causa matrimoniali tradit Barb.consi.40.lib.3. Non ob. quòd sit pauper & vilis, quia respondetur prout supra proximè dictum est: Non ob.quòd faueat actrici propter illa verba, quòd vellet Helisabet vincere, quia hoc negatur, & infideliter refertur dictum ipsius testis, subdit enim illa verba.s.dummodo ius faueat, ex quibus vltimis verbis tollitur obiectio, ita Veronens.d.consi.4.col.1.& Alex.consil.88.col.5. versi. item licet lib.5.Barb.consi.90.colum.4.lib.3.stant igitur duo testes defensi ab obiectionibus, qui sufficerent ad victoriam, & nihilominus ex abundanti vlterius procedendo, & circa tertium testem, non ob. quòd sit homo mali nominis & famæ, & blasphemator, quia oportet probare & referre actus in specie ex quibus testis id colligat, iuxta dictum Barto.l.1.C.de testam. & hoc non fuit probatum, licet enim Hieronymus de Souitio deponat de altercatione inter ipsum Bartholomæũ, & patrem, istud non est magnum quid, quoniam quotidie contingit inter patrem & filium, & inter fratres, sed deinde nihil est, prout experientia docet: Craue.consi.151. nu.19. & licet deponat etiam de blasphemia attamen non probat, quia quòd quis sit blasphemator non probatur per testes singulares, Alexan.cons.72.colum.1.lib.1. & ideo non curandum est etiam de deposit.Bartholomæi de Brendulis de blasphemia deponentis, quia sunt singulares: Præterea si omnes, qui aliquando blasphemãt propter iram, deberent a testimonio repelli, paucissimi essent habiles ad testimonium, prout dicit Decius in causa matrimoniali consil.163.colum.7. Non ob.quòd sit concubinarius, quia hoc negatur, quoniam testes sunt singulares, & sic non probant, Alexan.d.consi.72.colum.fi.versi.item non obstat. Bermond. in comment.de pub.concubin.versi.notorium, num.11.versi. qui reddita ratione suorum dictorum, facit dictum Speculato.de testib.§.1.versic.item quòd est concubinarius, vbi loquitur

tur de concubinario manifesto: Denique esto quòd fuisset infamis quadam infamia facti, attamen non repelleretur a testimonio etiam in causa matrimoniali, quando agitur de matrimonio contrahendo, ita declarat Barb.consi.40.colum.7.versi.& si dicatur, lib.3. Et aduertendum est etiam, quòd esto, quòd fuisset infamis, tamen cũ non sit probatum, eum pro infami habitum & reputatum fuisse, non repelleretur, vt tradit eleganter Alexan.consi.24.col.pen.versic. præterea non sufficit, lib.2.Ias.l. 1.col.3.versi.& ita ex omnibus supradictis.C. de testamen. Præterea si quis defectus ratione infamiæ posset impingi huic testi, equidem eius defectus suppleretur propter numerum sufficientem aliorum duorum testium idoneorum, iuxta dictũ Bal. l.si quis §.cogentur, in fin.ff.de eden.& ibi Ias.nume.11. Nec ob.id quod subiicit ibi Ias.nume.12.versi.aut est talis, quia loquitur quando omnes testes patiebantur defectum:& tamen etiam eo casu contrarium firmat Alex.consi.149.col.3.versic. potest etiam lib.5.vbi loquitur in causa matrimoniali. Quarto testi.vz D. Francisco Galdiolo nulla facta fuit oppositio, & meritò quia nulla fieri aut excogitari poterat. & ideo summè est aduertendum quòd ex hoc solo teste habetur semiplena probatio, vt superius etiam dictum fuit. Circa.5.testem non ob.quòd sit mater actricis, quia fauore matrimonii receptum est, vbi partium conditiones, status, diuitiæ, honores æquales sunt, vel etiam modicus excessus in eis inueniatur, matrem pro filia rectè posse testificari, tex.est & ibi not.glo.Abb.& Aret.& omnes communiter, cap.super eo, de testib. At in proposito nulla disparitas proponitur, vel si proponeretur, modica esset, ergo mater admittẽda est, & corroboratur hoc ex ea præsumptione.s.quia Franciscus erat caput amore d.Helisabet, quo casu coadiuuatur depositio matris, prout tradit ibi Hostiens. Abb.Imo.& alii superius adducti:& tradit Deci.d.consil. 163.col.pen.versic.& ad hoc accedit. & Crot.tracta.de teste.car.7.colu.4. Præterea depositio matris coadiuuatur etiam ex aliis præsumptionibus & coniecturis.s.ex confessione dicti Francisci, ex publica voce, & fama, & ita in specie declarat Barb. consi.26.colum.fi.versi.secundo etiam, lib.4. Non ob.quòd dixerit velle filiam vincere, quia per hoc non repellitur, intelligitur enim si iustitia hoc patiatur, ita in causã matrimoniali tradit Barb.consi.90.colu.4.lib.3. Facit dictum Alexan. consil.88. col.5.lib.5.vbi eleganter saluat testem dicentem quòd exponeret corpus pro parte; sit sanè affectio in matrem ad filiam, ea tamen intra fines honestatis & rationis continetur, si quidem & pro filia in matrimoniali causa data paritate qualitatũ vel modico excessu, vt supra dicta est, mater testificari potest, ea affectione non obstante: & ita etiam responsum apparet ad id, de honore & iniuria.s.dependente ex victoria causæ, & vlterius non est opus repetere: ea enim ratione attenta nunquam mater admitteretur, quod tamen est notoriè falsum d.cap.super eo. Circa sextum & vltimum testem, non ob. quòd sit soror actricis, quia si matris testimonium admittitur vt supra deductum fuit, multo magis admittenda est sororis testificatio: tradit Butr.Abb.Imo.& alii in d.cap.super eo: Dec.d.consi.163.Barb. consi.40.colu.fin.versicu.& multò fortius lib.3. & ita in effectu Soci.consi.17.colu.penul.versi.vel secundum alios, lib.1.dicens eo casu quo æquales essent vir & mulier, testimonium sororum non esse suspectum, quam conclusionem communem esse affirmat, & eam refert se esse sequutum: Non ob.quòd sit vxor sollicitatoris, quia & ipse sollicitator non repellitur, quando sollicitat sine salario, & allegãti sollicitationem cum salario incumbit onus probandi, Roma.consi.420.& videtur ita voluisse Rota in nou. decis.154.sollicitator: Præterea vxor non repellitur indistinctè a testificando in causa mariti propria Abb.cap.in litteris, circa fin.de testib.ergo multo minus repellenda in hac causa aliena: pro hoc Abb.consi.52.versic.nec obstat lib.1. vbi inquit vxorem

tutoris

tutoris admitti, quia causa non est tutoris cum cōmodum, vel incommodum ad eū nō spectet, Non ob. quod dicat velle Elisabeth vincere, quia subdit quòd vellet ius habentem vincere, ex quo saluatur dictū eius præcedens, prout superius declaratū fuit: Non ob. quòd tunc esset puella iuuenis, quia quis potest deponere de eo quod uidit in ætate puellari, gl. & ibi Aret. §. testes, Insti. de testa. ordi. & denique non obstat quòd dicat interfuisse ducentas personas, & tamen ex tanto numero nullus legitimus testis apparet, quia hoc negatur, vltra. n. matrē & sororem adsunt quatuor testes legitimi, inter quos adest vnus cui nulla fuit facta oppositio, v3, D. Franciscus Galdiolus, & duo testes sufficerent, & maximè stante longitudine temporis, iuxta l. peregre. ff. de acqui. poss. & ex his remanent confutatæ omnes oppositiones etiam leues & minimæ factæ contra personas, & dicta testiū examinatorum pro actrice. Restat vnum tantum. s. quod in genere dictum & oppositum fuit, in causa matrimoniali requiri testes omni exceptione maiores, & hos testes non esse omni exceptione maiores, sed respondetur negando: nā illi dicuntur omni excep. maiores, quibus nulla exceptio legitima fieri potest cap. 1. de consangui. & affi. & ibi not. glo. At hic nulla exceptio legitima facta fuit, ergo: præterea est diligenter aduertendum quòd præsuppositum non est verum indistincte, nam si requiruntur testes omni except. maiores in causa matrimoniali, profectò illud procedit, quando agitur de dissoluendo matrimonio, non est ita quando agitur de matrimonio contrahendo, tunc enim stamus regulæ quòd admittantur testes, si non sunt a iure prohibiti, quia omnia iura fauent matrimonio contrahendo, ita reperio quòd declarat solenniter Barb. consi. 40. colum. 5. versi. ex quo tollitur, lib. 3. & Dec. d. consi. 163. colum. 4. versic. secundo respondetur, licet non alleget Barb. in d. consi. 40. lib. 3. & ita etiā videtur velle Cro. tracta. de test. car. 9. colum. 3. versi. tertia sit conclusio: Soci. iun. consi. 29. num. 9. lib. 2. & Craue. consi. 281. num. 6. versi. secundo, Ferret. consi. 148. Natt. consi. 537. nu. 51. & seq. & videtur admittere Roy. consi. 149. nu. 32. & consi. 152. nu. 15. lib5. vbi defendit suum consilium ab obiectis per Dec. d. consi. 163. in illo eodem casu; stant igitur testes actricis defensi ab oppositionibus, & ideo ex hoc fundamento super testibus deponentibus de veritate ipsius facti; resultat manifesta probatio matrimonii. Transeo ad quartum principale fundamentum pro actrice factū super confessione ipsius rei, (circa enim secundū & tertiū fundamentū principale. s. super fama publica, & auditu nulla facta fuit oppositio) & in primis nō ob. dum dicitur confessionem Francisci esse probādam aliter, quàm per exhibitionem copiæ querelæ, ex quo Frāciscus negat produxisse querelam; quia respondetur quòd doct. Abb. cap. fin. de cōfess. allegata non meruit allegari in proposito, nam non fuit bene intellecta, vera enim intelligentia est. s. quòd si negetur confessio facta in iudicio probari debent per testes. s. quando non appareat scriptura de ipsa confessione. Et quòd ita intelligendum sit dictum Abb. patet dum mouetur per dictum in simili de sententia, iuxta cap. sicut de re iudic. & tamen ibi habetur quòd sententia probatur per testes. s. quando scriptura sententiæ fuit deperdita, ita expressè declarat ibi Abb. in 3. notab. vnde doctri. Abb. in d. cap. fi. de confess. intelligitur secundum not. per eundem in d. cap. sicut, iuxt. dictum Bar. l. non solū §. liberationis. ff. de libe. lega. Non ob. quod neget produxisse querelam, quia standum est actis publicis Cancellariæ, quicquid ipse neget, nec requiruntur testes, casus est in cap. quoniam contra, de probatio; nō ob. negatio Parulphi, & eius vxoris, quia statur actis publicis d. cap. quoniam contra, præsertim quia notarius habet vim duorum testium, imo duo viri idonei non æquiualent notario, vt colligit Aret. in d. cap. quoniam contra, per illum tex. & quādo testis negat, statur magis not. quàm testi, cap. ad audientiam, & ibi not. Abb. de

præscrip.

præscrip.vbi loquitur de scriptura notarii,& ita etiam intelligit Decius d.cap.quoniam contra nume.9. Non ob. quòd actrix approbauerit personam Parulphi, & eius vxoris ex productione: quia nihilominus potest eorum dictis opponi, vt not. d.l.si quis testibus.C.de testib.Craue.de antiq.par.1.nume.107.157.Didac. Var. re sol.lib.2.cap.13.colu.3. & tradit in causa matrimoniali Veronens.d.consi.3.nume.8. versi.& licet:& si actrix non posse opponere, attamen Reuerendus Iudex debet inspicere quanta fides testibus adhibenda.l.3 §.tu magis.ff.de testibus. Non ob.quòd quando testis negat interfuisse instrum.seu scripturæ,instr.seu scrip.corruit, quia illud non procedit in actis iudicialibus, vt patet ex prædictis, & pro hac differentia facit glo.& Abb.d.c.quoniam contra,colum.4.versic.tertio oppo. dum facit differentiam inter contractus & acta iudicialia. Non ob.quòd creditnr Notarium fuisse deceptum per suppositionem personarum,quia non oportet credere,sed probare,nec est credendum de suppositione personarum, quia fuisset commissa falsitas.l. qui falsam §.accusatio.ff.de fals. & ideo allegāti suppositionem personarum incumbit onus probandi,vt colligitur ex Dec.consi.342.& similiter fuisset commissa falsitas ex mutatione nominis.l.falsi.ff.de fals.& ideo dicit Bal.in rub.C.de fid.instrum. quòd raro contingit quòd notarius in hoc decipiatur,& iura adaptantur ad ea quæ frequentius contingunt, vt ibi per eum colum.4. & in l.conuenticulam col.penul. C.de episco.& cler.Non ob.quòd clausulæ insolitæ in querela,quia negatur in proposito,erat enim necesse exprimere de matrimonio, iuxta Bal.l.ita demum, in fi.C. de procura. & Roma.consil.167. & fuit conueniens exprimere de copula carnali, attenta ætate Francisci,qui non erat ætatis ad summum virilis,& maioris,quamuis tamen esse ætatis adultæ, & euidenter aptæ ad matrimonium; & attento etiam modico interuallo temporis inter matrimonium & abductionem, vnde ad abūdantem cautelam potuit exprimi de carnali copula:& ideo dicit Alber.in l.non ex eo,C.de euict.non causari malam fidem ex cautela adhibita:& est tex.l.testamentum in fi.C. de testam.Non obstat quòd non reperiatur aliquis Gregorius de Soncino datus testis in querela,quia ista negatiua non est probata,oportebat enim probare quòd reperiri non potuisset quin ipsi testes vidissent,Glo.& Abb.c.bonæ memoriæ, de electio.in versi.per veram naturam, & versic.singulares,Alex.consi.4.nume.4.lib.6.at hoc modo testes ipsi non deponunt: Præterea potuit de facili errare & æquiuocare capiendo illud verbum de Soncino pro illo verbo,de Como,& maximè quia hic verificantur tres qualitates.s.nominis, artificii, & habitationis, & ideo non obstat illa qualitas agnominis,iuxt.l.si quis in fundi,& ibi not.ff.de leg.1. & per Bart.l.demonstratio falsa,ff.de cond.& demon.Alex.consi.105.lib.6. & de errore in qualitate loci,vel terræ originis tradit Ange.& Imo.in l.his verbis.ff.de hære.instit. & Bal.d.l.si quis in fundi:& in qualitate artificii tradit Imo.& Bal.prædicta l.si quis in fundi: ex his itaque constat & apparet de confessione Francisci.At ipse insurgit dicens ipsam confessionem non nocere ex pluribus,quæ non subsistunt,& primo. Non ob.quòd iudex secularis non cognoscit principaliter de matrimonio,quia causa ista non agitur coram iudice seculari, sed ecclesiastico: & coram eo deducitur confessio facta coram iudice seculari: quæ quidem confessio etsi facta censeretur coram iudice incompetenti,attamen valeret saltem tamquam extraiudicialis, prout in specie concludit Dec cap.at si clerici num.17.de iud.vbi asserit hanc esse opinionem communem, & veram: & ponderandum est quòd loquitur in confessione clerici, & sic in confessione facta coram iudice penitus incompetenti, cuius iurisdictio nullo pacto prorogari poterat,iuxt.cap.fin.de fo. compet. & quamuis aliqui isto casu contradicant,propter d.cap.at si clerici, attamen etiam attenta eorum opinione, ea quidem

opinio

opinio non obstaret, quia ipsi mouentur ex eo, quoniam ibi clericus fuit tractus inuitus ad iudiciũ, & est ratio; quia ille qui est tractus inuitus ad examen vetitũ præsumitur coactè confessus & non voluntariè & maximè in clericis, vt inquit tex. cap. laicos. 3. q. 7. & hanc declarationem, sequendo Innocentium in cap. per inquisitionem, de electio. tradit Abb. d. c. at si clerici, col. 5. versi. ego puto: & ibi Aretin. & refert & sequitur Socinus l. magistratibus col. 3. versic. ad textum vero. ff. de iurisdict. omn. iud. & ipse Soci. ibi col. fin. versic. sed hæc limitatio, clarè dicit, communem mentem doctorum tenentium illam opinionem, moueri prædicta ratione, scilicet, quia clericus tractus fuerat inuitus, aliàs secus: at in proposito ista ratio cessat, quia Franciscus voluntariè accessit ad iudicium, & sponte sua confessus fuit D. Elisabeth esse suam vxorem, & cum ea consummasse matrimonium, ergo sumus extra omnem difficultatem, & ideo secundum opinionem omnium talis confessio, in se, valet, non obstante quòd esset facta coram iudice peritus incompetenti, cuius iurisdictio nullo pacto potuisset prorogari. Et ex his patet non obstare id, quod opponebatur quòd confessio est facta in alio iudicio, & criminali, & inter alias personas, nam quicquid sit in testibus, certè in confessione illud non procedit, confessio enim per aliquem facta in vno iudicio inter certas personas, sibi præiudicat in alio iudicio inter alias personas, per tex. d. cap. per inquisitionem, & ibi not. per Inno. & ita fuit decisum in Curia Delphinali, prout refert Gui. Pap. q. 254. vbi adducit rationem diuersitatis, quia multa possunt opponi contra testes, vel instrumenta, sed non sic contra confessionem, alleg. d. l. generaliter. C. de non nume. pecu. & ita etiam tradit Alcia. l. is apud quem, col. penul. de eden. vbi inquit pro regula traditum esse quòd confessio in vno iudicio facta, in alio iudicio obest, quod indignum lex iudicet, quod quis sua voce dilucidè protestatus sit ab eodem infirmari, & ideo non referre coram iudice confessum sit, an coram arbitro, iudicio summario an plenario: valido an inualido, principaliter an vim in causæ, ciuili an criminali: vt ibi per eum. Non obstat quòd fuerit facta parte absente, quia respondetur quod de iure canonico non requiritur partis præsentia, ita singulariter dixit magnæ authoritatis Doctor Butri. cap. si cautio, de fid. instrumen. & sequitur ibi Imo. Cardina. & Moderni affirmant hanc esse opinionem communem, & pro singulari refert Marsil. singul. 627. & tradit Aretin. consi. 60. col. 1. & in causa matrimoniali sequitur Barba. consi. 40. col. 10. versic. & licet ista, lib. 3. Deci. egregiè consil. 163. Port. d. consi. 39. nume. 15. & nouissimè sequitur in causa matrimoniali Gratus dicto consil. 58. nume. 3. lib. 2. & ideo non est curandum de Abb. d. cap. si cautio, & dicto cap. fina. de confess. qui asseritur contrarium tenere; & præsertim quia sumus in causa spirituali, iuxt. dictum Bald. cap. innotuit, de electio. Nam in istis concernentibus animam, vel tangentibus materiam peccati Deus recipit loco absentis, & in talibus sola veritas debet attendi non subtilitas iuris positiui. Sed quid opus est pluribus? Nam ex quo confessio facta est in libello, & scriptura; perinde est, ac si facta fuisset parte præsente, ita Bald. l. prima, colum. penult. C. de confess. tradit Iaso. l. 2. numer. 4. C. de Instit. & sub. Marsil. Repeti. de probatio. numer. 82. & ratio est quia scriptura semper loquitur, & declarat Bartol. l. nuda. ff. de donatio. & in specie in confessione in libello facta, tradit in l. certum §. si quis absentem. ff. de confess. & ita etiam declarat, & intelligit Abb. dicto cap. fina. colum. 5. versicu. prædicta intelligo, de confess. Non obstat, quòd confessio sit facta per verba enunciatiua, quia quicquid sit in verbis enunciatiuis prolatis in instrumentis, vel scripturis, seu epistolis, quo casu etiam videtur, quòd verba enunciatiua probent, etiam si enunciatum reuocetur in dubium principali-

ter, prout tradit Soci.consi.68.nume.7.in fi.lib.4. dicens hanc esse magis communem mentem legistarum:attamen sumus in re clara & extra difficultatem,quoniam sumus in confessione facta in libello, quo casu verba etiam enuntiatiua attenduntur, & confessioni per verba etiam enunciatiua statur d.l.cum precum, & ibi not. Bald. Superest labefactare potissimum fundamentum rei.s.super eo, quòd asseuerat, esto quòd matrimonium fuerit plenissime probatum, ipsum tamen matrimonium fuisse inualidum ex defectu ætatis ipsius Francisci: quod quidem fundamentum facillimè conuellitur,& in primis pro constanti præmittendum est, onus probandi minorem ætatem incumbere ipsi reo, quia præsumitur matrimonium contractum fuisse legitimum, & in specie quòd actus præsumatur factus in ætate legitima,text.est in cap.in præsentia, de probat. & ibi not.Dec.10.not. & communis doctri.est, quòd fundanti se in ætate minori,vel maiori onus probandi incumbat,Deci.d.cap.in præsentia,nume.50.& consi.682.nume.16.& ita,vltra Alexan.consi.149. lib.5.in causa matrimoniali etiam tradit Aretin.consi.82. col.penul.versi. & si puella.Nec ob.quòd hoc non procedat quando allegans minorem ætatem est in possessione,quia esset nimis restringere prædicta, vt fatetur ipse Abb.d.cap.in præsentia: Hinc Bal.consi.264.lib.1.postquam hanc opinionem retulit,deinde ab ea recedens dicit, Ego semper præsumo ætatem contra contrahentem, quia est solennitas seu substantialitas intrinseca:vt per eum,idem Ripa.l.ex facto §.si quis autem.ff.ad Trebell.vbi loquitur in possessore allegante testamentum factum a pupillo:Præmittendum est etiam pro constanti matrimonium fuisse contractum de anno 1528.de mense Maii vel Iunii,prout apparet tam ex depositis testium actricis, quàm ex querela: Nec ob.depositio Pauli Caporalis testis rei, dicentis quòd de anno 1527.d.D. Elisabeth iuit ad habitandum cum Ioan. Dominico Comestabile: quia hoc est falsum & impossibile stante querela & deposit.testium actricis, quibus magis credendum est,quia deponunt certius propter memoriam notabilem ann.1528.ob morbum impetiginum:& maxime quia ipse Paulus habuit respectũ ad tempus Regiminis,quòd tempus licet inceperit de anno 1527.attamen durauit quasi per totum annum 1528. & ita de facili potuit æquiuocare: Ioannes vero de Franchis non deponit de anno 1527. Aloisius autem licet deponat de anno 1527. tamen laborat eodem morbo, quo Paulus eodem morbo laborat Lucas: His præsuppositis, constat euidenter Francisc. tempore matrimonii fuisse annorum 14. vel saltem annorum 13. & mensium vndecim vel decem, etiam attenta capitulatione ipsiusmet Francisci, qui capitulauit se natum fuisse de anno 1514. de mense Iunii: ergo absque alia disputatione circa veritatem capitulorum, & testium superinde examinatorum, apparet dictum Franciscum fuisse in ætate legitima, nam clarum est quòd proximus pubertati potest matrimonium contrahere, cap.continebatur, cap. de illis 2. de despon.impub. & proximus pubertati intelligitur ille, qui distat per sex menses ab annis 14. glo. d.cap. continebatur, & in cap. attestationes; & firmat Innocen.d.cap. continebatur, dicens hoc tenendum, quicquid dicant glo. aliæ: & hoc tamen intelligitur si malitia suppleat ætatem, iux.text.d.cap.de illis, & cap.fin.eod.titu. & cap.1. eod.titu. in 6. & tradit Corne.consi.116.lib.1. malitia vero dicitur supplere ætatem, quando seinuicem cognouerunt secundum Tancred. & Hostiens.d.cap. de illis: & aliter non, per d. cap. de illis, sed hæc intelligentia violat illam literam, quæ non requirit copulam interuenisse, sed interuenire potuisse, quod patet ex illis verbis, scilicet, si ita fuerint ætati proximi, quòd potuerint copula carnali coniungi: & hoc exprimit ibi Innocen. & Ioan.Andr. qui dicit hanc secundam intelligentiam esse veram, & probari per cap.fin.eod.titu. & per cap.1. eod.
titu,

titu.lib.6. qui tex.optime probant ad verum matrimonium sufficere quòd contrahentes sint proximi pubertati, & quòd in eis malitia, seu prudentia.i.vigor naturalis,vel carnalis concupiscentia,vel potentia coeundi suppleat ætatem. & ita in effectu resides Abb.d.cap.continebatur in fi. & expresius in d.cap. de illis: & ita tenet etiam Sum.Ange.versi.matrimonium,impedimento 16.nu.5.& prædicta procedũt nedum quando constat quòd proximus pubertati erat viripotens ex eo, quia cognouit carnaliter alias fœminas, (quia si cognouisset vxorem non esset dubium) verum etiam si ex aliis signis apparere poterat de viripotentia, vt ex aspectu corporis vel aliis signis,& ita post Innocen.declarat Abb.d.c.de illis circa fin. dicens hoc probari argum,cap. attestationes,eo.titu. vbi nixus ad copulam cum consensu præstito propè ætatem legitimam, sufficit ad matrimoniũ, & ibi hoc idem not. Abb.& pro hoc etiam dicit facere d.cap.de illis, dum dicit quòd potuerunt, & sic solũ videtur requirere potentiam, & videtur eã requirere ex signis, dum dicit, si ita fuerint proximi ætati &c. & hoc idem not.Abb.d.cap.fin.eo.titu. & reperio quòd ita in indiuiduo.s.quòd proximi pubertati potuerint contrahere matrimonium ex eo, quia malitia supplebat ætatem,ex habitudine corporis,sine probatione alicuius copulæ, vel nixus ad copulam,ex facto respondit Cardin.Zabar.consi.4. Ergo habetur decisio casus nostri, nam Franciscus fuisset proximus pubertati nedum per sex menses, sed per vnum vel duos tantum, & malitia supplebat ætatem, prout constat nedum ex signis & habitudine corporis, verum etiam ex ipsa carnali copula sequuta cum d.D.Elisabeh, prout apparet ex querela,& ex testibus, ergo resultat clara decisio matrimonium fuisse legitimum: non obstante asserto defectu ætatis dicti Francisci:& ista opinio in dubio esset amplectenda, vt excludatur peccatũ, peccat enim contrahens matrimonium ante ætatem legitimam,tradit Angelica vbi supra, nu.7. Sed vlterius constat non esse concludenter probatum, quòd Franciscus natus fuerit de dicto anno 1514.de mense Iunii.Et primo Seraphinus non probat, quia testis deponens de ætate ex auditu patris non reddit bonam rationem, secundum Barto. consi.92.Alex.consi.149.col.fi.lib.5.& Corne. consi.21.col.1.lib.3. vbi respondet ad d.Bar.l.de æta.ff.de mino.vbi ait sufficere reddere rationem, quia est vicinus: vt ibi per Corn.eodem modo respondetur depositioni aliorum testium similium:ex quibus liquet prædictos testes non probare concludenter & legitimè deducta in cap.5. Franc.natum fuisse de anno 1514.& profectò est quasi imposibile quòd prædicti testes potuissent recordari præcisè de anno 1514. cum non reddant rationem memoriæ ex aliqua notabili qualitate,vt mortalitatis,bellorũ & similium,iuxt.gl.l. de ætate.C.de in integ.restit.& per Barto.d.l. de ætate; tempus enim de facili è memoria excidit,l.peregre.ff.de acqui.pos.& in specie dicit Bal.l.cum te.C.de probat. & ex his tandem patet fuisse penitus euersum fundamentum rei factũ super minori ætate: & consequenter responsum esse omnibus oppositionibus adductis per eundem reũ: & ideo remanet probatio luce clarius perspicua pro matrimonio: adeò quòd non opus est intrare materiam iuramenti suppletorii,de quo nouisime extat consi. doctis.& elegantis.Grauatii 82.in 1.volu.consi.matrim.& quando quidem res dubia,aut obscura esset, (quod omnino negatur) attamen in dubio esset pronũtiandũ pro matrimonio,cap.fi.de re iud. & ibi Abb.cum cõcord. pro quibus faciunt tradita pulchrè per Soci.iun.d.consi.29.col.pen. versi. nouisimè lib.2. & in illo casu Zasi. consi.9.lib.1. & consi.2.lib.2. Reiectis ergo rei euasionibus & inficiationibus confidimus quòd Reuerendus D. Iudex sit iudicaturus pro matrimonio.

QVanquam res agatur corã iudice Reuerendo & doctiss. attamen ex abundanti, perstringentur aliqua pro infirmandis & diluendis fundamentis adductis ex parte aduersa, reliqua.n. supplebit eximia doctrina ipsius Reuerẽdi D. iudicis. Igitur primo non ob. illud fundamentum, quòd ob appellationem interpositam, Reuerendus D. Vicarius redditus est suspectus, etiam in alia causa cap. ad hæc, de appellat. &c. Respondetur enim quòd imò ex sola appellatione ab asserto grauamine non redditur iudex a quo suspectus, ita secundum intellectum communem habetur in d. cap. ad hæc: & licet ibi Moder. disputent, tamen intellectus communis præualere debet in practica, vt ibi expresse affirmat Felynus: Præterea est dubium an oporteat probari, quòd iudex grauauerit malo animo, ex mente, & proposito, & quòd sic, tradit ibi Dec. in fi. Nec etiam ob. quòd etiam non posset committi eidem Vicario nisi per Papam. Nam hoc negatur, quando appellatio est friuola: tradit Gemin. d. cap. cum appellationibus §. 1. col. 5. versi. secundo nota: & Franc. d. cap. ad hæc in fin. At aduersarius hic insistit friuolè euidenter, stante repositione; ergo &c. æquiparatur autem appellationem esse friuolam ab initio, vel ex post facto friuolè insistere super ea, vt in casu nostro, hãc æquiparationem facit Gemin. cap. vt super. col. 2. in fin. versi. item si a prin. de appellat. lib. 6. Sed omissis his generalibus inductis ex aduerso impertinenter; deueniendo ad specialia, iam primum omnium satis constat, quòd cum cessante causa cesset effectus, equidem reuocato asserto grauamine, iudex a quo potest liberè in causæ cognitione procedere, Non obstante, si a grauamine fuerit appellatum, nec ex hoc potest allegari suspectus; tex. est vulgatus, in cap. cum cessante, de appellat. & lib. 6. cap. si a iudice: & ita limitatur text. d. cap. ad hæc: ita expresse Abb. in d. cap. cum cessante, in fin. versi. ex quo nota: & ibi expressius limitat Franc. ibi, col. 14. versic. in eadem glo. vbi inquit quòd non potest iudex a quo vt suspectus in prosequutione causæ allegari: Atqui aduersarius hoc perspiciens contendit quòd repositio fuit nulla &c. Sed respondetur amplè; & primo nõ ob. quòd responsio fuerit facta sine instantia partis grauatæ; nam potest fieri inuitis & contradicentibus ambabus partibus, licet aliàs dicatur, quòd iudex nullum actum debet facere, nisi ad petitionem partis, ita Franc. in d. cap. cum cessante, not. in 6. notab. & quòd nemine petente fieri possit, tradit Bald. l. 1. col. 1. versi. quæro an iudex. C. sent. rescin. non poss. Et sufficit intimatio reuocationis, vel repositionis factæ, iux. not. per Specu. tit. de except. versi. viso, vers. sed si iudex, ibi, debet ergo reuocatio grauaminis ad appellantis notitiam &c. & Ioan. Andr. in addit. Specu. titu. de appellat. §. 2. nu. 27. & Cardin. Zabarel. consi. 45. versi. & si citata non fuisset; At hic facta fuit intimatio, ergo &c. Non ob. quòd facta fuit, postquam non detulerat appellationi; nam aduersarius fingit ignorare, aut nos vult tentare super iuris dispositione vulgari; nemo est enim qui nesciat, quòd imo repositio fieri potest, quando iudex non detulit appellationi; vt per Abb. d. cap. cum cessante, versic. quintus casus: Quinimo fortius videtur quòd etiam postquam detulit, fieri possit, per iudicem ordinariũ; vt per Franc. ibi, & alleg. Rot. decis. 363. & etiã per iudicem delegatum, vt tradit Deci. ibi, nume. 18. Non ob. quòd facta fuit post commissionem &c. Respondetur quòd cap. cum cessante, & cap. si a iudice, loquuntur indistinctè, & militant rationes dictorum iurium; ita post Imo. tradit Franc. ibi, col. 7. versi. septimo limita. Non ob. quòd facta fuit post inhibitionem &c. Namque est aduertendum quòd repositio fuit facta ante præsentationem inhibitionis, vt constat ex actis; quicquid falsò asserat aduersarius. Attenditur verò tempus præsentationis, non autem decreti, & datæ inhibitionis; tradit in terminis expresse Sprcul. titu. de appellat §. quis sit effectus appellat. col. 2. versi. sed cum; ibi, vel priusquam ad illum inhi-

bitio perueniat,& not.Bal.l.1.C.vt lit.pend.& alios refert & sequitur Fel.cap.cæterum col.9.versi.Adde pro regula,de rescript.quibus addo egregium consi.Cardin. Zabar.consi.45.in fin.& solenne consil. Guid. Papæ consil.69.nu.10.in 8. quæsito. Præterea etiam post inhibitionem, potest fieri; ita post Abb.tradit Franc. d.c.cum cessante,col.7.versi.sexto limita; & Deci.ibi,nume.19.& hoc confirmatur, ponderando,quòd tex.d.c.si a iudice,in fi.adeo efficaciter disponit cessare appellationem ob repositionem,quòd fingit non esse appellatum,dum inquit,ac si,&c.illa enim dictio importat fictionem, vt præsupponit Bal.l.1.col.fi.versi.sed quid.C.de hær.insti. & est tex.in auc.quib.mo.nat.effi.sui §. Reliqui versi.perinde ac si ab initio; iunctis traditis per Rosell.in tract.de legitimat.cap.de causa finali, in prin. Aequiparantur autem facta, nulla interposita appellatione, & facta, appellatione interposita, quæ pro nō interposita habetur iux.not.per Appost.Rotæ decis..1.in 1.add.vbi loquitur in appellatione deserta, & quòd appellatione deserta, causa reuertatur ipso iure ad iudicem a quo, non ob.inhibitione, tradit nouissimè Bero.q.120. in princi.quoniā effectus inhibitionis est finitus, & cum inhibitio fieri non possit, si negocium non est deuolutum ad iudicem,ad quem,cap.Romana.§.si vero,de appellat. lib.6. & tradit Cardin.Zabar.consi.105.col.4. versic. sic etiam iudex.; & cesset deuolutio propter repositionem,ergo &c.Et profectò est acriter considerandum,quòd in proposito habemus decisiones Rotæ, quòd pendente termino ad dandum apostolos, quando appellatum est a grauamine, quia iudex a quo est appellatum potest reuocare grauamen,nō valet cōmissio,si impetretur:ita Rota in antiq.decis.q.733.& quā quā in decis..563.aliter videatur loqui,tamen ibi refert alios dixisse idē: propter malitiam ita subito impetrantis, vt cito faciat iudici a quo inhibere; & inquit etiam & fatetur secundum omnes;quòd si ille reuocaret grauamen.i.reponeret partes in primo statu,omnia acta per iudicem ad quem essent nulla; & sequitur Gemin.cap.ab eo §.1.col.2.versi.ego crederem;de appellat.lib.6.& per Fely.cap.personas, col.fin: versic.non sufficit, de appella.ex quibus habetnr clara decisio, quòd ob repositionem corruunt omnia acta per iudicem ad quem, & sic inhibitio non obstat; & est plena Decis.Boer.256. Et ex his sunt sublata omnia adducta ex aduerso: & quanquam nouissimè alia scriptura fuerit producta, apparet in ea cani eandem cantilenam, & inculcari iam dicta & scripta, vnde alia responsione non egent; solum respondebitur ad id,quòd ad multas expensas processum extitit, nam licet Innocent. d.cap.cum cessante, videatur sentire, quòd reuocatio fieri non possit, nisi refectis expensis: & videatur sensisse glo. ibi,re integra,sed Hostiens.Ioan.Andr.& communiter omnes ibi tenent contrarium; & pro hac opinione communi potest dici esse tex.d.cap.cum cessante,vbi post latam interloquutoriam appellauit ab ea,& sic iam fecit expensas circa appellat.ab interloquutoria,& tamen tex. ibi vult, quòd iudex possit eam reuocare; & ita illum text.inducit Alex.l.quod iussit, nume.20.ff. de re iudi. vbi tenet hanc opinionem, asserens esse communem, & sequitur ibi Ias.nu.9. & in casu nostro maximè est tenenda, quia imputandum est parti aduersæ, quæ ita subito,malitiose,properauit ad vlteriores actus.Et breuiter,videatur præallegatum egregium consil.Cardin.Zabar.consi.45. vbi ad vnguem habetur decisio casus nostri; nam ibi appellatum fuerat ab interloquutoria ob asertum grauamen; deinde decreta fuerat inhibitio per iudicem ad quem; postea facta repositione, sciente parte appellante,fuit præsentata inhibitio,& sic post repositionem iam factam; quærebatur principaliter vtrum iudex a quo posset procedere, ac si nunquam appellatū fuisset; & Cardin.dicit primo videri etiam citra inhibitionem,dicendum, iudicem a quo non posse procedere ex quo per vtranque partem coram iudice ad quem

processum

processum fuerat ad aliquos actus in appellationis causa, quasi res de sierit esse integra, alleg. Specul. sed contrarium decidit, iuribus, & rationibus per eum solenniter adductis: & respondet obiectis, vt ibi per eum, concludentem, in fortioribus terminis; quòd iudex a quo potest procedere in causa, ac si nũquam appellatum fuisset; Igitur in casu nostro luce clarius apparet, quòd inhibitio est reuocanda, & causa ipsa negocii principalis ad iudicem a quo est remittenda.

Reuerende Domine: Quia video per suprascriptum excellentissimum D. Franciscum fuisse plenè in articulo allegatum, & plenius responsum motiuis tactis per excellentiss. D. patronum ex aduerso, ita quòd esset occupare membranas si aliquid vellem superinde deducere, propterea R. D. V. dignabitur omnia præmissa more solito bene considerare, & administrare iustitiam, quam teneo partem nostram fouere, & E. R. D. V. me commendo.

Io. Riccius I. V. D.

XVII.

Pro Bartholomæo de Alemanis.

in casu euictionis ubi ... effectu ... pro dato et facto suo ...

IN causa vertente inter egr. Ioseph & fratrem Arzzonos agentes ex vna: & egr. Bartholomæum filium Rochi de Alemanis paterno nomine se defendentem & reconuenientem ex altera, videbatur prima facie pronuntiandum iuxta perita per ipsos actores; sine aliqua dubitatione, stante eo, quòd aliàs d. Rochus ex alia simili causa reintegrauit d. fratres, ob molestationem eis factam super d. domo a N. V. Antonio de Montia, prout apparet ex instrumento in processu producto; Sed tamen rei veritate interius inspecta, est iudicandum pro reo, & pro clara resolutione, primo est videndum, an vigore instrumenti liuelli sequuti inter partes prædictas d. Rochus censeatur de iure obligatus ad restitutionem ipsorum ducat 350. seu eorum partis, vel ad defalcationem fictus, seu eius partis, casu, quo sequeretur aliqua molestatio, seu euictio ipsis Arzzonis ex alia causa, quàm ex proprio & speciali facto tantũ ipsius Rochi: Secũdo posito quòd nõ, an ex illa reintegratione aliàs per ipsum Rochum facta, ipsemet sibi præiudicauerit adeò, quòd non possit recusare similem aliam reintegrationem, nec repetere solutum ex illa prima reintegratione. Et circa primum, quamuis regulariter dans in emphyteosim & liuellum teneatur, si res euicta fuerit liuellario, ad pretium si quod dederat, & ad interesse ac expensas, prout præsupponit Specul. titu. de emphyt. in fin. & clarius not. ibi Ioan. Andr. in addit. vlt. in fin. quod regulariter procedit ex quacunque causa, & à quibuscunque personis sequatur euictio. l. si mancipium §. 1. ff. de euict. noct. glo. l. emptorem §. qui autem. ff. de act. emp. Nihilominus si conuentum fuerit in contractu, quòd tradens non teneatur nisi pro facto suo proprio & speciali tantùm, tunc valet d. conuentio, nec tunc tradens tenebitur, si ex alia causa, & si ab aliqua persona fiat euictio, aliter quàm ex facto proprio & speciali ipsius tradentis: & de hac conuentione & clausula not. Bal. l. fi. C. de act. empt. Alex. consi. 118. nume. 11. lib. 6. Barto. l. si seruus. ff. de cond. furt. & ibi Alex. in addit. Dec. consi. 281. col. 2. nume. 4. Marsil. singul. 475. 656. Boer. decis. 67. & tradit Specul. titu. de empt. cap. 1. versic. aliquando autem venditor se obligat in casibus. Vbi videtur declarare effectum huius clausulæ ex alia simili clausula in effectu, vȝ cui vel quibus ipsa res obligata foret ex aliquo contractu, vel oblig. inita & facta ab ipso A. aut aliquo eius nomine, siue cui, vel quibus

bus esset, vel diceretur esse ius aliquod acquisitum in ea ex persona ipsius A. vel eius occasione &c. vt ibi per eum : & declarat etiam Imo.consi.82.colu.2.versi. præterea tunc demum ; & Deci.consi.492.& illo casu Goza.consi.60. & de huiusmodi promissione est tex.magistralis d.l.emptorem §.qui autem, versi.per se, venientesque a se personas non fieri, quominus habere liceat, an verò per omnes.ff.de act.empt.& ibi not.Bart.& declarat Paul.de Cast.versi.& primo loquitur, vbi refert quòd quotidie fit, & ponitur per notarios in instrumentis.& idem attestatur Pract.Pap.in lib. de empt.glo.versi.promittens de euictione, col.2.versi.octauus ; Rursus, licet regulariter agi posit de euictione ad duplum, si ita promissum fuerit, & quandoque agatur tantùm ad restit.pretii, etsi agi non posit de euictione, vt est tex. magistralis d.§. qui autem, versi.sed Iulianus, & tradit Dec.consi.102.in fi. Alexandrin.consi.152.vbi alios alleg.Roma.singu.382.Ruppell.in Enchirid.iuris Galliæ, cap.Euictione, versi. veruntamen, Berb.in Viator.rubr.de empt.col.pen.Nat.consi.181.nume.1. Nihilominus quando fuit factum pactum etiam de pretio non restituendo re euicta, tunc nec etiam ad restitutionem pretii agi potest, & tale pactum valet, vt est text.d §.qui autem, versi.nisi fortè, & not.ibi Bar.dicens valere hanc conuentionem, secundum veram opinionem approbatam in d.l.& declarat Paul.de Cast.ibi, versi.tertio sequitur, vbi refert tale pactum valere, licet ex eo videatur resultare iniquitas, quòd venditor habebit pretium, & emptor non habebit rem, si fuit euicta, & sic locupletabitur cum aliena iactura, sed imputet sibi emptor, quia tunc videtur quodammodo emere dubium euentum, & fortunam, quo casu toleratur tale inconueniens, & ponitur exemplum de emente iactum retis, & etiam alia exēpla ponuntur, de quibus ibi ; & idem subdit Pau.de Castr.col.fin.versi.fallit autem in tribus casibus, vbi hoc putat verum, quicquid dubitauerit Ioan.Andr.in addit.Specul.titu. de empt.§.fin. in prin.& in specie, de huiusmodi promissione de facto suo, est tex.l.2.in prin. versi. planè de facto suo.ff.de hæred.vel act.vend.& tradit Pract.Pap.loco præalleg. & tenet Saly.in l.non dubitatur.C.de euict.& declarat Specul.d §.1.versi.& quia actum est inter ipsos.& Alex.in addit.Barto.d.§.qui autem, vbi extendit etiam ad vendentem iure creditoris, vt ibi per eum, qui ita consuluit consil.235.nu.9.lib.6.& tradit Cæpol.caut.197.versi.tertia est, & firmat egregiè Crott.l.2 §.Cato nume.27.in 2.lectu.ff.de verb.oblig. vbi refert ita consuluisse, & ita fuisse iudicatum, subdens sine dubio tale pactum valere, nec esse verum, quòd tale pactum sit contra naturalem æquitatem, vt ibi latius per eum : idem tenuit Hostiens. in summa, de contr.empt.§.& ad quid venditor, versi.imò quamuis ; Bal. & Ange.d.l.non dubitatur, cum similibus, vt per Fabian.in tract.de empt.6.q.princip.q.19.in prin.versi.qui enim tenetur de suo dato & facto tantùm, Rebuff.in tract. de dilation. Art.5.Glo.vna, nume.53.tom.3.Afflic.de prohib.feud.alien.per Fed.versi.tertiodecimo noto, nu.109. in fin.Alcia.consi.139.nume.1.Nat.d.consi.181.num.4.Tiraq.de Retract.§.12. Glo. 1.nume.10.His ita præmissis, remanet tota difficultas in eo, an illa verba, & in casu euictionis, intelligantur generaliter etiam casu, quo sequatur euictio aliter quàm ex facto d.Rochi ; & quidem sine dubitatione videtur concludendum, quòd illa verba non possunt intelligi generaliter, sed referuntur specialiter ad euictionem, quæ sequeretur ex facto proprio & speciali tantùm ipsius Rochi.Nam ex contextu orationis bene consonat, quòd illa verba referuntur ad illam clausulam, pro suo facto proprio & speciali tantùm, cum illa clausula immediatè & proximè præcedat, ac dictio, &, stet copulatiuè & continuatiuè ad proximè præcedentia, Bart.l.1.ff.de his, qui not.infam.l.is qui ducenta §.vtrum.ff.de reb.dub.cum vulg.& in dubio, regulariter relatio fiat ad proximiora.l.si idem §.fi.ff.de iurisdict.omn.iud. & in simili tra-

li tradit Socin.consi.156.nume.16.lib.2.& in terminis ferè scribit Deci.d.consi.281. nume.4.versi. sed prædictis non obstantibus, vbi in simili casu ponderatur quòd dicta promissio, de suo dicto & facto tantùm respiciebat obligationem pro euictione, vt ibi per eum, ponderantem illa verba, & ad legitimam & generalem defensionem, & de euictione, cum pacto &c. Et ad propositum benè faciunt not. per Bal.d.l. non dubitatur.C.de euictio.vbi inquit quòd etiam in huiusmodi promissione de suo facto tantùm, nihilominus re euicta tenetur ad restitutionem pretii, & ita in casu nostro videtur fuisse actum & conuentum expressè; refert & sequitur Brun.consi.96. nume.5. vbi etiam in terminis ferè scribit consulendo in non dissimili casu, in quo actum & conuentum fuerat de pretio restituendo, nisi in certo casu euictionis, quæ fieret a certis personis, non autem generaliter ab omnibus, & præsupponit tale pactum valere, vt ibi per eum: & ita in pacto de suo dato & facto tantùm consuluit Corn.consi.226.num.6.lib.2.Alcia.consi.158.in prin.& fin.& magis in specie, quando fuit actum, quòd venditor non teneatur de euictione, nisi de facto suo tantùm, & non aliter, nec alio modo (prout in casu nostro) scribit Afflic.de prohib.feud.alien. per Fed.loco præalleg.nume.109.vbi refert istam opinionem esse veriorem, & ita vidisse iudicari contra multa argumenta exquisita: & nouissimè solenniter tradit Alexandri.in repet §.morte, nume.726.& sequen.ff.de oper.no.nuntiat. Sed quid opus est pluribus? nam quòd sit absurdum quòd dicta verba, & in casu euictionis &c. intelligantur generaliter etiam de omnibus personis euincentibus, patet manifestè, clarum est enim, quòd in contractibus & pactis verba non debent intelligi, vt sint ociosa, sine effectu operandi, & superfluè apposita, doctrina est Bal. vulgaris in rubrica.C.de contrahen.emptio.q.9. quam ad propositum inducit Soci.d.consi.156. nume.16.versi.confirmatur ista responsio, sed si illa uerba, & in casu euictionis, acciperentur generaliter de omnibus personis euincentibus, equidem illa clausula præcedens pro suo facto proprio, & speciali tantùm, esset superflua, nihil operaretur, & fuisset ociosè apposita, vt patet ad sensum, ergo &c. quinimò (quod peius est) sequeretur aliud maius absurdum quòd illa clausula pro suo facto proprio & speciale tantùm corrigeretur statim, ergo ne sequatur tale absurdum.l.nam ad ea.ff.de cõdit.& demonstr.necessariò est dicendum quòd illa verba referantur, prout bene cõsonat, ad casum proximè præcedentem specialem, quando sequeretur euictio ex facto proprio ipsius Rochi, ut eo casu teneretur ad restitutionem d.duc.300.seu eorũ partis &c. & non aliter, nec alio modo, prout cantat instrumentum. Quare cum in specie proposita non fuerit sequuta euictio ex facto ipsius Rochi, sequitur arguendo a contrario sensu, quòd ipse Rochus non teneatur ad aliquam restitutionem, quod quidem argumentum est validum, & fortissimum.l.1.ff.de offic.eius, & in terminis docet Pau.de Cast.d.§.qui autem, in prin.versi.ex qua promissione resultat a contrario sensu: & plura generaliter tradit Euerard.cap. locus a contrario sensu, versi.secundo quæro fol.190. & quoniam, meo debili iudicio, ex prædictis res redditur clara, non puto esse necessarium discurrere attestationes testium examinat.ad instantiam ipsius Rochi, ex quibus etiam eius intentio optimè comprobatur. Præsupposita itaque hac conclusione, restat videre de 2.art. An, d.Rochus sibi præiudicauerit &c. Et breuiter videtur dicendum, quòd non, Nam veritas rerum, erroribus gestorum non vitiatur, & ideò Præses Prouinciæ id sequatur, quod conuenit eum ex fide eorum, quæ probantur, sequi, ait Vlpian.Iuriscon. in l.illicitas exactiones §. veritas.ff.de offic. præs. Veritati enim locus semper esse debet.l. imperatores.ff.de prob.cum similib.congestis a Marsil.consil.90.lib.2.& alibi sæpe; cum itaque secũdum rei veritatem ipse Rochus non tenebatur ad illam reintegrationem certè hæc

veritas attendi debet, non autem quod gestum & actum fuit per errorem; & ponderanda sunt illa verba posita in ipso instrumento d.reintegrat. (& contra ius & æquitatem) & alia verba subsequentia (vt iustum & conueniens est) quia ex illis verbis euidenter apparet illam reintegrationem fuisse & esse fundatam super errone a, & falsa causa, quoniam stantibus præmissis,nec iustum, nec conueniens erat quòd ipse Rochus d.reintegr.faceret; ergo cessante causa cessare debet effectus, vulgata iuris regula,& latè tradit Tiraq.in tract.cessante causa, maximè limita.1.nu.86.vbi inquit quòd causæ quæ coherent dispõni, & quæ, inspecta iuris dispõne, inducunt, & arctant ad ita disponendum,dicuntur finales,& consequenter,si sunt falsæ,vitiant dispositiou.alleg.Bar.l.demõstratio.§.quod aũt,ff.de cond.& dem.& Soci.cõs.159. col.6.versi.confirmatur etiam prædicta lib.2.Imo,l.2.ff.de don.& in cap.post translationem,de renun.& in contractib.licet non vitiaret ipso iure, tñ parit repetitionem Bar.d.§.quod aũt,nu.16.versi.sexto quæro:Soci.consi.11.col.2.in fi.lib.3.Dec.cõsil. 350.num.4.Alex.consi.89.nu.14.versi.benè faciunt,lib.2.& consi.55.nu.17.lib.4.& quand causa dicatur cohærere dispõni declaratur in locis præalleg.& in aliis de quibus per Tiraq.loco præalleg.nu.46.versi. quando aũt causa dicatur: & vltra alleg. per eum,tradit & declarat optimè Pau.de Cast.consi.131.pro ista muliere, in nou.& Alex.cõs.81.in fi.lib.6.vbi in specie loquitur de asserente,quòd ad id tenebatur &c. prout in casu nostro: & Anchar.consi.163.nu.8.Rom.consi.517.col.6.versi.præsupposito:& nouissimè Grat.cõsi.36.nu.30.cõsi.54.nu.36.lib.1.Roy.cõs.132.nu.7.lib.1. & est optima decis.Guid.Pap.vltima,vbi benè declarat.

XVIII.

Pro D. Vincentio Auiano.

ETsi non opus esset apud Iuriscõs. solida doctrina, ac plurimo causarũ usu,longaq; iudicandi experientia florentissimũ quicquã scribere,nihilominus ex abundanti infrascripta cõmemorabuntur:Principio,cõstat, coniuges prædictos potuisse eodẽ contextu, eademq; carta, seu scriptura sua condere testam. & reciprocè se usufructuarios relinquere:ita Bal.in l.licet.C.de pac.ubi not.quòd duo possũt in eadẽ carta testari se inuicẽ hæredes instituẽdo;& ait uidisse de facto: refert ac sequitur Pau.de Cast.ibi, subdẽs se etiã uidisse, quòd uir & uxor in eadẽ scriptura uniformiter per omnia testati fuerãt,& reperio quòd in tali casu cõsuluit Oldr.cõsi.174.Beltr.cõsi.329.lib.1.in antiq. Bell.cõs.85.nu.9.Euerar.consi.79.& cõsi.116.167.213.col.pen.Corn.cõsi.159.lib.4. Alcia.pulchrè Parerg.lib.2.cap.21.in fi.ubi refert quòd hic mos hodie in Germania plurimũ obseruatur:Bru.de Forma fol.31.col.3.ubi declarat,uers.& per prædicta in q.facti dicebam:Rodor.Xuar.in Repet.l.quoniã prioribus fol.326.nu.11.& fol.327. uersi.ego non dubitaui vnquam de hoc. Nunc videndum est an D.Franciscina potuerit testari de tota sua dote: & profectò cõcludendum est sine dubitatione, quòd potuerit; & quoniam hæredes instituti in eius test. habent intentionem fundatam, quia præsumitur testamentũ esse validũ.l.si post diuisionem,& ibi not.Ias.C. de iur. & fact.ignor.& dos regulariter reuertitur ad hæredes vxoris.l.si quidem.C.solu.matrimo.& in terminis tradit Socin.iun. consi.27.nume.5.versi.& præsuppono, libr.1. vbi consuluit in hac ciuitate, super statuto de lucro dotis, super testam.q.Magnificæ D. Magdalenæ de Porto: ideo restat solum diluere, & confutare fundamenta, quæ ab aduersa parte opponuntur: Igitur, non obstat,dum in petitione sit fundamentum,

mentum, quod Domina Francisca testari non potuerit de dimidia dotis ad damnum & præiudicium mariti; quoniam respondetur, quòd ex quo maritus ipse consensit vxori disponenti de tota sua dote, equidem non potest aliquid allegari de damno & præiudicio mariti: volenti enim & consentienti damnum, & præiudicium non censetur inferri.l.damnum.ff.de regul.iur.l.1 §.vsque.ff.de iniur.l.nemo, ff.de regul.iur. At aduersarius confugiet ad statutum de lucro dotis, sed responderi potest multipliciter: & primo quòd clarè non constat, nos esse in casu, quo maritus iste debet lucrari ex statuto, nam tale lucrum non conceditur marito, qui non sustinuit onera matrimonii ex sua culpa; ita Bald. in auct.dos data.C. de donat. inter vir. & vxor. & Paul. de Castr. in l. si ab hostibus §.si vir, colu.2. versicu. & nota.ff.solu.matrimo.referens habuisse istum casum de facto Florentiæ, & ita dixisse, refert, & sequitur Vall.in tracta.de lucro dot.quæst.64.nume.6.& Phanuc.glos.vltima.nume.6.versicu.quartus casus, sed in casu nostro, non solum maritus non sustinuit onera matrimonii ex sua culpa, sed imò necesse fuit vxori ex bonis apprehensis pro eius dote alere ipsum maritum, seipsam & filios, iam pluribus annis: Præterea tale lucrum ex statuto non conceditur marito bannito ex ciuitate, quia censetur hostis patriæ, vnde non potest gaudere beneficiis suorum statutorum: ita in specie notat Iaso.in l.1.col.4.versic.vnde si ex forma statuti.C.de hæred. instit. & ita ibi prius notauit Oldrad. quem Iason non allegat, sed allegatur ab Alberi. de Rosat. statutorum quarta parte, quæst.13.versi.dicit tamen quòd beneficium: nec dicatur quòd non sumus in bannito, sed in confinato, quia eadem vel maior ratio est, iuxt.d.l.1.C.de hæred.instit. deportatos enim nunc confinitos lingua vulgi appellat, inquit Bald.l.capitalium §.in exulibus.ff.de poen. & bannum deportationi assimilat Cuman.consil.96.in fin. & de confinatis loquitur Alexand. in l.relegati.ff.de pœn. Aretin. Insti.quib. mod.ius patr §.1.nume.6. versicu.circa hoc, Signorol.consil 207.nume.3 & clarè tradit Iaso.d.l.1.nume.4. quoniam in eo videtur eadem vel maior ratio: sed dato quòd iste maritus potuisset esse capax huiusmodi lucri dotis ex statuto: attamen considerandum est, quòd maritus potest constante matrimonio consentire vxori testanti de tota sua dote, & sic renunciare tali lucro: & breuiter, non insistendo in argumentis, sed decisiuè procedendo, ita expresse decidit Socin.consi.114.lib.1.vbi allegat iura, & fundamenta, de quibus ibi per eum, quæ non transcribo, quia ibi possunt videri: & hoc corroboratur ex traditis per Barbat.consi.59.col.7.versicu.capio modo aliam dubitationem, lib.2.vbi concludit, quòd maritus potest consentire vxori disponenti de dote, & ei remittere lucrum dotis, quod sperabat ex statuto: quæ consilia refert ac sequitur Decius consi.260.col.2.versicu. & per ista iura: & ibi addit Alexan.in l.si socer §.lutius, colu.2.versic.vtrum autem fieri posit pactum.ff.solu.matrimo.& Pau.de Cast.consi.232.col.2.versicu.secundo videndum est: & idem not.Deci.in l.in eo, ff.de reg.iur.& in l.1.nume.18.versicu. & ideo concludit.C.de secun.nupt.Tiraq.in l.si vnquam, versic.donationem, nu.234. 259.C.de reuoc.dona.& ita secundum præmissam conclusionem consuluit nouissimè Parisius, Paduæ, in causa Barisona, consi.127.num.9.versi.quibus stantibus, lib.1. vbi allegat prædictas authoritates, refert & sequitur nouissimè Rol.à Val.consi.62. in fi.lib.1.& in tract.de lucro dot.q.39.nu.19.qui in.q.41.loquitur in specie quando maritus consensit, vel licentiam præstitit vxori testanti de dote, & quòd non potest reuocare, & in q.40.quòd nō possunt creditores mariti retractare; & cōsuluit Por. consi.21.n.97.& consi.85.nu.14.sed vltra eos, addo Alber. de Ros.statutorū.2.par.q. 57.vbi refert ita fuisse determinatū: & Decis.Rotæ.841.in antiq. & decis.2.tit. de pactis, in vltimis, & Lapp.allegatio.129.n.24.vbi in specie inquit, stāte d.stat.quòd si maritus

ritus dedisset licentiam vxori testandi libere de bonis suis, postea ad bona non posset habere amplius regressum: & Nicol. de Vbal. tract. de success. ab intestato parte 4. in fi. & Alexan. consi. 246. lib. 6. vbi in specie dicit: stante dicto statuto, mulier potest testari de tota dote, de consensu mariti: &, vt puto, Alexander ibi subscripsit consilio Barbatiæ consil. 59. præallegato: quo casu etiam idem consuluit Soci. consil. 61. colu. 4. versic. circa sextum: & Iason. consil. 90. libr. 3. & Dec. in l. reprehenda C. de instit. & substitut. & ita etiam secundum præmissa decisum fuit in grauissima curia Burdegalensi, vt habetur in decisionibus Nicolai Boerii, quæst. 244. nume. 2. versic. & plus ibi dixi, & nume. 4. versic. tamen contrarium. Nec obstat, si aduersarius replicet, quòd nostrum statutum disponit vlterius, quòd maritus lucretur, non obstante aliquo pacto tacito, vel expresso, facto vel faciẽdo in contrariũ &c. & sic videtur quòd maritus posit consequi lucrum, etiam si renuntiasset iux. tradita per Corn. consi. 287. lib. 1. Rolan. a Vall. q. 102. nume. 13. Alexan. consi. 158. nu. 10. versi. si quæritur, lib. 5. vbi tamen sensit aliud esse, si fuisset renuntiatum dicto statuto: Alexandrin. consi. 70. vbi loquitur in statuto disponente quòd non posit renuntiari ipsi statuto. Nam pro responsione aduertendum est, quia statutum intelligitur, & intelligi debet, quando maritus fecisset pactum ab initio, tempore contrahendi matrimonii: non autem, quando post iam contractum matrimonium, constante matrimonio consensit uxori testanti: & breuiter, decisiuè procedendo ita expresè decidit Paris. consil. 127. præallegato; ubi dicit, stante statuto Patauino, quòd uir præmoriente uxore lucretur medietatem dotis; & ulterius subdit statutum, quòd tali statuto non posit renuntiari, & quòd tale statutum sit præcisum: Videbatur quòd maritus non posset renuntiare dicto lucro, prohibente statuto: sed resoluendo hanc difficultatem, considerat, statutum prædictum non obstare præcedenti conclusioni: & ibi inter alia, solenniter dicit, quòd partes non possunt recedere a iure constitutionis dicti statuti, nec possunt renuntiare constitutioni ipsius, prout statutum disponit: scilicet, eo tempore, quo matrimonium contrahitur, sed post illud contractum, bene possunt partes iuri ipsarum renuntiare: & suadetur istud ratione: nam ut posit renuntiari statuto, tempore, quo matrimonium contrahitur, inductum fuit etiam propter publicam utilitatem, ut mulieres facilius inuenirent maritos, & mariti procliuius inducerentur ad capiendas uxores, quæ quidem ratio contracto matrimonio cessat: & ea cessante cessabit & dispositio statuti. & ita intelligendo statutum satis operatur, & ius cõmune minus læditur, cõsequenter talis interpretatio capienda est: ut ibi per Parisium: vbi etiam considerat, quod statutum, locum non habet, si maritus mortua uxore, uel ea uiua ex aliquo casu, uerè fuisset consequutus dictum lucrum, nam de eo posset disponere, & illi renuntiare, quanto igitur fortius poterit renuntiare dictæ spei, ut ibi per eum quem refert Socin. iun. consi. 109. nume. 4. uersi. & procederet ista conclusio, lib. 3. & ita expresè post Paris. tenet Phanuc. in tract. de lucro dot. Glo. 14. fol. 526. uersi. sed in hoc casu non intelligitur uetitum post contractum matrimonium: & idem latius Glos. 8, nume. 23. uersicu. aliam etiam difficultaem, ubi ait quòd Paris. in d. consil. 127. pulchrè resoluit oẽs difficultates, & est omnino in ista materia uidẽdus, & sibi satis placet, ut ibi per eũ: Nec ob. si rursus aduersarius replicet, quòd statutũ nostrũ ulterius videtur disponere quòd maritus lucretur, etiam non obstãte pacto facto, post contractũ matrimonium, ex illo uerbo, faciendo: quasi illud uerbũ necessariò intelligi debeat, de tẽpore cõstantis matrimonii: nã pro responsione considerandũ est, quòd statutũ si voluisset loqui, de pacto faciendo constante matrimonio, bene sciuisset exprime-

re; cap.inter corporalia, versi. vnde, de transla.episc.& præla. vnde cum statutum nō loquitur expresse de pacto facto constante matrimonio, remanet, vt intelligi debeat prout supra conclusum est, quando pactum fieret ab initio, prout ratio ipsius statuti suadere videtur, vt est declaratum supra in præcedenti proxima conclusione, & illud verbum, vel faciendo; est quædam inculcatio verborum, prout sæpe accidit fieri etiam in legibus & statutis; nam vt inquit Pau.de Cast.consi.101.col.2.versic. frequenter accidit quòd in legibus, vel statutis, repetitur idem, licet per alia verba ad maiorem expresionem, vnde glosæ iuris ciuilis solent dicent dicere, quando hoc repetitur in aliqua lege, inculcatio verborum &c.& hoc dictum Pau.de Cast.refert ac sequitur Fely.in cap.venerabili, col.1.versi.quarto allego Paul.de Castr.de offic. delega.quòd in lege, vel statutis sæpe replicatur idem per diuersa verba non differentiæ gratia, sed est inculcatio verborum: Confirmatur hoc ex traditis per Curt. iun.consi.5.nume.35.versi.ad istud, vbi statuto dicente, si quis reliquerit agnatos, vel cognatos, decidit quòd statutū intelligitur solū de illis, qui sunt ex parte patris, nō obstante isto verbo, vel cognatos; dicit enim ipse quòd in iure multoties reperitur quòd duo idem importantia simul ponuntur cum alternatiua, vel, nec per hoc redarguitur lex, quòd sit superflua, vel inepte loquuta; sic enim loquitur Iuriscon. in rubrica si ag.vectig.vel emphy.vbi glo.& alibi sæpe, sic etiam Imperator, in.l.vbi pactum vel transactio; vbi glo.& Bar.C.de transac, & alibi sæpe; vnde non esse mirum quòd alternatiua, vel, stet expositiuè pro idest, quia sic stat in iuribus præallegatis, aptæ enim sunt dictiones istæ exponivna pro alia, secundum subiectam materiam, vt ibi per eum. Confirmatur hoc ex traditis per Socin.consi.223.num.4.versi.sed poterit, libro 2.vbi statuto dicente, in materia dotis lucrandæ; & maritus vxorem duxerit, & matrimonium consummauerit; arguit primo, quòd illud verbum, duxerit, intelligi debeat, de ductione actuali ad domum; ne sit superfluum, propter aliud verbum, & matrimoniū consummauerit; attamen contrarium decidit; & respondit, quòd statutum non loquitur expresè, de ductione actuali ad domum; & latius ibi per eum; & pro maiori resolutione aduertendum est, quòd huiusmodi statutum de lucranda dote est contrarium & correctorum iuris, vnde est strictè interpretandum, vt quanto minus fieri posit, corrigat ius commune, vt probat Paris. consi.117.præallegato nu.19.versi.nam certisimum est, ergo cum illud verbum, vel faciendo non loquatur expresè, de pacto faciendo etiam post contractum matrimonium, vtique non debet extendi vltra expressum; maxime cum cesset ratio extensionis, vt declaratum fuit in conclusione præcedenti; & vltra Paris. quòd talia statuta, tamquam correctoria iuris communis, sint strictè intelligenda, potest demonstrari ex pluribus decisionibus. Et primo Fulgos.consi.63.col.2.versicu.& hanc partem: & in consi.88.nume.2.vbi in specie loquitur in statuto nostro Vicentino; Socin.iun.d.consil.27.lib.1. vbi pariter loquitur in statuto Vicentino; Barbat. consil. 17.lib.3.vbi decidit, quòd ex quo tale statutum est contrarium iuri communi debet strictè intelligi, vt quàm minus fieri posit, exorbitet a regulis iuris communis: & est reducendum ad ius commune, etiam per impropriationem verborum; tale statutum dicens, quòd si marito fuerit asignata dos, data, vel promissa, & vxore præcedēte in matrimonio maritus lucretur dotem sibi asignatam, datam, vel promissam; intelligi debet in dote promissa per stipulationem; Socin.consi.8.lib.3.vbi, ex quo statutum est exorbitans, decidit, quòd statutum loquens in vxoribus ductis, &c.non habet locum in vxoribus, quæ impropriè & fictè, dicuntur ductæ: Anca.cons.273. vbi, quòd tale statutum loquens de vxore præmoriente, non habet locum, quando

ingreditur monasterium, quia impropriè & fictè dicitur mori; Corn.consi.254.col. fi.versi.insuper, lib.1.vbi, quòd ex quo tale statutũ est pro posse restringendum; decidit, non intelligi in dote tacita; Iaso.consi.115.lib.1.vbi, quòd ex quo statutum est correctorium iuris communis, debet intelligi magis strictè, quàm sit posibile, vt minus lædat ius commune; tale statutum non habet locum in muliere septuagēnaria contrahente matrimonium; ponderando verba statuti Cremonensis: vt ibi per eũ: & consi.58. vbi consuluit in simili casu, & consi.seq. vbi refert fuisse iudicatum per spect.& clariss.doct.D.Francis.Marzarium, (cuius nudum nomen ego repræsento) Idem Ias.consi.127.lib.1.vbi, quòd statutum Brixiæ loquens in materia dotis lucrandæ, non debet intelligi, quando vxor condidit testamentum, ex quo est correctoriũ iuris communis: & quia statuta tantum disponunt, quantum loquũtur, & nõ plus; & statuta sunt stricte interpretanda: & quicquid est omissum in verbis, debet haberi pro omisso; & quia si statutum voluisset, facile expresisset: vt ibi per eum solenniter; Cæpol.consil.7.volu. ciuili; vbi ex quo tale statutum est correctorium iuris communis, debet intelligi ita vt minus lædat ius commune, tale statutum loquens de vxore præmoriente sine filiis, intelligitur etiam de nepotibus, vt veniant filiorum appellatione, ad exclusionem mariti; Royn. consil.11.lib.5.vbi quòd tale statutum est interpretandum ad fauorem hæredum mulieris prædefunctæ; & Paris. plenissime consi.62.nume.26.lib.4.vbi, tale statutum correctorium iuris communis procedere debet solum in casu expresso in statuto, nam alius censetur omissus; nec includitur si non est expressus, allegat consil. Signorol.& aliorum: vnde decidit tale statutum loquens de vxore &c. non habere locum in desponsata per verba de præsenti carnaliter non cognita &c. Bal.consi.333.lib.4.vbi, tale statutum non extendi debere: & loquitur in statuto Vicẽtino antiquo; consi.184.194.228.lib.3. faciendo interpretationem ad exclusionem mariti: & ista consilia sunt illa, de quibus ipse Bal.facit mentionem in l.non fine, C.de bonis quæ lib.vbi refert consuluisse in statuto Vicentiæ: quod loquebatur de vxore in matrimonio copulata; nec aderat tunc illud verbum; cum effectu consummatum; Cur.iun.consi.122.col.3.versi.cum igitur; vbi consuluit in statuto Veronensi; & concludit tale statutum intelligi debere potius quòd sit superfluum, quàm iuri cõtrarium, maxime quando saltem aliquid operatur in aliqua alia parte; vt ibi per eum: ex quibus omnibus, & aliis.quæ congeri possent, luculenter constat, statutum nostrum non intelligi debere, vt loquatur etiam in pacto facto constante matrimonio, de quo expresse non loquitur, sed sano modo intelligi, quando pacta fierent ab initio; quo tempore potest verificari ratio motiua statuentium: prout superius fuit demonstratum; Sed quid opus est tot allegationibus, & apparatu tanto in casu nostro? profectò Vnico Verbo resolui possunt oppositiones, & cauillationes aduersarii; nam ponamus, quòd essemus in pacto expresso Vel tacito, factò constante matrimonio; & essemus in casu expresso & claro statuti, quòd maritus potuisset lucrari dimidiam dotis, post mortem Vxoris, non obstante eius testamento; attamen illud procederet, quando ita Voluisset lucrum consequi: mortua Vxore, non obstante eius testamento, cui consensisset; sed nos non sumus in illo casu, imò maritus, mortua Vxore, perseuerauit in eius Voluntate, & decesit cum eius præallegato testamento, non mutato: & sic clarissime constat de Voluntate expressa, & enixa ipsius mariti, quòd nõ Voluit consequi aliquam dimidiam: Vnde est imposibile, quòd eius hæredes Velint prætendere consequi aliquam dimidiam, quam maritus ipse consequi noluit expresè, & enixè: consentiendo Vxori testanti de tota sua dote, eo modo, quo est testata: quid enim si maritus, mortua Vxore; absque aliquo pacto, Vel renuntia lucri dimidiæ dotis:

dotis: Velit renuntiare tali dimidiæ sibi spectanti, eamque dimittere hæredibus ipsius Vxoris, dicemus ne maritum non posse hoc facere? absit absurdum, non enim cogitur maritus accipere lucrum contra eius uoluntatem: ergo pariformiter, si maritus consensit vxori testanti de tota sua dote, eaque mortua noluerit consequi aliquam dimidiam, sed perseuerauerit in eius voluntate, dimittendo hæredibus institutis in testamento vxoris, ipsam totam suam dotem: absque aliqua dubitatione, potuit hoc facere: quia non poterat cogi maritus acceptare aliquod lucrum, ita in simili statuto Bononiens. considerabat Gozad. consi. 88. nume. 19. versic. aliàs sequeretur mille absurditates.

DVbium exhibitum, puto fuisse exhibitum magis è more laudabili: quàm quòd apud sapientissimum iudicantem putem esse alicuius momenti. Nam ex iam scriptis constat maritum fuisse incapacem asserti lucri statutarii, & mortua vxore ad illud petendum & consequendum actionem non habuisse: & consequenter tractari non posse, an eius hæredes illud petere possint: adducta enim fuere duo fundamenta: primum scilicet, super oneribus matrimonii non supportatis, culpa mariti: alterum verò, super banno ipsius mariti: & vtrunque fundamentum satis fuit comprobatum: & quoad secundum allegaui in terminis decisionem Iaso. in l. 1. C. de hæred. instit. vbi ponit hanc decisionem: quòd bannitus perdit beneficia statutorum suæ ciuitatis & patriæ, concedentium marito lucrum dotis vxoris præmortuæ: & dixi quòd ante Ias. ita prius dixerat Oldrad. ibi: de quo Iason nullam mentionem fecit: sed reperi allegari Oldradum ab Alberico statutorum 4. parte. q. 13. versi. dicit tamen quòd beneficium: nunc addo Angel. in sua solenni disputatione, duo litigantes, col. 4. versi. idem tenuit Oldradus vbi refert dictum Oldradi, subdens hoc dictum esse verum & bonum, & comprobat, vt ibi per eum potest videri: Confirmatur istud fundamentum, ex expressa prouisione nostrorum statutorum Vicentiæ, sub rubr. de iurisdit. Rectoris ciuitat. in causis criminalibus, cap. 12. vbi cautum & prouisum est, quòd banniti ad agendum contra alios non admittantur, quo statuto sic stante, processus & sententiæ omnes ad fauorem banniti redduntur ipso iure nullæ: Alberic. statutorum. 4. par. q. 60. vbi post multa ita determinat, & Nell. tract. bannit. 3. par. 2. tempor. q. 3. 4. Bald. d. l. 1. C. de hæred. instit. vbi formaliter quærit, si ex forma statuti, bannito non debet reddi ius, an teneat processus, non opposita exceptione banni: finaliter concludit, quòd ipso iure non valeat processus, vel sententia pro ipso bannito, seu in fauorem banniti lata, eo quia bannitus tanquam mortuus in suis fauoribus: item omnis iurisdictio, & omnia iudicia sunt de iure ciuili, ergo cui denegatur iurisdictio, denegatur & sententia: vt ibi per eum, Alexand. consi. 37. lib. 2. vbi inter alia allegat Bal. d. l. 1. C. de hære. instituen. & idem Alexan. in. l. 1 §. sublata, nume. 4. ff. ad Trebell. vbi dicit bonum verbum in practica, quòd ista est opinio communis: & præmissa, & alia allegat in terminis similis statuti Mediolauensis, Ias. consi. 166. lib. 2. vbi fortius tenet, quòd banniti perdunt beneficia iuris communis, nedum statutorum, quando bona sunt in territorio statuentium: & eandem opinionem firmat in d. l. 1. nume. 6. versi. intelligas verum & teneas cordi. C. de hæred. instit. Et quoniam quando priora scripta exaraui, nondum videram copiam sententiæ condemnatoriæ mariti: Nam ea visa, tanto magis fundamentum præallegatum procedit, quia maritus fuit & relegatus, & etiam bannitus perpetuo &c. & sic constat, quòd hoc solum fundamentum sufficeret ad victoriam cōtra aduersarium. Sed vlterius, saluis tamen præmissis, procedendo: esto maritus fuisset capax: attamen conclusum fuit, maritum ipsum potuisse renuntiare tali lucro: &

cro: & ipsi lucro renuntiasse; ex quo testamentum Dominæ Franciscinæ eius vxoris, conditũ fuit, marito præsente, cõsentiente, & dictante: in quo quidem testamento vxor disposuit de tota sua dote, & eam totam distribuit per partes, inter hæredes institutos: at aduersarius quærit modo nodum in scyrpo: opponens maritum non intelligi renuntiasse vel consensisse ex eo solùm quòd fuerit præsens testamento vxoris eo modo quo disposuit: & cõsiderato etiam, quòd illa præsentia mariti non probetur nisi vnico teste, nec seruatis seruandis examinato: sed pro resolutione considerandum est circa duo, quorum primum est, an sufficienter probatum sit de præsentia mariti: alterum vero, an ex præsentia mariti, & aliis circunstantiis, probatum sit de renuntia mariti: & capiendo primum: aduertendum est diligenter, quòd nõ est verum, quòd illa præsentia mariti nõn probetur nisi vnico teste: quia imò probatur ex depositione duorum testium: nam de præsentia mariti deponit primus testis Gabriel prior Lazaretti, imò plus deponit, che M. Giuseppe gli dettaua anche quello di sua moglie, cõ sua volontà: & come lui haueua scritto vna parte di quello, M. Giuseppe diceua verso essa volete così, la quale rispondeua messer sì, sempre, & lui & lei conformi nella loro volontà; & cõpito il testamento, fù chiamato i testimonii per publicare & l'vno & l'altro: & publicato prima quello di M. Giuseppe præsente la moglie, fu poi publicato quello di Madõna Franceschina presente M. Giuseppe. Item de præsentia mariti deponit secũdus testis ser Bernardus Linarius: deponens, che quando e'l fù chiamato per testimonio da M. Gabriele, priore di Lazaretto, al testamento del quondam M. Giuseppe Sarasin, qual'era in vno casone di tauole sopra Lazaretto; & publicato che fù prima quello di M. Giuseppe, immediate si publicò ancho quello di Madonna Franceschina sua moglie, la quale sedeua in detta casa sopra vn letto presente M. Giuseppe, &c. Iste igitur secundus testis deponit clarissimè de præsentia mariti; est verum quòd non deponit quòd maritus dictasset testamentum Dominæ Franciscinæ; & ratio est, quia ipse fuit vocatus ad publicationem testamentorum, non autem fuerat præsens eorum confectioni, & extensioni: prout fuerat ipse Gabriel, qui illa scripserat. Cum igitur pateat de præsentia mariti, etiã si aliud in causa non extaret, tamen ex ea sola resultaret conclusio, quòd maritus videatur consensisse testamento vxoris, disponentis de tota sua dote, & prætenso lucro renuntiasse: nõ obstante allegatione Baldi, & Iasonis; nam etsi, quando aliquis est præsens & tacens, videatur vel præsumatur consentire, & quando non: difficilè posit dari solida & certa doctrina: quoniam, vt inquit Abb. cap. nonne, de præsumpt. est materia broccardica, & latissimè tradit Tiraq. de Retract §. 1. Glo. 9. nume. 123. & sequen. Nihilominus in quàmplurimis casibus concluditur, quòd præsens & tacens videtur & præsumitur consentire ad sui præiudicium, & bonorum suorum: & inter alios casus, hic est, quando sumus in personarum coniunctione, ratione sanguinis, & affectionis: ita expresè concludit post alios Iaso. in l. quæ dotis, nume. 72. versic. tertius casus est. ff. solu. matrimo. allegat text. in l. si seruus cõis. ff. de donat. inter vir. & vxor. vbi dicitur, quòd tres erant fratres, qui habebant seruum communem, quorum unus eundem seruum, aliis præsentibus & tacentibus donauit uxori suæ: concluditur ualere donationem respectu tacentium, qui ratione proximitatis, uidentur in eorum præiudicium consensisse: & sic est ibi casus quòd coniunctio personarum facit præsumi consensum donationis, etiam ex sola præsentia & taciturnitate: & hanc eandem conclusionem pouit Felyn. d. cap. nonne, colu. 4. uersi. fallit secundo ratione couiunctionis sanguinis, propter quam tacens habetur pro consentiente, etiam in præiudicialibus: allegat dictum textum d. l. si seruus communis, referendo ut supra: & subdit esse casum ualde notabilem, secundum Abba.

ibi, per

ibi, per quem limitari possunt omnes casus, in quibus dicitur, tacentem non obligari: ita ibi magistraliter inquit Fel. & reperitur, quòd per illum tex. notabilem, inferunt Doctores sæpe ad infinitas decisiones: & inter alios, Guid. Pap. consi. 54. consuluit, quòd donatio de bonis vxoris facta filio communi, matre præsente, vel absente, actum tamen geri sciente, & non contradicente, valet fauore dotis, & ob sanguinis coniunctionem: & ibi refert similem decisionem Ioan. Fabri, quòd pater dotans vnã ex filiabus de bonis maternis, altera sciente, & non contradicente, propter coniunctionem personarum valet dotis constitutio, & sola scientia sine contradictione præiudicat: Alex. consi. 167. nume. 6. lib. 7. vbi, quòd non est absurdum sæpenumero fieri interpretationem, quòd in dubio intelligatur facta donatio propter rationem cõiũctionis sanguinis, vel propter reciprocã donationem: vt ibi per eam: & hoc vltimũ de reciproca donatione ponderandum est in casu nostro, vbi apparet vxorem relinquere maritum vsufructuarium totius suæ dotis, vt ex hoc facilius posit præsumi de consensu mariti, ratione remunerationis, iuxt. l. si verò §. idem Papinianus. ff. mãdat. quem ibi Alex. allegat: vnde Ias. in l. ex hoc iure, nume. 57. versi. quitus effectus, & nume. 55. versi. tertius effectus. ff. de iust. & iur. infert in materia obligationis antidotalis, quòd benemerita quæ præcedunt, faciunt actum dubium censeri donationem: allegat text. d §. idem Papinianus, & loquitur Iason inter maritum & vxorem, vt ibi per eum: Socin. consi. 4. nu. 31. versi. octauo, lib. 4. vbi quòd patruo dotante filiam propriam, sciente nepote, & non contradicente, nepos sibi præiudicat, & censetur dotata de bonis communibus, allegat d. l. si seruus communis, & glo. ibi, dicentem: quòd sic scientia præiudicat circa amissionem dominii, quia præsumitur voluisse donare affinitatis ratione: & hoc idem sequitur in duobus fratribus habitante in communione bonorum, altero dotante filiam propriam, Deci. consi. 68. col. penul. versi. his tamen remotis: & plura similia possent allegari: quæ allegat Rom. in tracta. fallen. fall. 17. propter personarum affinitatem, & fallen. 26. propter summam amicitiam, & fall. 29. propter paternalem & filialem coniunctionem, & fallen. 35. propter personarum magnam affectionem, & fallen. 48. propter remunerationem, vbi inter alia allegat tex. d §. idem Papinianus. Præterea, quòd in casu nostro constet de claro consensu mariti, apparet non solum ex ipsius præsentia, sed etiam quia interuenit actus positiuus, ex eo, quia dictauit testamentum vxoris, quo casu, concluditur apparere de consensu; iuxta not. per Ias. d. l. quæ dotis, nume. 90. versi. decimus tertius: & not. per Felyn. d. cap. nonne, 2. col. versi. fallit quarto: vbi Felyn. exemplificat propriè de præsente, vltra præsentiam etiam scribente in actu, quòd censetur cõsentire, & tradit Tiraq. in loco prælleg. nume. 156. & de legib. connub. glo. 7. versi. Ex prez, nume. 23. & seq. vbi in specie loquitur de consensu mariti, & nu. 30. & Phanuc. in terminis, glo. 13. nu. 8. versic. nos dicemus: & quanquam in casu nostro adsit vnicus testis, qui deponat de actu mariti dictantis testamentum vxoris; attamen sufficere debet in casu pestis: non enim requiri debet in istis casibus illa exacta probatio, quæ regulariter requireretur: & maximè cum causa agatur coram arbitratore: coram quo sufficiunt leuiores probationes: Bald. l. solam in fin. C. de testib. vbi quòd arbitrator potest credere testi reddenti rationem dicti sui verisimilem, licet non concludentem: refert, ac sequitur Deci. cõs. 178. in fi. vbi, quòd in causa, quæ de iure & facto commissa fuit, iudex secundũ eius conscientiam iudicare debet, & probationes etiam non plenas, sed persuasiuas recipere potest, subdens Decius, quòd ita ipse, si causa esset sibi commissa iudicaret: & ponderanda sunt ista verba Decii, quia in præsenti nostro compromisso dictum est expressè, de ampla licentia & authoritate iudicandi, arbitrandi, iuxta rectam conscientiam: & per illud dictum Bal.

Aretin.consi.col.fin.versi.præterea dato, infert, quòd dato, coram iudice non esset sufficiens probatio famæ, de subtilitate iuris, saltem coram arbitratore, qui procedit de æquitate videtur sufficere, vt ibi per eum: arbitrator igitur non tenetur admittere probationes tantum, quæ omnino concludāt, sicut iudex: sed potest credere probationibus persuasiuis: & potest credere testibus, quos certos, & veridicos videt, licet non ita plenè concluderent, & deponerent: & ideo in casu nostro potest credere etiam vnico testi deponenti, quòd maritus testamentum vxoris dictabat: quare ex his, & aliis iam exaratis apparet, iam fuisse sublatam omnem dubitationem. Lappus enim in allegatione 129. nume. 24. tangit in specie, qualiter maritus videatur consentire vxori disponenti de dote sua, & an sibi per talem consensum præiudicet: & inquit inter alia, quòd si vir dedit licentiam vxori profitendi in monasterio, & omnia circa id faciendi, quæ sibi placerent, cum in ingressu soleat disponi de bonis, & testari circa bona licentiam videtur dedisse tacitè: & sibi præiudicat in lucro dotis: Socin. etiam in consi. 61. præalleg. tangit etiam de eodem puncto: & primo arguit, maritum non videri consensisse, nec sibi præiudicasse: sed contrarium concludit, & inter alia dicit ad nostrum propositum hæc verba formalia. Accessit enim consensus mariti, quia simul alienauit, & obtulit, vt est text. l. cum pater §. libertis. ff. de lega. 2. text. & ibi Bald. & Moder. l. is qui hæres §. neque. ff. de acquiren. hæred. Bald. in l. si filius. C. ad Macedon. faciunt not. per Ioan. Andr. in regu. qui tacet, in Mercurialibus de reg. iur. lib. 6. Hæc ibi Socin. formaliter, ex quibus clarè patet, quòd non requiritur consensus expressus, sed tacitus sufficit, vt ibi per Soci. qui post verba suprascripta, immediatè subdit, quòd imò in illo casu maritus expresè præstiterat consensum, vt patebat ex instrumento oblationis, ex quibus verbis immediatè sequentibus clarè constat, mentem Socin. fuisse, etiam consensum tacitum sufficere per supra proximè allegata; quia simul alienauerat, & obtulerat &c. Paris. etiam dicto consi. 127. tractat in illo casu, an constet de consensu mariti, & primo arguit quòd non; sed contrarium concludit, & considerat verba quarundam epistolarum, seu literarum missarum per maritum eius sozorio; videlicet; La sua possesione, la qual tengo sua vostra, & nòn mia, perche mi pare cosi il douere, la quale non reputo per me, ne tengo sia mia, ma vostra, & cosi liberamente la goderete, che cosi anchora è la volontà di vostra sorella, ex quibus verbis etiam enuntiatiuis, & non expresè loquentibus de renuntiatione dicti lucri dotalis, tamen concluditur; quòd important remisionem, & donationem dicti lucri dotalis: ita ibi Paris. nume. 44. versic. nam excellentisimus, & in terminis etiam tradit Alexan. consi. 246. lib. 6. refert, & comprobat Phanuc. d. glo. 13. nume. 6. versicu. altera autem conclusio, & versic. quemadmodum:

Ita fuit (prout audiui) iudicatum a Mag. & clarisſ. Iurisc. D. Vincentio Angusola.

Pro Magn. Com. Manfredo de Portis.

REQVISITVS vt pro iustitia & veritate in præsenti causa ardua scriberem, equidem diù, multumque sum reluctatus, quòd verebar reprehensionem doctorum, atque prudentium, si mauum apponere auderem, vbi vir eminentissimus D. Torniellus (vt audio) subtilissimè, atque copiosissimè scripsisset, cuius responsa non minus, quàm Delphica vera esse putantur: at posteaquam tantopere mea, qualiacunque, efflagitantur, igitur viso processu, quòd pronuntiandum sit pro Magn. D. Donella actrice mihi videbatur probari posse pluribus fundamentis, & rationibus, & præsertim infrascriptis. Principio, dicta renunciatio, & quietatio videtur fuisse ipso iure nulla; & inualida, ratione minoris ætatis dictæ Magnif. Actricis: nam tempore dictæ renuntiæ, & quietationis factæ de anno 1519. ipsa erat ætatis annorum sexdecim, vel circa, vt constat ex positione sua quinta confessa, & de hoc non est difficultas, ita in terminis in renuntiationibus, & liberationibus, quas faciunt puellæ minores, tradit Bald. l.1.C. si aduer. donat. refert, ac sequitur Felyn. consil.16.nume.15.versicu.& ex hoc: nec obstat si dicatur eiusmodi renuntias, & quietationes firmari iuramento, iuxta auctẽ. sacramenta puberum.C.si ad. ven. vt dicebat Bald.dicta l.1.respondetur enim extare statutum nostrum, sub rubrica de bonis puberum non alienandis, quo requiritur certa solennitas vltra ius commune, qua non seruata disponitur contractum, & quietationem factam per minorem annis viginti esse ipso iure nullam, nullius valoris, & momenti, non obstante aliquo iuramento, ac pacto tacito, vel expresso: quæ omnia in fraudem interposita, vel dolo extorta esse credantur: at tali statuto extante, præsumente iuramentum dolo, & fraude extortum, cessat dispositio dictæ aucten. sacramenta puberum: ita tradit Barto. in l.omnes populi, nume.25.ff. de iusti. & iur. vbi attestatur ita fuisse iudicatum; refert, ac sequitur Iaso. dicta aucten. sacramenta, nume. 84. vbi alleg. concordantes, & attestatur post Alexan. quòd ista opinio est communis; & ab ea, iudicando, non esse recedendum, & ita in terminis in renuntiatione puellæ facta patruo consuluit ipse Iaso. in splendida ciuitate Verona, vbi adest simile statutum, consi.133. nume.15. versic. quinto & vltimo libro 4. & ita consuluit Cur. iun. consi.118. nume.6.versicu. assumo veram, & communem conclusionem, vbi consuluit super statuto Tridentino, & in eodem casu illud consi. Cur. iun. comprobauit latè Socin. iun. consil.3. nume.36.libro 2. & pulchrè tradit Ferrat. caut.16. col.2. versi.ita notanter dixit Bar. &, in terminis, quòd huiusmodi renuntiæ,& quietationes sint nullæ, quando statuta reprobant iuramenta, tradit Bal. l.1.in fi.C. si aduer. don. & idẽ consuluit cõsi.149. versi. sexto, lib.2.& consuluit Anch.consi.330.nu.14.vers.ista quietatio.& huic opinioni fauendũ est, quia prout dicebat Luc.de Penna in l.3.C.de præd.curial.libro 10.d.auct.sacramenta puberum est mors & destructio adultorum, si seruaretur; & dicebat Cyn. quòd dicta aucten. induxit ad inferos animas multorum, quia præbuit facilem materiam captandi pubĕres, maiores annis 14. minores 25. qui aliàs non sunt habiles ad contrahendum propter imbecillitatem intellectus, & iuramentum facit eos haberi pro maioribus, & ideo attestatur ibi Alber.Fulgos.& Pau.quòd Herricus septimus Roman.Imperat.

rat. propter multas querelas, quas habuerat de illa auct. decreuerat eam tollere; sed morte præuentus non potuit; sed in multis ciuitatibus esse statuta tollentia d. auct. sacramenta, & tale statutum esse Paduæ attestatur ibi Pau. & etiam Papiæ ibi Iaso. in princip. Concluditur ergo dictam Magn. D. Actricem posse contrauenire non obstante iuramento, maximè impetrata absolutione ad effectum agendi in forma ad cautelam, quia non erat necessaria, stante tali statuto secundum Geminia. consi. 51. in fin. nec præmisis obstat exceptio dicti statuti, saluo quòd mulieres minores, & puberes posint suis propinquis finem, & remisionem facere, &c. Quoniam dicta exceptio non procedit, data enormi, seu enormisima læsione facientis finem, & remisionem, prout præsupponit Paris. consi. 16. nume. 74. 76. 90. lib. 2. & consi. 93. nume. 9. 15. consi. 94. nume. 22. lib. 3. Statutum enim videtur facere exceptionem respectu defectus tantum minoris ætatis, prout de tali defectu statutum illud principaliter disposuerat, non autem censetur prohibere aliam nullitatem, vel remedium rescisorium, quod ex alia parte iuris descenderet, vt ex capite enormis, seu enormisimæ læsionis. ita in terminis in simili statuto volente, quòd contractus minorum obseruaretur. consuluit Ancar. consi. 375. nume. 20. versic. contrarium dico, & sic aliàs consului, vbi loquitur in terminis in quietatione facta per minorem, qui fuit enormiter læsus, vt ibi per eum loquentem etiam in casu, in quo aderat iuramentum in ipsa quietatione: & idem in terminis in simili statuto consuluit Paul. de Cast. consi. 452. ad primum, col. 3. versic. tum propter finem, in nouis, vbi loquitur in quietatione, & renuntiatione facta per filiam minorem patri læsa enormiter, respectu hæreditatis maternæ, & ibi aderat iuramentum, & statutum in specie excipiens ab eius superiori prouisione casum de renuntiationibus, quas puellæ faciunt patribus, vel fratribus; & in effectu statutum nostrum idem expresè sensit, dum subdit, congruè, & sufficienter, & sic nullo modo vult tolerare aliquam læsionem in huiusmodi remisionibus. & ideo cum in casu nostro adsit enormis, & enormisima læsio, cum renuntiauerit tribus succesionibus, seu iuribus, videlicet, in bonis paternis, maternis, & fraternis, vt infra latius ostendetur, cessat exceptio statuti, maximè quia clarum est, quòd non sufficit vnica dos pro omnibus succesionibus, hæreditatibus, seu iuribus debitis ipsi puellæ: sed requiritur dos congrua, & sufficiens in qualibet succesione, hæreditate, seu iure, a quibus puella excluditur: ita elicitur ex statuto sub rub. de testamen. & succes. ab intestato, cap. 4. versi. si prius dotatæ non fuerint de bonis eius, de cuius hæreditate agitur, & in terminis super dicto statuto nostro Vicentino consuluit Socin. consil. 33. nume. 13. uersicu. sed tamen filia est dotanda de bonis eius, de cuius succesione agitur lib. 3. remanet ergo conclusio, militare dispositionem præallegati statuti sub rubrica de bonis puberum non alien. non obstante allegata exceptione, quæ hoc casu non procedit, vt appareat ex præmisis, & ex infra dicendis. Nec præmissæ conclusioni obstat fundamentum, quòd Magn. D. Actrix censeatur ratam habuisse dictam renuntiam, & quietationem, ex quo maior facta tam diu tacuit iuxt. l. 1. & 2. C. si ma. fa. rat. hab. & l. fin. C. si ma. fa. aliena rat. hab. vbi ex hoc tollitur defectus minoris ætatis. Nam respondetur primo, quòd stante dicto statuto præsumente, & fingente fraudem, & dolum in contractibus, & alienationibus puberum. equidem ratificatio tacita, vel expressa non validat contractum fraudulentum, & dolosum, vt est text. in d. l. 1. versic. facta sine dolo diuisione. C. si ma. fact. ra. hab. & ibi not. Salycet. & consuluit Roma. consi. 54. col. 2. versi. contrarium puto verius, vbi ait pro hoc esse casum expressum d. l. 1. vna cum glo. ibi & Roman. loquitur in specie quando statutum requirebat certam solennitatem, & dicit Roma. dolum præsumi ex so-

lennitate omissa, & ex enormi læsione, vel quia vendit omnia bona, vel quia renunciat hæreditatibus sibi debitis, & subdit quòd ratificans præsumitur ignorasse dolum & fraudem. Quæ omnia faciunt ad propositum; sed non sunt necessaria, stante statuto expresse præsumente, & fingente fraudem vel dolum. Et secundum præmissa consuluit etiam solenniter Cur.iun.consi.50.nume.8.versic. sed quid in generalibus immoror? vbi loquitur in statuto Tridentino simili statuto nostro Vicentino, & ibi concludit quòd ex quo statutum præsumit, & fingit fraudem, & dolum cessat allegata ratificatio tacita vel expressa, facta per minorem, effectum maiorem; & pro hoc ait esse tex.clarum, de quo miratur celebres Aduocatos Tridentinos nō habuisse notitiam in d.l.1.C.si ma.fact.rat.hab. & ibi not.per glo.Bart. & Salyc.& in fin.concludit illum casum decidi per text.expressum d.l.1.& ideo vbi est casus legis, nullam dubitationem esse, vt ibi per eum. qui in consi.sequenti defendit suum consilium a quadam obiectione, & hæc consilia refert, ac sequitur Craue. consil.160. nume.4.versi.Curtius etiam iunior. Et aduertendum est, quòd quando præsupponeretur læsio enormis, seu enormissima, tunc prædictum consilium Curt. iunioris procederet prorsus sine aliqua difficultate, vt patet ex narratis in themate illius consilii, versic.pro concordia dictarum opin. vidi quandam subtilem considerationem, & ex discursu consilii. at in casu nostro præsupponitur huiusmodi læsio, vt infra latius probabitur ergo &c. Confirmantur præmissa ex not.per But. consi.46.colu.4. versi.non ob.C.si ma.fact.alien.rat.hab.l.fina.vbi ait, quòd d.l. non procedit de iure canonico, cui standum est, quia ibi patet de mala fide: vnde non potest confirmari contractus ad illius contrahentis cum minore commodum, & cessat præscriptio, vt ibi per eum: & ita etiam respondet Roy. consil.170. nume.29. libro 1. & in terminis quòd non obstet præscriptio temporis, tradit Socin.iun.consil.144.nume.43. & seq.lib.1.vbi erant lapsi anni 56.& vltra, & considerat tempus quo vixit maritus, & tradit idem Paris.consi.75.nume.34.lib.3. & pro responsione ad dictam l.fin.videndus est Corn.consi.207.nume.6.versi.non obstat dispositio d.l.fin.lib.3.vbi multipliciter respondet, Alcia.consi.97.nume.28. Præterea esto ex superuenienti maiore ætate, vel ex lapsu temporis fuisset sublatus defectus maioris ætatis. Nihilominus restat defectus enormis, & enormissimæ læsionis, qui defectus non censetur sublatus iuxta l.1.C.si ma.fact.alien.rat. hab. vbi licet minor factus maior ratam habeat alienationem citra dimidiam iusti pretii, potest nihilominus intentare remedium aduersus læsionem enormem, vt ibi: vnde in proposito aggrediendo ad secundum principale fundamentum Mag. D.Actricis super læsione enormi, & enormissima, pro eius demonstratione, In primis (ex facto enim ius oritur) videndum est, quæ qualitas, ac quantitas bonorum, & iurium fuerit, quæ spectabant & pertinebāt tempore dictæ renuntiæ, & quietationis ipsi puellæ renuntianti, & quietanti. & quidem incipiendo prius a dote materna, satis constat ad quondam Magn. D. Ioannem patrem prædictorum Mag.DD.patruorum, ac ad ipsos patruos peruenisse ex causa dotis matris dictæ puellæ ducatos 2000. & si enim dotis instrumentum non appareat, attamen ex euidentibus indiciis & legitimis præsumptionibus, & coniecturis satis religio, & motus animi iudicantis informatur; adeo quòd aliter nec credere, nec æstimare posit, quod sufficit; quia omnes probationes arbitrariæ sunt, vt not.Pau. de Cast.l.admonendi, col.8.versic.qualiter autem dicatur quis plenè probasse, ff.de iureiur. vbi ait signanter quòd probationes sunt arbitrariæ, & dependent ex mero iudicis arbitrio secundum subiectam materiam, alleg.l.3.ff.de testib.refert, ac sequitur Dec.consi.163.in fin.& alibi sæpe: &, omissis generalibus, est tex.in terminis expressus, quòd dos probari possit sine instrumento, ex inditiis, & præsumptionibus,

in l.cum citra.C.de iur.dot.vbi tex.ait, Cum citra fidem etiam instrumentorum dotem datam, aliunde probanti post diuortium quondam vxoris tuæ secundum bonam fidem restitui debere, constet, etiam amißsis instrumentis sine dubio cætera probationum indicia prodita, non habentur irrita: ita ad literam inquit ibi tex.& quòd sufficiant indicia,& præsumptiones not. ibi glo.versic.per testes, vel alias probationes, vel præsumptiones,& ita illum textum cum sua glo.quòd dos probari poßsit ex præsumptionibus, notat Hyppol.de Marsil.in rub.nume.63.versic. & magis specialiter loquendo.C.de probat.vbi alleg.glo.& Bald.d.l.cum citra, dicentes quòd dos probatur nedum instrumentis, & testibus; sed etiam præsumptionibus, & inditiis; & idem Marsil.tradit singul.442.versi.& pro ista limitatione. At in casu nostro plura concurrunt inditia,& præsumptiones, & primo concurrit quædam præsumptio generalis, quæ est quòd in dubio non debemus præsumere mulieres maritatas esse sine dote, vt probatur per glo.3.q.4.cap.consanguineorum, uersi.dotali.& facit tex. cap.aliter, versi.dotetur.30.q.8.vnde sicut solet fieri,& cōiter obseruari videmus, ita a solitis præsumere debemus, argu.l.certi conditio.§.si nūmos.ff.si cer.peta. & ita in specie tradit Campegg.in tracta.de dote, dum tractat materiam statutorum excludentium fœminas a succeßsione.q.57.vbi ait quòd in dubio præsumitur mulier dotata, si est maritata,& ad hoc alleg. Ancar.consil.144.& confirmat ex not.per glo.in l.1.C.de dot.cau.non num.considerando si mariti tenuerint vxores in domo,& præstiterint alimenta, nec vnquam conquesti fuerint, quod nunquam fecissent, nec facere obligabantur, si dos promissa, soluta non fuisset, vt ibi per eum, qui in q.56.præcedenti notat vnam maximam, quòd aliquam fuisse dotatam potest etiam probari ex coniecturis, nec requiritur quòd probetur realis,& vera numeratio dotis,& quæ sint illæ coniecturæ vel temporis, vel patrimonii diminuti, vel meritorum, vel confeßsionis mariti, vel taciturnitatis; vel dotis datæ sequenti filiæ, vel alimentorū præstitorum, & de aliis infinitis coniecturis, quibus probatur maritum dotem recepisse: vide (ait ipse) bonam glo.& ibi Bal.l.cum citra.C.de iur.dot.& ad præmissam cōiecturam ex alimentis præstitis faciunt not.per Bal.l.1.C. de priuil.dot.refert, & sequitur,& valdè notat in practica Aretin.instit.de actio §.fuerat, nume.16.versi.& potißsimè si vir aluit & vestiuit, & tradit Socin; (si tamen sunt Socini, inquit Soci.iun. consi.33.nume.18.lib.3. sunt enim cuiusdam eiusdem discipuli, vt dicitur, & credit Appostill.Rom.in aucten.similiter.C.ad l.falcid.) in tract.fallentiarum reg.109.Dotis causa, fallen.4.versi.quia etiam coniecturæ habentur pro aliquis probationibus, & alleg.Bald.d.l.1.& subdit hoc esse tenendum menti, & secundum hanc præsumptionem consuluit idem Socin.consi.82.nume.3.versi.pro quibus facit lib.3. vbi attestatur se vidisse secundum hanc præsumptionem consultum per doctißsimos viros; & licet subdat se in l.1.ff.solu.matrim. disputasse contra tale fundamentum. tamen ait in iudicando non esse recedendum a communibus opin. doctißsimorum virorū, & singulariter ponderat Cur.sen.consi.49.nu.3.uersi.& ideo Bal.ubi Cur.sen. subdit se semper magnifecisse illam decisionem Bal.in d.l.1.quia exemplum Bal.de alimentis præstitis est leuis coniecturæ,& infert Cur.sen.ibi ex eo dicto Bal. quòd omnis leuis coniectura est potens in proposito: faciunt notata nouißsimè per Craue.cōsi.77.nume.10.uersi.& si peti potuisset, ubi considerat esse uerisimile, quòd maritus onera ferens matrimonii dotem consequatur, & præsumptionem esse quòd diligens sit maritus in dotibus consequendis; uidemus enim (ait) a communiter accidentibus maritos, cum primum matrimonii onera sustinere incipiunt, statim ad cumulationem bonorum animos applicare, quæ sanè præsumptio fortißsima est secundum Craue.ibi,& consi.44.circa fin.& ad præmissam præsumptionem generalem,
quòd

quòd mulieres præſumantur a communiter accidentibus habuiſſe ſuas dotes, faciunt tradita per Aret.cõſ.28.col.3.verſ.vnde ſi dicatur,vbi hoc expreſsè dixit,& pulchrè Fulgos.inter conſil,Cur.ſen.conſi.34.nume.3.verſic. communiter enim, & frequenter contingit, quòd matrimonia dotes habeant &c. & ad aliam præſumptionem ex dotibus aliarum ſororum faciunt tradita per Barba.conſi.79.col.fin. verſic. & ſuper hoc non eſt poſsibile lib.3. ſed vltra præmiſſa concurrit in caſu noſtro alia optima præſumptio: nam præfata D.mater ipſius puellæ in ſuo teſtamento condito tempore ſuæ profeſsionis in monaſterio, diſponendo de dote ſua, aſſeruit dotem ſuam fuiſſe, & eſſe de ducatis 2000. & ipſam totam dotem ipſi D. teſtatrici ſpectare, & pertinere, quia Mag.D.Manfredus eius maritus deceſsit prius, quàm dicta D. teſtatrix; & de dicta dote ſua reliquit monaſterio ducatos 800. & alios ducatos 1200.pro reſto, & completa ſolutione dotis dictæ D. teſtatricis, vnà cum vſufructu dictorum ducatorum 1200.curſuro, reliquit dictæ D.puellæ eius filiæ, ex qua teſtamentaria diſpoſitione ſatis vnicuique ſenſato, & probo viro poteſt conſtare ita eſſe, & fuiſſe rei veritatem: in primis enim non eſt veriſimile, quòd quis velit teſtari de eo, quod non habeat, & facere actum deridendum, & nugatorium, & ad hoc faciũt optimè tradita per Soci.iun.conſi.135.nume.14.verſi. ex quo ſumitur bonum iudicium lib.2.vbi ait quòd ex diuiſione ſumitur bonum inditium, quòd ipſi diuidentes erant domini. quoniam cum quiſque præſumatur bonus, non eſt præſumendum, quòd diuiſerint niſi ea, quæ eorum erant; & tanto magis hoc eſt præſumendum in caſu noſtro, vbi dicta aſſertio facta fuit per dictam D.in ſuo teſtamento, ex quo cogitabat de morte.ita Soci.conſi.73.nume.3.verſi.nec obſtat,lib.3. vbi allegat illud veritatis: Eſtote parati, quia neſcitis, neque diem, neque horam. Benè etiam faciebat illud prophetæ Eſaiæ, cap.XXXVIII. Diſpone domui tuæ, quia morieris &c.Faciunt tradita per Docto. de libro priuati faciente maiorem fidem ratione eius mortis; Bal.l.comparationes.C.de fid.inſtrumen. & Iaſ.in l.admonendi ff.de iur. & Afflict. deciſ.40.nume.20.verſic.tamen maior fides, & ſequitur Craue.conſi.158. nume.8. vbi in ſpecie loquitur in perſonis religioſis, vt in caſu noſtro. Nam confirmatur bona præſumptio ex quo dicta D. teſtatrix relinquebat mundum, & ſe dabat totam vitæ ſpirituali in monaſterio quidem pauperrimo: vnde ceſſat ſuſpitio de aliqua fraude ob cupiditatem bonorum temporalium: ita probatur ex not.per Anton. de Butr.in illa q.an conditio ſine filiis deficiat per ingreſſum monaſterii iux §. ſed præſenti in auct.de ſanctiſs. epiſcop. Dicit enim Butr. non eſſe veriſimile quòd ille, qui zelo Dei ad religionem inuitatur, retrahatur ex eo quòd fideicommiſſum in ſubſtitutum transferatur: & hæc prius fuit conſideratio Bal. conſi.73.inci. inter ſcholam ſanctæ Mariæ, lib.5.in antiq. vbi inquit, quòd leuis ratio videtur reiiciendi dictam conditionem, ne a vita contemplatiua remoueatur: quia cum intrans religionem renuntiet ſeculo, & bonis, & perpetuam voueat paupertatem, non eſt veriſimile, quòd retrahatur a propoſito, propter fideicommiſſum, cum paupertatem profiteatur: refer, ac ſequitur Dec.cap.in præſentia, col.39.verſi.pro reſolutione, de probatio.& confirmantur præmiſſa, quòd re vera dos peruenerit ad Magn.patruos ex ſubſtitutione, quam fecit dicta D.de eius fratribus: ſi enim dos effectualiter ad Magnif.patruos non perueniſſet ad quid ſubſtituere dictos D. teſtatricis fratres? Confirmatur ex grauamine dictorum patruorum in ipſo teſtamento, verſi. grauauit conſcientias Mag.&c. Ex onere enim præſupponitur, quòd ad eos perueniſſet emolumentum, argum.l.ab eo.C.de fideicom.l.denique §.interdum.ff.de pecul.leg. cum vulgaribus: denique comprobatur ex teſtamento Mag. & excellentiſs. D.Federici vnius ex dictis patruis: qui in ſuo teſtamento inter cætera commemorauit legatum dictæ

dictæ D. testatricis factum dicto monasterio, & illud agnoscendo, tanquam ipse pro sua portione obligatus, iubet videri computa, & satisfieri: ex quibus omnibus simul iunctis euidentissimè constat de dicta dote: quæ enim singula non prosunt, multa iuuant glo.l.2.ff.de excusat. tut. sicut enim harmonia ex multis, & diuersis vocibus conficitur; ita & probationem sæpenumero ex multis, & diuersis præsumptionibus, inditiis, & adminiculis confici oportet, vt iudicis animus, qui ad vnam probationis speciem (re ita exigente) se non applicat, moueri ad veritatem possit: ita eleganter Bald.cap. cum causam, de probatio. & not. Florian.l. testium §.eisdem.ff.de testib. dum dixit ex multis imperfectis speciebus probationis integram posse sumi probationem: & subdit hoc melius probari per illum textum, quàm per alium, qui sit in iure: & pro exornatione huius regulæ vulgaris, quæ nõ prosunt singula multa iuuant, pulchrè cumulat (more suo) Barba.consi.7.col.1.2. lib.2.facit dictum Quintil.lib.5.cap.de vsu argumentorum,versi. itaque si non possunt valere, quia magna non sunt, valebunt quia multa sunt, quæ ad eiusdem rei probationem omnia spectant, & idem alibi sæpe: ex præmissis ergo apparet dictæ puellæ tempore renuntiæ, & quietationis spectasse, & pertinuisse ducatos 1200. pro capitali dotis maternæ; & vlterius spectabat, & pertinebat interesse debitum decursum a tempore dicti testamenti materni vsque ad tempus renuntiæ & quietationis: nam clarum est quòd interesse licitè debitum erat per patruos administratores dictæ puellæ iux.tex.& ibi not.per Bar.in l.tutor qui repertorium §.si post dispositionem,& §.seq.ff.de admist.tuto.& per Alexan.l.diuus,nume.9.versi. & dicit Pau.de Cast.ff.ad l.Falcid. considerato lucro, quod proueniret si pecuniæ debitæ puellæ fuissent conuersæ ad emptionem prædiorum,& liuellorum, seu fuissent datæ mercatoribus ad honestum lucrum,vt declarant Doct.præalleg.& solenniter tradit,& sequitur Roma.consi.139.col.2.versi.ideo dixit Barto.& consi.188.col.2. versi.quo ad secundum,& Corne.consi.243.num.9.versi.hinc videmus,lib.3.& Signorol.consil.197.in fi.& præsertim attento quòd pupillæ fit mora re ipsa, iuxt.not. in specie per Pau.de Cast.consi.238.col.3.versi.nec ob.si dicatur. Et licet præmissa loquantur in tutore, tamen idem extenditur ad alios quoque administratores:ita singulariter extendit Corn. d.consi.243. vt ibi per eum, & in terminis terminantibus, quòd neptis posset petere fructus, & emolumentum dotis maternæ aduersus patruos administratores ipsius puellæ, tradit Pau.de Cast.cõs.110.in col.7.vers. quarto videndũ est,in antiq.vbi loquitur propriè quando dos consistebat in pecunia, & ad hoc faciunt not.per Bar.l.1 §.officio.ff.de tut.& rat.distrahend.vbi post Iacob.de Aret.inquit quòd quilibet administrator tenetur si non facit rationem,& si non reddit,tenebitur ad interesse declarandum per iuramentum in litem,vt ibi per eum in secunda,& tertia lectura illius rubricæ, & ita in terminis contra patruos administratores consuluit Corn.consil.196.nume.4.versi. cum præsupponatur quòd dicti patrui lib.3. & ibi tractabatur in specie de probatione fructuum perceptorum ex bonis maternis per patruos,& inquit quòd tenebantur reddere rationem,& cum eam non tenuissent poterat iurari per nepotem in litem, pro declarando eius interesse, & idem in patruo tradit Alciat.l.1.in fin.versic.cæterum actionis ope.C.de eden.alleg.Cuma.& Deci.in consi.& idem in patruo,Beltran.consi.18.nume.4.versi.consulo igitur,lib.2.in antiq.Craue.consi.218.in princi.cum similibus,vnde computando dictum interesse dictorum ducat.1200.pro annis quatuordecim cum dimidio ad rationem ducatorũ sex pro centenario, summa est in ducat.1044.præterea d.puellæ spectabat, & pertinebat dos congrua, & sufficiens in bonis paternis, iuxta dispositionem præallegati statuti de testam. & succes.ab intestato, cap.4.versic.dotentur

tempore

tempore nubilis ætatis secundum facultates hæreditarias &c. Dos vero congrua, & sufficiens in casu nostro erat ad minus in ducatis 3000. attento valore portionis bonorum patri suo spectantium, & pertinentium, & inspecto more etiam ciuitatis in illo tempore, & maximè considerata dignitate familiæ, & numero filiorum, quia erat vnica tantum filia, & vnus filius; quæ omnia solent considerari in hac materia dotis constituendæ, prout disponit statutum præallegatum, & de iure communi est tex. in l. quæro. ff. de iur. dot. in l. si filiæ, versic. numero filiorum, & ibi not. glo. ff. de lega. 2. & cap. 1. versi. iuxta modum dotis, quam virgines accipere consueuerunt, de adulter. & pulchrè congerit Beltran. consi. 161. nume. 4. lib. 1. & tradit Corn. consi. 100. nume. 3. versi. cum vnica sit puella pinguius est dotanda, lib. 3. Alexan. consil. 83. circa fi. versi. saltem in casu nostro, in quo nulli extant filii masculi, lib. 4. & Curt. sen. consi. 27. nume. 29. versi. & attento numero filiarum, quia non erat onustus filiabus, & fortè non habebat nisi istam, & consi. 39. nume. 5. versi. vnica filia; & quando erat unicus tantnm filius, & unica filia tradit Grammat. decis. Neapol. q. 101. nu. 18. Si prout est casus noster: unde quòd dicta dos esse deberet ad summã d. duca. 3000. attentis præmissis circunstantiis, rectè deponunt testes dictæ Mag. actricis super cap. 13. D. Hieronymus de Garzatoribus, car. 13. a tergo, D. Bartholomæus de clericatis, car. 21. & alii: & confirmantur præmissa; quia ualor omnium bonorum portionis spectantis dictæ puellæ patri erat ducatorum 18309. vt infra ostendetur, ergo bene consonat, quòd dos deberet esse ducat. 3000. quia tanta fuisset legitima dictæ puellæ ab intestato de iure communi, & uulgare est dictum quòd stante statuto excludente filiam ab intestato, & mandante eã dotari, intelligi debet, ut dos non taxetur minus, quàm legitima, licet in plus taxari possit, iuxt. not. in auten. res quæ. C. com. de fideicom. maximè quando filia venit dotanda a fratribus, vel patruis, seu aliis agnatis eam excludentibus, non autem fuit ab eius patre dotata iuxt. notab. distinctionem Pau. de Cast. consi. 110. col. 6. uersi. super septimo, & consi. 400. colu. 2. versi. sed si dicti agnati, & tradit Cur. iun. d. auct. res quæ, nume. 6. versic. ego autem, & latè tradit Brun. tracta. de statu. excludentibus fœminas ab intestato in nono art. prin. q. 1. versi. quòd maximè procedit, & versi. & faciamus conclusionem, quòd dos non debeat esse in dubio minus legitima. Præterea dictæ puellæ spectabat, & pertinebat legitima sibi debita in bonis fraternis à quibus ipsa puella fuerat exclusa per patruos ex dispostitione statut. præalleg. quæ legitima erat tertia pars dictorum omnium bonorum detractis prius dictis ducatis 300. pro dicta dote. Qualis vero, & quanti valoris fuisset dicta legitima discurrendum est: & quidem ex depositionibus testium examinatorum ad instantiam dictæ Mag. actricis super primo, constat Mag. q. D. Ioannem de Porto tempore mortis reliquisse hæreditatem, & bona valoris ducat. 100000. & plus. Talibus enim attestationibus standum est iuxt. not. in terminis per Zasi. consi. 5. nume. 9. versic. quòd vt clarius lib. 1. maximè considerato magno numero testium iuxt. not. in specie per Practic. Papien. in forma libelli, in actione reali, glo. versi. & in florenis 10. col. 3. versic. & ideo si decem, aut plures testes deponerent, & stante difficultate probationis ob temporis antiquitatem, maximè causata culpa, & defectu ipsorum patruorum, qui nullum fecerunt inuentarium, prout infra declarabitur, sed vltra præmissas attestationes adest instrumentum diuisionũ d. Mag. patruorũ in actis productum; ex quo cõstat ipsis quinque fratribus diuidentibus obuenisse bona diuersi, & cuiuscũque generis in maxima quantitate, super quorum valore, & æstimatione fuerunt examinati particulariter, & distinctè plures testes, & facto calculo in summa constat legitimam dictæ puellæ in bonis fraternis fuisse duc. 5033. vnde summando partitam ducatorum 1200. pro dote mater-

na pro

na pro capitali, & partitam ducat. 3000. pro dote eidem puellæ debita in boni paternis, & partitam ducat. 5033. pro legitima in bonis fraternis, constat eidem puellæ tempore renuntiæ, & quietationis spectasse ducat. 9233. pro capitali tantum. Sed vlterius constat eidem puellæ spectasse ducat.1044. pro interesse dictorum ducat.1200. dotis maternæ, vt supra est dictum item eidem spectasse ducat. 3348. pro fructibus dictæ legitimæ camporum in ratione tronorum septem pro quo libet campo singulo anno pro annis sexdecim videlicet ab anno 1503. quo obiit D.Ioa.Franciscus vsque ad annum 1519. quo dicta puella nupsit iuxta attestationes testium Magn.actricis car.6.50.deponentium de quantitate fictus pro quolibet campo ante bella, quæ partitæ interesse dotis maternæ, & fructuum camporum iunctis ducat. 640. ex causa fictuum dictarum librarum decursorum prodictis annis.16. summant in totum ducati. 5032. & ita partita ducatorum.9233. pro capitali, & partita ducat. 5032. pro interesse fructibus, & fictibus summant in totum ducat.14265. At fortè opponetur quòd fundamentum Magn. actricis super allegato instrumento diuisionum inter præfatos Mag. patruos, non subsistit, quasi ex eo instrumento non probetur concludenter bona ipsa diuisa inter ipsos fuisse bona eis per Magn. D. Ioannem post eius mortem relicta maximè iunctis deductis in cap. 13. quòd ipsi Mag. patrui post mortem paternam ante diuisiones acquisiuerant campos, &c. & fecerant melioramenta, &c. pro magna summa den. Huic oppositioni respondebitur primo quòd super dicto cap. nullus penitus testis quicquam deposuit, nec aliqua instrumenta acquisitionum per Mag. aduersarios fuere producta. Præterea quòd prædicti Mag. q. fratres ante diuisiones parum aut nihil acquisiuissent, suadetur ex proœmio ipsius instrumenti diuisionum versic. compertum est plerunque secutis diuisionibus inter fratres, eosdem in proprijs bonis suis accuratius interdiu noctuque, summiscum vigiliis, & laboribus insudasse, & ad maius augumentum, &c. huiusmodi enim proœemia solent declarare ipsas dispositiones iuxta.l.fina. versic. hac præfatione.ff.de hæred. instit. facit cap. ex multa. §.2.de not. vbi Abb. not. considerandam esse præfationem in qualibet dispositione, & plura pulchrè congerit Barba. consil.20.colu.1.lib. 2. Præterea quòd dicta bona inter præfatos Mag. fratres diuisa præsumantur fuisse bona paterna eisdem obuenta facit text. l.2.C.de patr.pote. vbi Bald. expresse summando illum text. dicit, id, quod filius habet præsumi ad patrem pertinere, nisi probetur de rebus ad patrem non pertinentibus glo. not in.l.cum oportet versic. ex eius in fin. & ibi Barto.C.de bon. quæ lib. & benè adhoc faciunt not. per Fulgos. consil.145.colum.2.numer.2. versicu. Porrò si aliunde quæsissent ipsi, vel eorum parentes, quàm ex successione dicti D. Dyni facile originem scilicet acquisitionem prædiorum, aut probassent, &cæt. & nouissimè pulchrè tradit Crauett. in rubrica numer.43. ff. de legat.primo, vbi circa text. capit. Raynaldus inquit præsumi quòd filius testator non habebat alia bona, quàm paterna, & qui vult dicere alia bona habuisse tenetur probare, alleg. glo.l.cum de lege.ff.de probat.de qua ait sæpe meminisse cōsulendo. Et considerandū est, quòd in rebus, & negotiis antiquis, & quæ excōmuniter accidentibus difficulter probari possūt nō est exigēda plena probatio, sed sufficit semiplena, & imperfecta, imò coniecturæ, & præsūptiones pro legitimis habentur probationibus Bart.l.de pupillo. §.siquis ipsi prætori.ff.de op.no.nunt.cum vulgaribus, & est regula magistralis Calderi.consl.2. de testib. & est tex.cap.licet de testib. cū similibus. nunc in casu nostro proposito, bona paterna, & fraterna Mag. actricis plenè, & perfectè probari nō solum est difficillimū, sed velut impossibile,

cum iam annis quinquaginta, & plus prædicti pater, & frater decesserint. Vnde fieri solet quòd longinquitate temporis non pateat conditio originis cap. lõginquitate.2.q. 2. & licet secundum plerosque antiquum intelligatur de annis centum, nihilominus etiam secundum opinionem multorum verificatur etiam in annis quadraginta, & ita consuluit Alexan.consil.4.colu.5.nume.12.versic. quinimò lib.2. & alibi sæpius, vel saltem hoc remissum est iudicis arbitrio, secundum facti circunstantias, prout tandem videtur residere Alexan. dicto consil.4.lib.2. & consil.187. numer.4.versic. quis enim iudex, eo lib.& Cur.Iunio.consil.90.col.fina.versic.sed præsupposito, & Royn.consil.141.nume.7.lib.5. & Socin.consil.89.num.7.versic. nec etiam negari potest libr. 1. vbi subdit vidisse solemnes Doctores consulere tempus quinquaginta annorum esse antiquum, illis temporibus, & tradit de iudicis arbitrio Afflict. decis. Neapol. 83. numer. 7. versic. tamen hoc iudicis arbitrio, & ita tandem recitatis tribus opinio. videtur residere Crauett. tract.de antiq. temp.nume.2. in fin.versic. putarem etiam, & ita in tempore annorum 56. consuluit Alexan.consil.90.nume.12.versic. ergo dato lib.6.& habetur in Appostill. Alexan.consil.4.lib.2. præalleg. & dicto consil.187.eo lib. Faciunt dicta per Fulgos.dicto consil.145. vbi in specie considerat miserabilem vitæ hominum conditionem, mortalitates, fames, bella, & mille moriendi modos, ab annis.50.citra, quæ omnia ait esse consideranda per sapientem, & diligentem iudicem. Sed vlterius in casu nostro diligenter est ponderandum, quòd difficultas, si quæ sit, circa probationem dictorum bonorum causatur, & procedit culpa, & defectu prædictorum Magnif.D.patruorum, qui se in dictis bonis, & iuribus spectantibus, & pertinentibus dictæ puellæ, propria authoritate intruserunt, nullo facto inuentario, vt patet ex positione septima Mag.actricis, confessa, & nullam rationem tenuerunt, prout facere, & tenere erant de iure obligati, vt superius fuit ostensum, vnde leuior probatio contra Mag. aduersarios debet sufficere iuxta not.per Afflict.decis.22. nume. 5.versic.sic obscuritas facto aduersarii est causata. Faciunt quæ notari solent contra hæredem non conficientem debitum inuentarium, ex quo Claud. Saysell.in.l.mulier §.si hæres ff ad Treb.singulariter infert, quòd ideo stari debet iuramento fideicommissarii circa probationem bonorum; per non confectionem enim inuentarii quis dicitur esse in dolo præsumpto Bar.l.tutor. qui repertorium nume.20. versic. nota quòd ille.ff.de admi.tut.& Ang.cons.227.col.2.versi. & si liberũ, & Soci. cons. 159.col.2.lib.2. & secundum hanc considerationem ita in terminis terminantibus consuluit illustr.Zasius cons.5.lib.1. ibi enim tractabatur de renuntia, & quietatione sororum facta fratri de bonis paternis, & maternis, & Zasius respondit pro sororibus reclamantibus aduersus dictam renuntiam, & quietationem; & in primis, quia erat necessaria probatio qualitatis, & quantitatis valoris dictorum bonorum, ponderat in fauorem sororum, quòd erat difficilis probatio propter longinquitatem temporis annorum quatraginta, & vltra, quibus iam parentes decesserant, & quòd frater propria authoritate se intruserat in dictis bonis nullo facto inuentario, nulla tenta ratione, & ideo magna probationum difficultas, imò propemodum impossibilitas resultabat. vnde leuiores probationes sufficiebant, & ideo ex coniecturis, & præsemptionibus posse procedi, vnde inter alias præsumptiones ponderat magnam opulentiam in genere dictorum parentum, & depositiones testium, etiam deponentium de certa quantitate valoris bonorum relictorum tempore mortis per dictos parentes, vt in casu nostro, & valdè considerat difficultatem probationis dictorũ bonorũ immobiliũ, & mobiliũ esse causatã culpã, & defectu dicti fratris, qui debebat facere inuentariũ, & tenere rationẽ, vnde

vnde leuior probatio esset sufficiens, tum per naturam, & conditionem rei, tum vel maximè per factum illicitum fratris, quomodo enim (inquit) perfectè, & plenè omnia illa probari possent, quæ ad manus fratris, sine inuentario sese intrudentis peruenerunt? quis introitus, & exitus, quis fructuum opulentium perceptiones, quæ plerunque sine testibus explicātur, assequi posset? & subdit ex præmissis, & aliis bona reperta apud fratrem præsumi à dictis parentibus eidem fratri obuenisse, alleg. d. l. 2. & ibi Bald. C. de patr. potestat. & alia de quibus per eum eleganter, & concludit ex præmissis standum esse iuramento in litem dictarum sororum, circa quantitatem, & qualitatem dictorum bonorum, iudice tamen summam taxante, & ibi respondet allegatis in contrarium pro fratre de quietatione, & renuntia quòd non obstat, quia sorores vires patrimonium ignorasse præsumuntur, maximè quia nullum ostensum inuentarium tempore dictæ renuntiæ, nulla reddita ratio, vt in casu nostro. Item considerat enormem læsionem, ex qua ait dictam quietationem non prodesse fratri, nec sororibus præiudicare, & grauiter insectatur dictum fratrem, quòd non fraternè cum sororibus sit versatus, eas enormiter lædendo, & respondet fundamento fratris super diuturna taciturnitate sororum post dictam quietationem, & renuntiam. tacuerāt enim per annos 27. vt patet num. 30. col. 1. vt ibi latè per eum, vbi videndum est omnino, quia doctè, & eleganter loquitur in proposito, & ad præmissam considerationem difficultatis probationis propter factum, & defectum Mag. patruorum qui inuentarium non fecerunt, & rationem non tenuerunt. conferunt not. per Ancar. consi. 316. numer. 5. versic. si non plenè certè ex culpa matris hoc prouenit, quæ debuit conficere, & edere codicem rationum suarum. vnde ibi consuluit standum esse iuramento in litem filii super quantitate, & valore fructuū per matrem perceptorum ex bonis ipsius filii, & plura similia possent cumulari, ni præmissa satis sufficerent, ex quibus omnibus luculenter constat de probatione bonorum, coniungendo depositiones testium super primo, & aliis capitulis, & instrumentum diuisionum, & tot alias coniecturas, & præsumptiones. Et quanquam prædicti Mag. aduersarii plurimas prætendant detractiones in dictis bonis, tamen facile resoluuntur. Prima enim detractio dotis. q. magnificæ D. Philippæ euanescit, quia in capitulis ante diuisiones apparet dictam dotem pro maiori parte fuisse prius detractam, & si quid restaret detrahendum, quo ad portionem spectantem dicto. q. magnifico D. Manfredo, esset inter parum, & nihil. adeo quòd hæc prætensa detractio remanet leuis momenti. quò vero ad prætensam detractionem ex causa fideicommissorum. q. magnifici D. Francisci, & D. Bartholomæi Seniorum, respondetur nihil constare, quæ, & qualia aut quanta sint bona prætenso fideicommisso supposita, non obstantibus quibuscunque instrumentis in confuso per Mag. aduersarios productis; Quò autem ad prætensa feuda, & decimas respondetur primo quòd feudum decimale Thiennarum non est comprehensum in diuisionibus, & sic nihil constat. Feudum vero decimale Marani est comprehensum in dictis diuisionibus, sed in modica quantitate versic. (la decima di tutti li cāpi aratori di quà dal Timonchio, che sono al presente circa due campi di Vicenzo da Maran. &c.) decima Molinæ non est comprehensa in dictis diuisionibus, quò vero ad prætensum feudum decimale maladi, & Montismaladi est aduertendum primo quòd in instrumento diuisionum appellatur fictus vers. Fitti di Malo, &c. & vers. Fitti suso il monte di Malo, &cæt. Sed quicquid sit, respondetur assertam inuestiturā fæudalem olim acceptā per magnificū. q. D. Fanciscum patrem. q. Mag. D. Ioānis, de anno. 1466. fuisse nullam, & inualidā, & cōsequenter dictū fictū, qui exigitur à dicto cōmuni Mōtismaladi de lib. 1020. remāsisse allodialem, & liberum.

Nam cum dictus D. Franciscus Iunior possideret, & teneret dictum fictũ tãquam liberum, & expeditum Allodium, & proprium sine contradictione cuiuscunque personæ, equidem inuestitura feudalis ab eo accepta à Reuerendissimo Episcopo de re libera, & expedita allodiali, non valuit, nõ obstante dicta inuestitura iuxt. not. in terminis per Bar. in. l. si rem aliquam num. 9. vers. habui in hac Ciuitate hanc quæstionem. ff. de acquir. posses. vbi refert q. ex facto de quodam, qui habeat suum podere proprium, & illud tamen receperat in emphyteosim ab ecclesia, & ait Bart. se dixisse quòd nullum erat translatum dominium in ecclesiam, vt ibi per eum subdentem ita omnes doctores consuluisse in illa Ciuitate, & quanuis Bar. ibi limitet dictam decisionem non procedere quando ille dominus recepisset in emphyteosim illas res tanquam suas, tamen in casu nostro sumus extra hãc limitationem, quia dictus D. Franciscus non recepit in feudum tanquam rem suam, nam prout declarat Bar. in. d. l. num. 8. vers. Vlterius quæro si dico sic, ego dominus talis fundi sciẽs me dominum, & possessorem talis fundi, volens recognoscere à tali conduco ab eo, tunc recipio tanquam meum, & cum Bar. transeunt docto. communiter vt attestatur ibi Rip. num. 25. & num. 28. vers. cum aliter, & num. 29. vers. sed tu aduerte. Sed in casu nostro si rectè inspiciatur tenor inuestituræ, apparet ipsum D. Franciscũ nõ affirmasse, quòd sciret se esse dominum liberum, & expeditum allodialem dictæ decimæ sed dixit quòd credebat, inter quæ est longa differentia. Quia aliud est scire, aliud est credere. vt patet ex not. per Anton. de Butr. in. c. quoties de testib. de teste dicente scio, & credo, & refert Aret. cons. 64. col. 3. vers. Nec ob. præmisis, & patet ad sensum, & ex dispositione iuris, dubitans erranti æquiparatur. l. fi. C. de cond. indeb. & l. fin. §. 1. C. de furt. & in specie videtur requiri quòd recipiẽs affirmet rem esse propriam, vt loquitur Rip. dicto nu. 25. versic. nisi in cõductione affirmem rem esse meam, vt tuam. Præterea constat dictum D. Franciscum per errorem dictam inuestituram accepisse. Nam expresit quòd animaduertens decimam ipsam rem spiritualem esse, & vt omnis conscientiæ stimulus de medio tollatur, cõtentus est &c. ex quibus verbis apparet quòd ipse putabat non posse tenere dictam decimam cũ bona conscientia absque recognitione, & inuestitura episcopali, & tamen hoc erat erroneum, quoniam stante licentia Papali concessa episcopo Vicentino, cuius licentiæ vigore dicta decima fuerat alienata olim D. Sauino, equidem alienatio licita fuerat, & consequenter possessores poterant cum bona conscientia dictam decimam posidere, & tenere, & de ea disponere ad libitum, prout sæpius fuit dispositum, eam pluries alienando, & liuellando, prout uidetur fuisse liuellata dicto cõmuni Montismaladi. Vnde cum constet de errore dicti D. Francisci, corruit dicta inuestitura iuxta not. in. d. l. si aliquam rem. Faciunt ad propositum verba Bal. cons. 250. col. 2. vers. & si in conscientia nostra dubitemus lib. 3. ubi singulariter inquit, quòd si in conscientia nostra dubitemus (prout dubitabat dictus D. Franciscus Iunior in dicta inuestitura) dubia conscientia non est conscientia nec obligat ad peccatũ mortale, secundum Archid. quia non habet vbi figat pedem intellectus, & in ambiguo possessor potius debet sibi ipsi fauere, quàm dissuadere, quia debet se conformare conscientiæ legis, vel dispositioni legali; cum leges sint per ora principum diuinitus promulgatæ. vnde non debet quis sibi conscientiam facere de eo, quod non potest explicare secundum rationem veri, & perfecti, & constantis iudicii, refert, ac sequitur hæc verba Bal. formalia Cor. consi. 130. num. 3. vers. Nam dubitans semper interpretatur esse bonæ fidei lib. 4. & pro his faciũt not. in cap. vigilanti de præscript. quòd si post completã præscriptionem præscribens habeat conscientiam rei alienæ, quòd talem conscientiam tenere non debet, sed eam deponere ex quo res est facta

cta sua per præscriptionem iure permittente refert Bald.conf.247.in fin. eo lib. vbi inquit in suo casu quòd ille bonus vir non debebat habere conscientiam adeo scrupulosam imò suã conscientiam informare ex his quæ iuribus ciuilibus, & canonicis dispositа sunt, & illam deponere, ex quibus omnibus simul iunctis constat dictã inuestituram nihil obstare; & ita in terminis in recognoscente in emphyteosim ab ecclesia rem propriam consuluit Cor.cons.301.lib.1.vbi in specie loquitur, quando recipiens dubitabat(vt in casu nostro)vt ibi per eũ col.1.vers.tamen hoc non obstan te, & hoc consiliũ refert, ac sequitur Rip.d.l.si aliquam rem nume.34.vers.secundo colligitur, Quò vero ad alia onera de quibus in cap. 16. 17. 18. 19. Respondetur in instrumento diuisionum apparere de ipsis oneribus vers. incarghi, quæ in computo præmisso fuerunt habita in consideratione, & de aliis oneribus extra dictum instrumentum diuisionum nihil penitus fuit probatum. Remanet itaque conclusio firma, quòd bona, & iura spectantia, & pertinentia dictæ puellæ tempore dictæ renuntiæ, & quietationis ascendebant ad dictam summam ducat. 14265. non obstantibus inanibus detractionibus oppositis. Qua conclusione ita firmata, & præsupposita, infertur ad aliam principalem conclusionem quòd scilicet dicta puel la renuntiando, & quietando pro ducat.4000. tantùm, tribus hæreditatibus, & iu ribus maternis, paternis, & fraternis ascendentibus in totum omnibus computatis ad valorem ducat.14265. & plus fuit enormiter, & enormissimè in duplo, & triplo, & vltra læsa. quo casu non obstante quocunque iuramento, dicta renuntia, & quietatio est rescindenda, secundum frequentiorem legistarum, & canonistarũ sententiam, quia iuramentum non debet esse iniquitatis vinculum cap.inter cætera 22. q.4. & iuramentum habere debet tres comites, veritatem, iudiciũ, atque iustitiam cap.animaduertendum.22.q.2.& ideo in d.aut. sacramenta puberum not. per Docto.quòd d.auten.non procedat quando constat de dolo contrahentis cum minore, siue ex proposito siue re ipsa; & tenent etiam alii Docto. infrascripti in terminis in huiusmodi renuntiationib.& quietationibus factis per mulieres dotatas Et in primis secundum hanc conclusionem in terminis terminantibus in nepte minore enormissimè læsa in renuntiat.& quietatione facta patruo, quòd non obstante iuramento, & reiteratione renuntiæ, dicta renuntia, & quietatio esset rescindenda, petita prius ad cautelam iuramenti absolutione, ex facto consuluit solennis Doct. Petr. de Ancar.cons.339.col.fin.vers.restat vltimo de quodam dubio; & idem in cap.accessorium num.5.vers.pro declaratione prædictorum subdo.q.in qua Senis consul ui, de regul.iur.lib.6.vbi refert se consuluisse in Ciuitate Senarum in simili casu pro nepte minore, & quæ habitabat cum patruo, à quo nupta, & dotata fuit, læsa enormissimè in renuntia hæreditati paternæ sibi quæsitæ, eidem patruo cum iuramento facta, & idem refert, & tradit in cap.canonum statuta de constitut. & idem tradit in cons.39.nume.4. vbi refert dictum consilium factum Senis in quadam puella; quæ à patruo dotata, opulentissimæ hæreditati paternæ, iam ipsi delatæ renuntiauerat cum iuramento, & idem consuluit cons.180.nume.10.vers. in contrarium, & idem cons.338.num.3.vers.restat, & idem cons.375.num.1.vers.cõtrarium dico, & sic aliàs consului, & quanuis idem Ancar.semel consuluerit contra sororem, quæ renuntiauerat fratribus cons.433.num.3.attamen se fundat ibi ex eo, quòd dicta soror tempo re renuntiæ erat propè annos.xxv.& habitabat seorsum à fratribus. vnde non debebat præsumi quòd fuisset decepta vt ibi per eum, quæ cessant in casu nostro, ex quibus omnibus constat Ancar. secundum præcedentem conclusionem sæpissimè, & legendo, & consulendo tenuisse; quãta vero sit Petri de Ancar.authoritas, nemo est qui nesciat, erat enim solitus semper eligere communes, & veras opiniones legendo

& consulendo, teste Barba.in quodam cons. & iuxta hanc conclusionem in renuntia facta per filiam patri consuluit Bal.cõs.149.vers. decimo per aliam regulã lib.2. & inter alias rationes in præallegatis locis, ipse Ancar.considerat quòd iuris præsũptione fragile, & infirmum est talis ætatis minoris consilium, & multorum insidiis, & captionibus suppositum ideo dicit tex.quòd naturalis æquitas suadet talibus subuenire.l.1.ff.de mino. Accedente quoque sexus muliebris fragilitate, quia mulier consueuit sæpe contra propria commoda laborare.l.3 C.de nupt. accedente etiam reuerentia, quam neptis habebat erga patruũ iux.l.1.§.quæ onerandæ.ff. quar. rer. act. non dat. vnde cum ex facti qualitate dolus præsumatur.l.1. & ibi not.ff.de dol. excep.proculdubio ait dicendum, hic dolum inesse si non ex proposito, saltem re ipsa, ratione enormissimæ læsionis, & dolus re ipsa id, quod dolus ex proposito operatur ad rescisionem cõtractus d.l.2.ff.de dol.except.nec reiteratio iuramenti magis confirmat contractum, cui dolus inest re ipsa, imò magis contractum offendit, & iniquitatem multiplicat arg.l.doli mali §.diuersis eo tit. nec obstat dicta auth. sacramenta, nec capit.cũ contingat, & cap.licet mulieres, de iur.iur.quia loquũtur cũ contractus de se est inualidus ratione solennitatis, vel aliis rationibus. non autem si de dolo, vel iniquitate contractus euidentissimè arguatur, quia tũc esset iniquitatis vinculum, si teneremus debere seruari.vnde dicendum est debere per iudicem relaxari, qui debet in talibus ex officio occurrere iniquitati, & vt latius per Ancar.in dicto cons.339.& aliis præalleg.& pro prædicta consideratione Ancar.super sexus fragilitate faciũt optimè tradita in specie per illustrem Alciat.in.l.quum posteaquàm C.de pact.vbi in terminis illius legis in qua tractatur de muliere, quæ renuntiam fecerat, & deciditur dolo factam, renuntiationem irritam esse, inquit Alcia.quòd cũ dolus ex coniecturis probetur.l.dolum.C.de dol.ideoque in eo leuiores probationes satis sint, putat hoc casu iungi plures coniecturas debere.vnde instrui sufficienter religio iudicantis possit.Prima est quia mulier, cuius sexus fragilitati libentissimè succurritur.l.2.ff.ad Velle.vnde, & facile decipi posse præsumitur. §.his consequens ia auth.de æq.dot secunda est quia credibile non est eam sponte, & ex certo animi iudicio donasse quũ mulierũ genus auarissimum sit.l.si stipulata.ff.de do.int.iur. quare est verisimile eam fuisse circũuentam ab aduersario, hoc est aduersarium adhibitis amicis, & fortè potentioribus eam adiuisse, & improuidam circũsistendo blandis subdolisque verbis credulitati eius illusisse, & vt per Alciat.ibi, vbi elegãter, & sapienter loquitur in proposito, & de præsumpt.Reg.1.cap.42.& secũdũ sententiam Ancar.consuluit in terminis Calder.tit.de iur.iur. consil.8.dicens quòd iuramentum debet habere tres comites iudicium, iustitiam, & veritatem, & si vnum deficit, non obligat cũ effectu, vnde infert quòd puella, quæ renuntiauit bonis paternis, & incautè iurauit saltem vbi enormiter grauata reperitur, absolutionem petere potest, & absolui debet, quia iuramentum caret iudicio, & discretione. Et Antonius de Butr.cons.40.Domina, vbi loquitur in minore ætatis annorũ.12.& 15.tempore cõtractus, & eiusdem ratificationis, & quãdo aderat iuramentũ, & superuenerat ætas maior, & diu tacuerat, & tamen stante enormi læsione, non obstãtibus clausulis in instrumento appositis, maximè quia iurauerat non venire contra ratione minoris prætii, respondit Anton.de Butr.quòd dicta mulier poterat contrauenire, nec erat absolutio iuramenti illo casu, necessaria vt ibi per eum, vbi pulchrè, & copiosè considerat, & ponderat ætatem minorem, & sexũ muliebrem fragilem, & cætera de quibus ibi, & per eũdem Butr.in d.cap.cũ contingat. quem refert, ac sequitur Cuma.cons.180.nu.3.vers.& hanc sententiã sequitur Anto.de Butr.& loquitur quãdo aderat clausula renũtiat. etiam ratione damni, & læsionis enormis, vt ibi in princ.

Et cum

Et cum Butr.transit Abb.in.d.cap.cum contingat, & idem consuluit cons.8.nu. 7.versic. idem consuluit Petr.de Ancar.lib.2.& consil.107.in dubio 2. & seq. eo lib.

Et secundum eandem conclusionem latè consuluit Doctor maturi capitis (teste Felyno in quodam suo cons.) Pau.de Castr.cons.177.lib.1.in anti q. vbi hoc firmat non obstantibus multis clausulis prægnantibus,& inter alia considerat præsumi do lum ex enormi læsione filiæ renuntiantis bonis paternis,& hæreditati maternæ iam ipsi filiæ delatæ,& acquisitæ,quæ bona transcendebant triplum dotis per filiam renuntiantem habitæ,& ponderat fragilitatem sexus muliebris, & ætatis minoris, & reuerentiam paternam, & inuehitur contra patrem, quòd induxerit filiã ad tam damnosam renuntiam, contra rationem sanguinis, contra humanitatem,cõtra rationem naturalem, & loquitur in casu,quo interuenerat etiam iudicis decretum,& ponderat maiorem fraudem ex tantis cautelis adhibitis,prout in casu nostro,maximè,quia procurarunt promissionem,& obligationem sponsi in casu contrauentionis,prout ponderat in terminis Ias.cons.133.num.19.versic.item cum lib.4.& considerat Paul. de Castr. quòd vnus quisque debet cogitare quomodo vna puella existens in manibus patris carens matre,sciuerit,aut potuerit, vel ausa fuerit contradicere tale quid ab ea poscenti.vnde sufficit(ait)fundare intentionem illius filiæ in iustitia naturali,quam vnusquisque in mente sua sentit,vel sentire potest.l.oportet. §. sufficit.ff.de excus.tut.scilicet quòd illa filia non libera voluntate, sed à patre seducta,persuasionibus calliditatibus, & machinationibus consensit, & respondet cap. quamuis de pact.lib.6.quòd loquitur respectu hæreditatis patris viuentis, non autem respectu hæreditatis matris mortuæ,vel patris mortui, quorum hæreditatibus iam quæsitis mulier renuntiet,& subdit quòd pater ille qui dedit filiæ paruam partem de eo,quod ipsius filiæ erat,& visus fuit aufferre residuum in triplo plus, nõ videtur hoc potuisse facere cum bona conscientia, & ideo sine dubio deberet agere pœnitentiam de tam callido commento,& tanto asperiorem,quãto erga cariorem, & cui magis iure sanguinis tenebatur exercuit, nec posse absolutionem impetrare in foro penitentiæ, nisi restituto ablato cap.peccatũ de regul.iur.lib. 6. & vt ibi per Paul.de Castr.sanctissimè in proposito loquentem. Et eandem decis. Ancar. refert ac sequitur Aret.cons.92.col.2.vers.cũ enim, & ibi loquitur in terminis in patruo, & redarguit illum patruum de mala conscientia, & quòd tenebatur ad restitutionem in foro conscientiæ ob talem enormissimam læsionem. Et secundum eandem conclusionem respondit Barba.cons.21.col.4.versic.facit quod voluit Petr. de Anca.lib.1.& cons.53.col.4.vers.& vltra prædicta lib.1.& cons.16.col.3.vers.facit quod voluit lib.3. Et istam opin.æquam, & sustentabilem esse asserit Alexan.in.l.stipulatio hoc modo concepta col.5.versic. tertio limita.ff.de verbo.obliga. Et consuluit Corn.cons.11.num.5.vers.ex quo enim in tanto læditur minor lib.3.& idem solenniter cons.124.eo lib.vbi subscripsit cons.Soci. & refert,& firmat hanc conclusionem maximè in minore, & quando non solum est læsio enormis sed enormissima vltra dimidiã videlicet in duplo,& triplo,& alleg.Anca. & alios & attestatur aliàs in quadam causa,in qua fuerat aduocatus,ita fuisse consultum per D.Ioa.Petruc.& D.Bened.de Benedict.qui fuerunt integerrimi consulentes,& sua tempestate præ cæteris in reddendis veridicis consiliis floruerunt, & idem egregiè tradit in cons.214.lib.3. vbi loquitur in fortiori casu quo soror renuntiauerat bonis paternis,& maternis cũ decreto iudicis authoritate curatoris, consensu proximorum, & mariti,cum iuramento, &c.& tamen his, & aliis non obstantibus, stãte enormissima læsione in duplo,& triplo concludit sororem posse contrauenire, alleg.Ancar.& alios, & distinguendo inter enormem læsionem,& enormissimam in triplo,de plano hanc cõclusionem

sionem sequitur,& subdit ita sæpius consuluisse videlicet quòd vbi cadit tam enormis læsio,iuramentum non astringit,saltem petita absolutione à iuramento,quæ eo casu est concedenda ad cautelam, & refert dictos D. Petrutium, & Benedict. ita vt supra Perusiæ consuluisse, & subdit quòd hæc pars videtur iuuanda ea ratione, quia mulieres cupiunt nubere,& nuptæ ire ad maritum,& turpe est,& verecundantur illud postulare,vel nubere, vel nuptæ ire ad maritum sine deliberatione suorũ, qui plerunque impedirent, vel procrastinarent,si mulieres non implerent eorũ votum,& puellæ propter reuerentiam,& propter eam causam,& nonnunquàm, quia parum intelligunt,trahuntur ad faciendum quicquid sui postulant, quæ etiã(ait) contingere de facili potuerunt in casu isto,& idem consuluit cõs.147.lib.4.vbi clarè hanc sententiam firmat in minore, & quando læsio est enormissima in triplo,vel quadruplo,& refert ita sæpius cõsuluisse,& legendo tenuisse, & idem egregiè cõsi. 258.nu.5.vers.vbi autem iurans eod.lib.4. vbi ponderat sexum muliebrem, minorem ætatem,reuerentiam,maximè quando agitur de puellis maritandis,quæ ob votum nubendi nil audent denegare, & errorem facti, & iuris,ex quibus omnibus liquido patet istam esse communem opinionem,à qua consulendo,& iudicando nõ est recedendum. Et secundum hanc opinio.tanquàm communem luculenter consuluit Dec.consi.180. vbi loquitur in filia minore renuntiante tribus hæreditatibus patris,matris,& fratrum tanquàm enormissimæ læsa contraueniente, non obstante iuramento,& quampluribus clausulis prægnantibus, quibus omnibus sigillatim respondet,& pro fundamento conclusionis alleg. Ancar. Calder. Pau. & omnes superius allegatos. Et quanquàm idem Dec. consi.181. videatur consuluisse in alio casu contra filiam renuntiantem,tamen alio casu loquitur,& non discedit à suo consilio 180.stante valdè enormi læsione,vnde seipsum declarando inquit, quòd in illo suo casu consil.181.duo concurrebant ex quibus illam partem negatiuam iuridicam esse arbitrabatur. Primum quòd non aderat adeo enormis læsio, & hoc cessat in casu nostro, Secundum quòd aderat geminata renuntia, & hoc cessat etiam in casu nostro,& quando adesset,non tamen obstaret,vt in terminis etiam in renuntiis geminatis tradunt aliqui ex doctoribus præallegatis,& infra allegãdis.vnde remanet quòd Dec.firmiter tenet hanc sententiam,stante,læsione valde enormi, & secũdum eam audacter consuluit cons.379.num.13.vers.circa primum, vbi primo deducit illo casu læsionem enormem ob renuntiam factam tribus hæreditatibus paternis, maternis; & fraternis; secũdo præsupposita læsione enormi cõcludit vt in d.cõs.180.filiã renuntiantem nõ obst. iuramento posse cõtrauenire,& alleg.omnia de quibus in d. cons.180.& dicit esse communem opi. & ab ea in iudicando non esse recedendum, & quòd ita si causa esset sibi commissa,iudicaret,& idem Dec.cons.616.in fi.vbi loquitur in nepte præsupposita læsione enormi,& idem Deci.349.col.3.versic.secundo principaliter respondetur,vbi approbat, & corroborat dictum suum consilium 180.& in eodem casu.Idem prius responderat Royn.& deinde post Dec.Soci. Iun. cons.53.lib.1.etiam stantibus prægnantibus clausulis renunt.vt ibi, & idem cons.48 num.23.vers.sed stantibus eo lib.vbi refert,& probat Dec.d.cons.180.& idem cons. 77.num.132.eo lib.& idem cons.129.num.40.& seq.vbi loquitur in casu, quo facto calculo apparebat læsio enormissima vltra triplum, & in specie ad calculum considerat fructus debitos nepti,& alia de quibus ibi,& illi cons.subscripsit Deci. consil. 551.num.2.& seq.& idem Socin.Iun.cons.144.num.24. & seq. stante læsione enormissima in triplo,& vltra,& interuenerat consensus,& authoritas mariti, & nouissimè idem tradit cons.47.num.48.40.lib.3. vbi loquitur in minore annorum quindecim,& idem cons.50.num.4.eo lib.& cons.20.num.35.lib.4.& hanc opinionem

secutus

secutus est Decius etiam legendo, vt patet in.c.in præsentia col.16.vers.In hoc breuiter cõmunis opinio est, de probat. vbi refert secundũ istã cõclusionem superioribus diebus cõsultũ fuisse, & idem Dec.in.l.pactũ quod dotali n.7.versi.& ista erit tertia limitatio, & vers.Quarto limitatur.C.de colla. vbi loquitur in terminis fortioribus iuxta cap. quãuis de pact.lib.6.quando filia renũtiabat patri viuenti, & sic tractabatur de hæreditate nõdũ quæsita. quo casu quidã moderni videntur dissentire iuxta distinctionem Pau.de Cast.d.cõs.177.dũ respõdet d.c. quãuis.quã tamen distinctionem cõfundit efficacibus rationibus, & fundamentis Cor.cons.258.nu. xi. vers. loquũtur tamen lib.4.Dida.d.cap.quãuis.3.p.§.4.nu.3. vers. vides igitur lector optime; Sed nõ opus est disputare de hoc, quia nõ sumus in illo casu & in illis terminis Et quãquam præmissa satis superq; sufficerent. Nihilominus ex abũdãti libet cõmemorare plerosq; alios hãc eandem sententiã amplectentes. Et in primis Soc.cõs. 263.nu.2.vers.circa tertiã lib.2.vbi elegãter reassumit dicta per Pau.de Cast. Ant. de Butr.& Ancar.in consiliis præall.& hoc fuit illud cõsiliũ cui subscripsit Cor. d.cõsi. 124.lib.3. Eãdem opi. Secutus est Cur.Iun.cõs.53.nu.9.& seq.vbi ait, quicquid dicant doc.aliqui in cõtrari.allegati, quòd ipse semper tenuit, & tenet veriorem, & magis cõmunem opinionem esse, quòd iuramentũ nõ tollat enormissimã læsionem, & alleg.plura de quibus supra, & firmat hac cõclusionem nu.12.in fi.versi. & eo maximè. Maximè quãdo nõ solũ est læsio vltra dimidiã, sed etiã in multo maiori quãtitate, & talis læsio in bonis propriis militat, vt iu illo casu, & in casu nostro, & idẽ Cur. Iu.cõsi.141.nu.5.& seq.vbi latè hãc opin.firmat.& defendit ab obiectis, & respõdet clausulis prægnãtibus in renũtiis appositis de quibus num.3.19.& inter alias aderat clausula renunt.læsioni vltra dimidiã, & sic in fortioribus terminis quàm nostris vbi adest clausula reũnt.alicuius læsionis, &c. Et idẽ sequitur Alexãdrin.cõsi.101.vbi defendit etiã in læsione tãtũ enormi, nõ enormissima. At in enormissima ait hãc opini. sine dubio procedere maximè in minore, vt ibi, & cõs.139. Et Goza. cõs.97.nu.14. & cõs.9.nu.64.quãdo læsio est valde magna vltra dimidiã, & loquitur in patruo, & nepte. Et idẽ elegãtissimè pro nepte cõtra patruũ cõsuluit insignis Grãma.cõs.129. vbi loquitur in nepte minore sub administratione patrui in eius domo, læsa enormiter in renũtiatione eidẽ facta, etiã post matrimoniũ cõtractũ, vt ibi, vbi omninò videndũ est. Et idem cõsuluit Boer.cõs.38.nu.6.& seq.vbi refert cõsi.Ang.in patruo, & idẽ Boer.melius in cõs.39.vbi loquitur in minore, & stãtibus renũtiis geminatis. Et secũdũ hãc opin.nouissimè respõdit Siluan.cõsi.13.nu.7.vers.attamen crebrior, & magis cõmunis, & verior sententia existit in cõtrariũ, vbi loquitur nõ obstãtibus clausulis prægnãtibus col.pe.vers.item nõ obstãt clausulæ, & cõs.71.nu.4. Et idem insignis Rip.respõsor.li.3.cap.15.vbi loquitur stãtibus geminationibus, & clausulis amplissimis renunt.prætextu minoris ætatis, læsionis, doli, aut, deceptionis, vt in casu nostro, decreto iudicis accedente, & præsentia affiniũ, & cõsãguineorũ, & firmat stãte enormi læsione posse cõtraueniri, & põderat minorẽ ætatem, & alia de quibus ibi, vbi ad omnia allegata in cõtrariũ doctè, & fũdatè more suo, respõdet, & loquitur in fratre læso à fratre, cũ quo habitabat.& sub cuius erat regimine. Et secũdum hãc opinio. in filia renũtiante læsa enormissimè vltra dimidiã trãsit Grat.cons.109. nu.15.lib.1.quã distinctionem ait videri tenere Deciũ d.cõs.181. & videri satis probabilem. Et hãc sententiam post longam disputationem, admittit Beltrãd. consil. 162.nume.6.in fin.versic. sed contrariam opinio.lib.1. quando læsio est vltra dimidiã, nisi essent clausulæ prægnantes prætextu, seu occasione cuiusuis enormis læsionis, etiã si excederet dimidiã, &c. quæ clausula nõ est adeo prægnans in casu nostro, & quando etiã adesset, non obesset, vt patet ex allegatis, & infra allegandis, & idem

Beltrād.clare cōſuluit pro ſorore enormiſsimè læſa conſ.137.nu.5.verſ. ſed vbi filia renuntiaret, vbi refert Ancar.Butr.& alios; & atteſtatur quòd ipſi mouentur multis bonis, & magnis fūdamentis, etiā ſtātibus clauſulis prægnātibus; & aduertendū eſt quòd Beltrādus ex alio fūdamento etiā impugnat ſimiles renūtias quādo ſcilicet in ipſo inſtrumento filiæ vel ſorores renūtiātes aſſerūt ſe fuiſſe ſufficienter, & cōpetenter dotatas, &c. quoniā ex illis verbis apparet de earū errore, deceptione, & falſa ſuggeſtione, cū ob illā falsā causā videātur tales renūtias facere, vt ibi per eū, nu.1.verſ. Præterea, & in cōſi.28.nu.1.verſ.ex quo infero, & ita fuit in caſu noſtro, vt patet in inſtrumento verſ.ſciens, & intelligens ſe quàm optimè, & ſufficientiſsimè dotatā à dictis patruis, &c. & verſ.ob dotē ſupradictā admodū amplā, & honorabilē. &c. & ibi in ſpecie aderat ſimilis clauſula ſufficiens, &c. & concurrebat læſio enormiſsima in triplo, vt patet in prin.illius cōſilii, & ſecūdū opinionem Anca. & aliorū trāſit idē Beltrād.cōſ.12.nu.5.lib.2.& pōderat minorem ætatem ānorū 16.(vt in caſu noſtro) & idem cōſ.97.nu.2.verſ.quo vero lib.3.& alibi ſæpe. Et ſecūdū eādem ſententiā trāſit Caſſan.cōſ.fi.nu.13.verſ.nec in hoc obſtabit, vbi pōderat enormem læſionē reſpectu legitimæ debitæ ab inteſtato ex ſtatuto, & cōſuetudine ſorori renūtiāti, vt in caſu noſtro, allegat Ancar.& Dec.præallegat.& idem refert in cōmentar.cōſuet.Burgund.rubrica de ſucceſsion §.12.fol.1078.nu.37.verſic.aduerte, vbi atteſtatur quòd hæ reſciſsiones taliū renūtiationū practicātur, & pro hac practica in fol.1079.ſeq. plura alleg. quādo adeſt læſio enormiſsima vt ibi per eū. Et quòd cōcedatur abſolutio ſtāte læſione enormi tradit Feli. cap. in præſentia co.4.verſ.& quāuis inter iſtos de probat. vbi atteſtatur quòd ita cōmuniter tenetur. Et ſecūdū hāc cōcluſionē ſtāte læſione enormiſsima, nō obſtātibus clauſulis valde prægnātibus nec etiā ratione enormis læſionis, &c. copiosè cōſuluit Mant.cōſ.132.nu.26.verſ.nihilominus. Et tradit idem Bero.q.familiar.q.125.num.2.vbi ait quòd renūtiatio facta in inſtrumento per verba ampliſsima, nūquā cōprehendit damnū enormiſsimū, etiā ſi verba illud cōprehendere apta eſſent, alleg.Dec.& Cor.in cōſ.prælle.& ſubdit quòd iſte clauſulæ tā prægnātes potius dicūtur apponi ex ſtylo, & cōſuetudine notariorū, quàm de volūtate partiū, & ideo nō nocent quādo ex illis poſſet damnū enormiſsimū inferri. Et hā cōcluſionem quòd nō obſtāte iuramento, quādo adeſſet læſio enormis, poſsit cōtraueniri tradit Marſi.in ſingul.673.verſ.ſecūdo prædicta limitātur.vbi dicit prædicta eſſe notāda.& loquitur etiā ſi interuenerit præſentia cōſanguineorū, & affiniū, vt ibi. Et hāc opin.ſequitur Iaſ.cōſ.160.nu.4.lib.2. vbi loquitur in fratre minore annorū.26.renūtiāte bonis paternis, & maternis cū iuramento, &c. & quāquā loquatur in caſu quo videbatur adeſſe dolus ex propoſito, tamen ſe fūdat etiā in ſolo dolo ex ipſo facto, & re ipſa, vt ibi patet. Sed idem ſolemiter, & latè cōſuluit conſ. 133.li.4.vbi in nepte renūtiāte patruo bonis paternis, & maternis, læſa enormiſsimè in triplo, & loquitur in puella minore ann.14.in circa nō habente verā notitiā valoris hæreditatis paternæ, & maternæ, nec de his certificata, & copiosè alleg. Anca.Butr.Pau.& alios præallegatos, & nu.9.verſ.ego.etiā, refert quòd ipſe legendo, & cōſulendo ſēper ſecutus eſt ſupraſcriptā opi.quia eſt magis cōmunis, & valde æqua, & illud conſilium reddidit in ſplendida Ciuitate Verona, vbi omnino uidendum eſt, quia reſpondet omnibus allegatis in contrarium maximè clauſulis ampliſsimis, & prægnantibus ratione enormis deceptionis, & læſionis, &c. Et in filia renuntiante læſa enormiſsimè tradit Guliel. de Benedict. in repet. capit.Raynutius gloſ. verſic.duas habens filias numer.264.vbi alleg. Ancar.Paul. Deci. & alios, maximè quando filia minor ignorabat tempore renuntiæ damnum, & læſionem, vt in caſu noſtro, attenta minori ætate ipſius puellæ exiſtentis annorum.16. & attento quòd

patrui nullum inuentarium bonorum ostenderunt, & nullam rationem tenuerunt. Et secundum hanc sententiam quòd non obstante iuramento minoris, stante, læsione, enormi, & enormissima posit contrauenire, non obstantibus clausulis prægnãtibus, ratione læsionis enormissimæ, copiosè consuluit Craue.cons.192.num.2.vers. hoc ita præmisso iuncto num.10.vers.non obst.& idem egregiè cons.142.numer.21. vbi in terminis in renuntiante muliere, minore læsa enormissimè, & põderat, quòd ipsa renuntians erat sub regimine, & habitabat in domo eius, cui renuntiauit, & refert Bald.in cons.213.lib.1.dicentem quòd minor præsumitur inductus dolo per cõsanguineos ad quietãdũ, & renũtiãdũ, & tenet cõclusionẽ procedere etiã stãte clausula, ratione læsionis enormissimæ nu.23.& etiã si de valore, fuisset certificata nu.21. & cõcludit, vt ibi per eũ. Et idem tradit Dur.in tract.de arte testãdi tit.de acqui.vel rep.hæred.caut.9.nu.4. vbi loquitur etiã stãte claus.ratione læsionis enormissimæ, versic.quæ sententia sequenda. Et ita post longam disputationem residet Alciat. in repetit.cap.cum contingat num.210.vers.& per istas rationes, & num.seq.vers.quare tu tenendo opin.Ant.de Butr.& Ancar.& firmat ampliando procedere in minore renuntiante cum clausulis amplissimis ratione enormis, seu enormissimæ lesionis nume.217.versic.secundo ampliatur, & idem in.l.pacta quæ fol.168.versic.sunt & qui.C.de pact.vbi transit um Decio dicto consil.180, & idem latè consuluit cons. 97.nu.2.24.& seq.& consi.266.& cons. 496. nu.9.Neuiz. pulchrè consi.22. vbi loquitur in patruo: & Roy.cons.60.lib.3. vbi ait tot concurrentibus esse sine dubio: & Natt.eleganter cons.166.& seq.vbi loquitur in patruele; Purpur.in.l.cum posteà quàm num.39.41.C.de pact.vbi refert dixisse in cons.136.Rimin.cons.139.& ibi Appostill. & consil. 39. & ibi Appostill. Cephal. consil.34. & cons.142. Didac.d.cap. quamuis.3.par. §.4.vbi plenè explicat hanc materiam: Ferron. in consuetud. Burdig.tit.5.de testam.§.13. & 14.in princ.Crott.cons.120.num.22.& seq.Euerar. cons. 48.vers. Præterea Port.cons.19.nu.39. & seq.cum subscript.Cagnol.num.4.in fin. Vall.consi.59.num.25.lib.1.Vasqu. illustr.controu.cap.2.num.17.& cum præmissa conclusione transit Cagnol.in l.2.num.80.versic.quod confirmari potest.C.de rescind. vend. vbi loquitur maximè stãte læsione enormissima vltra dimidiã, & idem nu.98.vers.quãdo tamen læsio. vbi loquitur etiã stãte clausul.ratione enormis, seu enormissimæ læsionis, & idem nu.109.vers. sed quid si minor enormiter, vbi asserit hãc esse cõmunem, & æquiorem opinionem, maximè quãdo læsio est enormissima in minore, etiã stante clausula generali, ratione minoris ætatis, vel alia quacunque de causa, quãdo læsio est enormissima, & idem nu.110.vers. quando tamen læsio esset enormissima, & idem in minore nu.125.vers.in minore autẽ, & nu.131.vers.in minore, & nu.133.vers.si tamen ille, & idem Cagno.firmat in.l.siquis maior nu.37.vers. fateor & nu.38.vers.arbitror tamẽ, vbi loquitur in minore, quãdo est læsus enormissimè vltra dimidiã nõ obstãte clausula, ratione enormis, & enormissimæ læsionis, & aduertendũ est ad illã illationem Cagno.d.l.2.nu.81.versic.ex quib.pulchrè vtiliter que infertur.C.de res.vend.quòd data læsione vltra dimidiã in magno excessu, contractus nullus erit ipso iure, & sic in potestate cõuẽti nõ erit supplere quod deest iusto pretio imò erit in facultate læsi repetere rem cum fructibus perceptis; pro quo faciunt tradita per Alcia.cap.cũ cõtingat, nu.213.de iureiur.Craue.cons.142.nu.25. quicquid in cõtrariũ senserit Didac.d.cap.quãuis 3.p.§.4.num.7.versic. vndecima conclusio; & Var. resol.lib. secũdo capit. 4.numer.11. versicu. quoties vero læsio; Et hanc cõclusionem in hæreditatibus iam delatis, & acquisitis tenet Appost.Alex. cons.29.vers.excreuissent in fi.vers.secus iam delata lib.3.& idem in addit consi. 42. vers.sed re ipsa, & vers.communem lib.1.quando læsio est enormis vltra dimidiã, &

attestatur ita obseruari. Et cum hanc conclusione transit etiam Marãta in sua dispu tatione decima nu.52.quando est læsa enormiter. Bolognin.consil.53.num.15.versi. quod autem,vbi allegat Paul.de Castr. reprehendentem parentes inducentes filias ad tales renuntias enormes.Et secundum hanc sententiam consuluit Paris.cons. 75. num.18.lib.3.quando læsio est enormissima, & idem cons.12.num.65.lib.2.& idem cons.26.nu.77.versi.circa primum,vbi magistraliter distinguit tres casus in hac ma teria, & in casu nostro, quo renuntiatur hæreditatibus iam delatis.transit cũ opin. Ancar.& sequacium,concurrente sexus fragilitate,minori ætate, & reuerentia patruorum, vt ibi per eum. Et quanquàm præmissa abunde sufficerent, nihilominus non est prætermittendum. quòd secundum hanc communem, & æquam sententiam solet in sacra Rota Romana ita obseruari, & iudicari prout attestatur nouissimè Cassiod.tit.de emptio.decis.1.num.4.versic. ideo Rota, quæ multum æquitari innititur,& eadem decis.habetur.in Decis.Simon.65.& Gomes.96. & in alia causa August.decis.394.libr.3. vbi fit mentio de d.decis. Cassiod. & idem attestatur Gomes.in vtriusque signat.compend.in regula de non tollendo iure quæsito q.15. versic.& concluserunt domini quòd sic, probata enormissima læsione; & idem tradit Staphil.in tract de commissionibus,& literis iustitiæ cap.& primo sciendum nume. 9.13. vbi attestatur quòd conceditur absolutio à iuramento propter læsionem enor mem,vt ibi,& idem attestatur Practic.Cancellariæ cap.ad Papam appellari, versic. Cancellaria, vbi refert quòd Cancellaria Rom. indistinctè dat relaxationem iuramenti super omni contractu,in quo quis narret si enormiter læsum, propter præsũ ptionem doli aduersarii, & peccati,vel temeritatis iurantis,quia non videtur cogitatum de dolo etiam re ipsa per iurantem.Et hanc sententiam obseruari in Senatu Neapol.attestatur Afflict.decis.322.num.8.versi.alii fuerunt in contraria opin.& nu. 11.vbi refert quòd dicebant domini antiquiores de Cons.quòd eorum temporibus semper fuit in obseruantia opin. Anton.de Butri.& Petri de Ancar. quia illa est æquior scilicet,quòd ratione enormissimæ læsionis concedatur absolutio à iuramen to,& ita fuisse decisũ in casu suo refert ibi Afflict.& quamuis Capyc.in decis.159. referat aliter fuisse decisũ in casu suo,tamen nõ est recedendũ à præmissis, maximè quia illa decisio Capy.fuit expressè reprobata per Decium d.cons.379. vt patet ex principio illius consilii;& si Decius vidisset præcedentem decis. Afflict.equidem ad huc audacius consuluisset contra decis.Capycii,cum Afflictus attestetur quòd sem per fuerat obseruata præcedens sententia,& opinio;vnde minimè mutanda videbã tur,quæ interpretationẽ certa semper habuerant.l.minimè.ff. de legib.l.sed ea quæ l.si de interpretatione, eo tit.cum vulgar. & ita nouissimè secundum præcedentem decis. Afflict. & dictum consilium Decii fuit decisum in eodem cons. prout habetur in decis. Grammat.101. vbi copiosè disputata hac materia nume.53.versic.nec vltra præmissa & seq.maximè num.104.vbi cõmemorat præcedentem decis. Afflicti tandem in fine refert fuisse decisum pro filia renuntiante, & loquitur infortioribus terminis, quando scilicet filia renuntiauerat patri viuenti, & sic hæreditati nõ dum delatæ, & acquisitæ.Et hæc sententia quòd possit contraueniri renunciæ iura tæ fuit obseruata in curia Delphin.prout attestatur Guid.Pap.decis.224.versi.ideo fuit conclusum,& ibi alleg.Petr.Iacob.idem tenentem, & verè idem tenet in libello de cõditione ex.l.omnimodo col.6.in fi.vers.quicquid dictum sit quòd filia; vbi ait quòd quicquid dictum sit, quòd filia, quæ iurauit renuntiando bonis paternis sit astricta iuramento,credit ipse quòd D.Papa si illa filia inueniretur multum decepta, & coniecturæ sint quòd metu vel nimia reuerentia id fecerit, cito dispensaret super illo iuramento;de facili enim,(ait) mulier decipitur ex desiderio matrimonii,

vt ibi

vt ibi per eum, & ita obſeruari tradit Rupellan. in Enchiridi. iuris ſcripti Galliæ, cap. filia minor.xxv.annis,verſic.poſtea vero quàm,& verſic.vſus noſter forenſis, & Rebuff.ſuper conſtit.Reg.Tom.1.in proœm.Glo.5.num.5. verſic. inſuper non ſeruant Galli; vbi atteſtatur ita vidiſſe obſeruari ſemper in Curiis: & idem Tom.2. tit.de reſtit.art.1.Gloſ.1.num.4.verſic.vnde releuari uidi.& num.4.verſic.tertio releuatur filius, vel filia: & in titu.de reſciſ.contract. Gloſ.15.nume.42. verſic.nono; & Didac. Var. reſol.lib.2.cap.4.nume.5. refert vidiſſe definitum ita in illo Regio Granatenſi prætorio, & quòd poſsit contrauenìri per minorem tradit Boeri.deciſ. 142.nume.5.verſ.& de minore,& idem ſenſit in maiore, quando non adeſt clauſula ampliſsima ſcilicet, quòd id, quod plus eſſet, quantuncunque paruum, aut magnum donabat,&c.nume.10.verſic. ſed opin.Barto.eſt communior,& in fin.ſubdit quòd geminatio actus non obeſt, imò ex tali geminatione præſumeretur dolus; ex quibus omnibus remanet fundata hæc ſententia, quibus poſtremò accedat elegans conſ.Cæpol.conſ.17.lib.ciuili, vbi eandem ſententiam amplexus eſt in terminis fortioribus, nam ibi ſoror minor renuntiauerat bonis paternis, & maternis iam delatis, cum clauſulis ampliſsimis, & interuenerat authoritas curatoris, & conſanguineorum, & tamen ſtante læſione enormi tantum, conſuluit pro dicta ſorore,nō obſtante iuramento,& clauſulis ampliſsimis, de quibus ibi,vbi eleganter cōmemorat Pau.de Caſt.d.conſ.177.diſtinguentem inter hæreditatem nondum delatam,& iam delatam,& ait hanc diſtinctionem famoſi doctoris ſui Paul.de Caſt. eſſe veriſsimam,.& eſſe pulchrum,& notab.ac verum intellectum,& quoniam in contrarium alllegabatur (prout in caſu noſtro) communis conſuetudo Veron. mulierum renuntiantium,quando dotantur, reſpondet ſapienter Primo,quòd illa conſuetudo poteſt eſſe in filia, quæ dotatur à patre non in ſorore, quæ dotatur à fratre. Secundo quòd de conſuetudine non ſeruatur quòd ignorans renuntiet, ſicut renuntiauerat illa ſoror. Tertio, quòd nec de conſuetudine ſeruatur quòd ſorores quando maritantur, decipiantur à fratribus, vel aliis dolo proueniente ex propoſito, vel re ipſa, ſicut fuerat decepta illa ſoror,imò etiam(ait)ſi allegaretur talis cōſuetudo potius dicenda eſſet corruptela quæ minime ſequenda foret,vt ibi latius per eum, vbi omnino videndum eſt.Et præmiſſa maximè amplectenda ſunt à magiſtratibus Illuſtriſsimi, ac Sanctiſsimi Dominii noſtri Veneti, prout in terminis dicebat Barba. conſil.53.colu.9.verſic. Et pro certo; & conſil.38.col.5.verſ.& eò magis, lib.2.

XX.

Pro Reuerendis Fratrib.conuentus S.Mariæ Caritat. Bononiens.

IN cauſa vertente inter Reuerendos Fratres conuentus S. Mariæ caritat.Bononiens.ex vna, & aſſertum presbyterum Ioan. Baptiſtā Landum ex altera ſuper declaratoria per eum petita ſcilicet eū religioni in genere, vel in ſpecie minimè obligari, & ad regularem obſeruantiam non teneri, ſed vt presbyterum ſecularem in ſeculo remanere potuiſſe, & poſſe,& conſequenter.dd.fratres ad eidem reſtituendum,& liberè relaxandum quædam aſſerta eius bona cogi,& compelli,& prout latius apparet ex tenore ſupplicationis,& commiſsionis,equidem puto(ſaluo tamen ſemper grauiore iudicio Reuerendorum DD.Commiſſariorum)præfatum ſupplicantem nō eſſe

exaudiendum in petitis, ſed omnino repellendum pluribus rationib.& cauſis, præſertim infraſcriptis; nam in primis conſtat d.ſupplicantem olim domum S. Mariæ Vallis Viridis ordi.fratr.minor.S.Franciſci intraſſe,& habitum per fratr.d.ord. geſtari ſolitum ſuſcepiſſe, profeſsionemque per eoſdem fratr.emitti ſolitam, emiſiſſe regularem,prout ipſe in ſua ſupplicatione porrecta confeſſus eſt, cui quidem confeſsioni contra ipſum ſtatur.l.cum precun.C.de lib.cau.Iaſ.conſ.79.col.2.lib.1.cōſ. 161.col.fin.lib.2.conſ 21.num.2.lib.3.Roma.conſ.23.Craue.conſ.201.nume.4. & de antiq.par.1.num.148.Siluan.conſil.57.num.15.Mandos.pulchrè in regnl.27.de nō iud.iux.for.ſupplic.8.Q.num.11.vnde ſequitur quòd ſi extra monaſterium degit,dimiſſo habitu religionis, dicatur apoſtata, etiam ſi effectus fuerit clericus ſecularis, cap.fi.& ibi not.Abb.de apoſt. At videndū reſtat quomodo,& quibus exceptionib. aduerſarius poſsit euitare prædictam ſacrorum canonum ordinariā diſpoſitionem, & Bullam Pauli Pap.IIII.de qua tradit Mādos.in praxi ſignaturæ gratiæ,cap. Licentiæ,verſic. fratribus mendicant.fol.94.& in ſumma totum fundamentum ex quàm plurimis narratis in ſupplicatione conſiſtit ſuper aſſerta declaratoria olim per eū obtenta ex cauſa per vim,& metum,&c. Sed huic fundamento reſpondetur, quòd ſi appareret allegata declaratoria,eidem obſtaret prædicta Bulla Paulina,quæ prouidet contra apoſtatas,etiam ſi ſe religioni,& ordini non aſtrictos eſſe declarari obtinuerint ſcilicet ſine cauſæ cognitione,& illis,quæ à iure requiruntur quoad eaſdē ſeruare omiſsis, vel non legitimè probatis, prout refertur in literis Sanctiſs. D.N. Pap.IIII.& tradit Mandos.loco præalleg. verſic. Ego pro Bulla Paulina, verſic.niſi debitam diſpenſationem oſtendat cum ſuis legitimis cauſis, & proceſsib.vnde non ſufficeret oſtendere declaratoriam obtentam niſi iuſtificatam legitimè ex proceſſu: Sed quoniam aduerſarius aſſeruit in ſupplicatione allegatam declaratoriam nō habere, & eam vnà cum proceſſu olim amiſiſſe tempore direptionis vrbis, captans occaſionem huiuſmodi aſſertionis à capitulis declaratoriis dictæ Bullæ Paulinæ,aduertendum eſt,quòd ipſa capitula præſupponunt in primis apparere ipſas declaratorias allegatas prout clare exprimitur in illis verbis, quò vero ad declaratorias per vim,& metum in forma iuris conceſſas, &c. At hic aduerſarius non oſtendit declaratoriam: Præterea eſto capitula prouiderent (etiam non apparentib.ipſis declaratoriis) quòd videri debeant proceſſus deſuper facti,vel de nouo confici poſsint,&ſi perditi dicantur caſu fortuito,tūc probato legitimè caſu,id quod iuris fuerit, fiat; Adhuc aduerſarius non adiuuabitur ex prouiſione d. capitulorum, nam in primis requirunt,quòd probetur legitimè caſus fortuitus, quo proceſſus dicuntur perditi,ſed Reuerendi.DD.Iudices diligenter inſpicientes dicta teſtium examinat.ad inſtant.aduerſarii non reperient fuiſſe probatum legitimè caſum, cōſiderabunt enim in teſtib.fidem dignitatem mores,grauitatem,iuxta.l.in teſtibus.l.teſtium, in princ. & §.tu magis ſcire potes.l.ob carmen §.non enim.ff.de teſtib. cum plurib. ſimilib. regiſtratis in decr.4.Q.2.3.cap.2.3.cum ſeq.& qualis probatio ſufficiat ad probādā amiſsionem ſcripturæ caſu fortuito docet Bar.in tract.de teſtib.cap.rem peremptā eſſe,& in.l.ſpatium §.an hæredi.ff.de eden.& de Saccomanno ciuitatis, tradit Afſli.deciſ.13.num.10.Orian.in tracta. de teſtib. num.141.verſic.puta quia ciuitas fuit Saccommanata, Barb. conſi.71.col.fin.verſi.prædæ,& Sacco expoſita lib.4.Craue. conſ.157.nume.26.verſic. non ob.Alb.conſil.34. nume.12. Abb.cap.propoſuit nu. 5.in fin.verſic.vel ciuitas fuit ſuppoſita ſpoliis, de cler.excom.Bārt.l.in his,verſ.vel captura ciuitatis.ff.ſolu.matr.Appoſt:Salic.l.quæ fortuitis.C.de pign.act. Mandos. d.reg.27.Q.6.num.5.verſ.puta tempore excidis vrbis &.Q.12. circa fin. verſic.vrbis excidium;& habetur in deciſ.nouiſſ.Rot.Auguſtini.172.lib.3.verſic.quia dicebatur

in direptione vrbis deperdita:& decis.293.vers.tempore direptionis vrbis. Præterea esto testes probarent legitimè casum fortuitum, nihilominus non probabunt iuridicè tenorem,& contenta in ipsa declaratoria amissa,iuxta.l.testium.C.de testib. & cap.cum olim de priuil.nam requiritur in primis, quòd tales testes deponentes de tenore scripturæ,sint personæ valde peritæ,ac practicæ,& expertæ in negociis simillib.Bar.auth.siquis in aliquo,nu.6.versi.quæro quid si sunt plures testes.C.de eden. vbi inquit quòd ad hoc vt testes,qui deponunt sese uidisse instrumentum probent, requiritur amisio originalis instrumenti,& quòd illi testes sint ualde periti; ut notarii,uel aduocati,qui defectum instrumentorum cognoscant,&c.alleg.d.cap.cum olim de priuil.aliàs si testes non essent ita periti,eorum dicta non facerent fidem, nisi probarent de ipso facto, & ueritate eorum, super quib. factum fuit instrumentum, ut ibi per Barto.& Abb. dicto cap. cum olim cum similib. cumulatis à Tiraquell.de retr. conuent. §.1. Glos.7. numer.55. & secundum præmisam doctri.decisum fuit in Sen. Neap.ut refert Afflic. decisio.274. & melius decisio.302.inquib. locis. Afflic. recenset necessaria uolenti probare tenorem instrumenti perditi,& loquitur in specie de literis gratiæ Papæ, & Regis, ut ibi per eum, ubi uidendum est,quia refert fuisse conclusum de ipsis testib.nullam haberi rationem, quia erant singulares, & patiebantur multos alios defectus: & in proposito etiã pulchrè tradit Mandos.d.reg.27.Q.6.num.6. cum igitur prædicti testes non habeant qualitates à iure requisitas de ipsis nulla habenda est ratio circa probationem tenoris declaratoriæ,etiam si fuisset probata legitimè amisio casu fortuito,& consequenter.d. Reuerendi fratres de iure sunt à petitis absoluendi, actore suam intentionem non probante.l.qui accusare.C.de eden cum uulgar.

XXI.

Pro Mag.Com.Odoardo de Thiennis.

IN proposita causa maximi põderis,ac momenti uidetur reduci substantia totius processus,ferè immensi, ad tria dubia principalia; ex intentione Mag.DD.Actricũ; quorum primum est,ex capite assertæ falsitatis dictorum contractuum, & instrumentorum diuisionis, & donationis reciprocæ inter D. Marcũ,& Mag.eius patruos,script. per Matthæum Busium notarium, & ciuem Vicentiæ de anno 1540.die 23.Nouembris. Secundum est,ex capite assertæ nullitatis dictorum contractuum,& instrumentorum ob assertam minorem ætatem D. Marci. Tertium,& ultimum est ex capite iniquitatis,& iniustitiæ,ac inualiditatis dictorum contractuũ & instrumentorum,& præsertim dictæ donatiouis reciprocæ inter D. Marcum, & Mag.D.Franciscum eius patruum.

Examinando igitur primum, uidebatur prima facie dicendum, prout Magnif. DD. Actrices in earum petitione disseminarunt, & postremo in fine processus, ciuiliter excipiendo, opposuerunt, præallegata instrumenta fuisse, & esse falsa, & re uera nunquam præallegatas diuisiones, & donationes reciprocas uiuente D. Marco fuisse confectas: nam cum de falso non criminaliter, sed ciuiliter excipiendo proceditur, iuxta formam statut.sub rubrica de eo, qui dixerit instrumentum falsum, ciuiliter excipiendo; & sub rubrica de ordi.proced.in caus.ciuil. ordin. cap. item quòd copia; sufficiunt leuiores probationes.l.pen.uers.ciuilis.C.de fals. hinc fatentur doctor. quòd in crimine falsi, quando agitur ciuiliter, potest ex præsum-

ptionibus,

ptionibus, & suspicionibus iudicari, & suspicio habetur pro plena probatione. ita tradit Deci cons.175.nu.8.versic.nec ob.quòd in isto crimine, & in cons.189.num. 2.& in cap.porrecta de confir.vti vel inut.& alibi per eum sæpe. & per Grammatic. cons.30.num.5.vol.crimin.& videtur esse tex.in.l.iubemus,vers.suspectas.C.de probat.& declarat Speculat.titu.de probationibus §.1.vers.sed pone,cum simillib.at in casu proposito multæ,ac magnæ videntur extare suspiciones quòd dicta instrumenta sint falsa,ergo, &c. Prima siquidem suspicio se offert ex qualitate personæ Matthæi Busii notarii aliàs de falso accusati,imputati,& ad carceres Venet. præsentati, argum.l.non omnes §.à Barbaris.ff.de re mil. & not.glo.d.l.iubemus, & Speculat. loco præalleg.& tradit Bal.cons.402,lib.5.vbi,quòd instrumentum confectũ à notario non boni nominis,licet ex eo solo in totum nõ reprobetur, tamen suspectum redditur.& Barba.cons.7.col.3.num.12.lib.2.vbi refert aliàs consuluisse in casu, de quo ibi per eum:& Cæpol.cons.21.col.fin.versi.quinta coniectura est,& optima, & in terminis in notario accusato de falso,& ad carceres præsentato, quanquã postea absoluto, tradit singulariter Pau.de Cast.cons.324.clarum est,in nou.vbi quòd remanet saltem infamis de facto,& officio suo derogatur,& vt ibi per eum;confirmatur suspicio,stante quòd dictus Matthæus tempore ægritudinis,seu mortis D.Marci absens à ciuitate Vicentiæ,fuit maxima cum instantia per nuntios Mag.D.Francisci accersitus prout in capitulo.24.& quòd ipse Matthæus interrogatus in domo dicti D. Francisci à Mag. D.Cyro,& D. Vincentio maritis DD. Actricũ de ipsis instrumentis,negauit ea tunc habere,prout in cap.30.& tamen postea deprehensus à Comilitone Clarissimi D.potestatis,ea in sinu habebat,prout in cap.32.ex præmissis enim capitulis,& ex aliis pluribus ad idem tendentibus, prout in cap.25.26.27. 28.29. quæ videntur fuisse satis cõprobata ex depositionibus testium superinde examinat.resultant maximæ suspiciones, & inter alias, illa videtur esse magni momenti scilicet ex illo actu standi simul in camera clausa, qui enim maleagit,odit lucem, teste veritate euãgelica; facit tex.cap.literis versic. locis secretis,& latebris,de præsumptio.& not.per Bar.in.l.capite quinto vers. quia inuenit eum in camera.ff.ad.l. Iul.de adult.& de notario agente in occulto not.Innocent.cap.1.de fid. instrum. & Speculat.tit.de instrum.edit §.breuiter vers. & scias: Facit cap.consuluit, versic.ne vero,de offi.deleg. cum similibus cumulatis per Barba.cons.53.col.11. versi. & præmitto pro euidentia lib.2.item illud mendacium dicti Matthæi negantis habere tũc penes se dicta instrumenta auget suspicionem, mendacium enim est falsa significatio vocis,cum intentione fallendi glo.l.de ætate.ff.de interrog.actio.& ratione mendacii quis videtur esse in dolo.l.seruus. §.si persuaserit.ff.de dol.facit tex.l.literas, versic.mendaciũ,de præsumptio: & not.Bar.l.fi.nu.3.ff.de quæstio.vbi ait ex mendacio oriri maximã præsumptionem delicti. Postremo augentur suspiciones, quoniam ipse Matthæus non erat solitus cõficere præfatis Mag. de Thiennis alia instrumenta,vt apparet ex responsione ipsius Matthæi facta mandato impetrato ad instantiam dictorum D. Cyri,& D.Vincentii contra ipsum Matthæũ de exhibendis aliis instrumentis,&c. nam ex eo, quod quis non erat solitus facere, oritur mala præsũptio,maximè accedentibus aliis indiciis, arg.not.per Angel.l.fin.vers.maximè si ille,qui inculpatur non erat solitus.C.de quæstio.& per Bar.d.l.fi.num.5.versi. cum non consueuerit,ex præmisis itaque simul iunctis,cum ea, quæ non prosint singula,multa iuuent, &c. videbatur resultare conclusio,quòd ob suspicionem falsitatis dictorum contractuum, & instrumentorum, nullum fundamentum fieri possit super ipsis contractibus,& instrumentis, contra quæ oppositum est de falso, ciuiliter excipiendo. Circa vero secundum principale dubium, ex capite nullitatis,videbatur

batur intentionem DD. Actricum esse fundatam ex statuto sub rubrica de bonis pu berum non alienandis, vbi requiritur certa solennitas, qua non seruata, quilibet contractus, ipso iure nullius est valoris, & momenti, non obstante aliquo iuramento, &c. de cuius statuti validitate; & obseruantia non videtur disputandum, quòd autem D. Marcus tempore dictorum contractuũ, & instrumentorum esset minor annis 20. videbatur satis probatum ex depositionibus testium examinatorũ super cap. quinto, & decimo, & licet testes nesciant quot annos præcisè tunc D. Marcus haberet, sufficit eorum conclusio, quòd nõ haberet annos 20. dicebat enim Bald. in l. cum te. C. de probat. quòd sufficit probare ætatem per verisimilia, nõ certitudinariè: & hoc esse debet maximè in ætate minori, quæ difficulter probatur, secundũ Paul. de Castro consil. 140. colu. 1. versi. quia ætas minor difficulter probatur in antiq. & dicebat Bald. consi. 79. in fin. lib. 1. quòd probatur nõ solum per euidentias, sed etiam per coniecturas, propter longũ temporis tractum. l. cũ de ætate. ff. de probat. & ibi not. Florian. col. 1. versic. item nota, nec reprobantur testes de ponentes de credulitate, & iudicio suo, & per aspectum, vt tradunt quidam inter cons. Bald. consil. 107. lib. 4. & ibi subscripsit ipse Bald. nec testes singulares vt not. Ang. l. ex facto §. 1. ff. de vulg. & pupil. & Anton. de Butr. consil. 46. col. 2. cũ similib.

Postremò circa tertium principale dubium ex capite iniquitatis, & iniustitiæ dictorũ contractuum, & instrumentorum, videbatur in primis apparere de læsione D. Marci in contractu diuisionum, quia ante partem, ipsi spectabat hæreditas excellentissimi D. Odoardi patrui, vigore eius testamenti. nam D. Odoardus instituit hæredem suũ vniuersalem Bartholomæum nepotem ex D. Ludouico fratre, & ei decedenti sine filiis, tunc substituit collaterales proximiores, & filios eorum si extarent, qui si extarent, succederet de cognatione de Thiennis, qui tunc erunt proximiores tempore mortis dicti Bartholomæi, vel filiorum, vt dictum est; quæ substitutio fuit compendiosa propter illa verba, si decederet sine filiis, iuxta not. in l. precibus. C. de impub. & in l. Centurio. ff. eo tit. & quãuis Bartholomæus hæres institutus decesserit ante testatorem, tamen testamentũ assumpsit vires per substitutionem vulgarem comprehensam in compendiosa, prout expresè declarat Bar. in dicta. l. Centurio num. 32. versic. quia intelligitur siue decedat in vita testanntis: & in d. l. precibus num. 17. & tradit Bald. consil. 38. 39. lib. 4. vbi refert ita pluries consuluisse. & idem attestatur cons. 443. col. 2. eo lib. & sequitur Boeri. decis. 38. nu. 15. versic. & si dicatur, cũ similibus, & non est disputandũ super eo, quòd testator diù superuixit, & poterat mutare testamentũ, & non mutauit quia illa disputatio procedit in vulgari tacita comprehensa in pupillari non autem in vulgari comprehensa in compendiosa, quo casu cessat omnis dubitatio, vt declarat Ancar. in cap. si pater, num. 15. circa fin. versic. quicquid tamen teneas, de testam. lib. 6. & Corn. consil. 297. num. 1. uers. & hoc saltem si pater iuncto num. 3. uers. nec ob. quod dicebatur lib. 1. & nouissimè Socin. Iun. cons. 27. num. 13. uers. demũ non ob. lib. 3. & sensit Rip. in l. 1. num. 167. uersic. quæ concludit tantũ in tacita uulgari. ff. de uulg. & pupill. quibus stantibus, sequitur quòd cum tempore mortis testatoris extaret D. Marcus frater Bartholomæi prædefũcti, ipse intelligatur substitutus loco D. Bartholomæi tanquàm dicto Bartholomæo collateralis proximior de cognatione de Thiennis: consonat enim quòd intelligãtur uocati proximiores respectu personæ D. Bartholomæi, & eius filiorũ, nõ autẽ respectu personæ testãtis, prout sonare uidentur illa uerba testamenti, & post eius mortẽ ei substituit filios suos, & uers. tũc ipsi Bartholomæo, & eius filiis substituit collaterales, qui tũc erũt proximiores tẽpore mortis D. Bartholomæi, vel filiorũ suorũ, prout ĩ simili põderabat similia verba (ei substituit)

Bal.cõsi.278.col.1.li.2.& in.l.eã quã.C.de fideicõ. & tradit Aret. in.l.1.§.fi.col pen. ff.de vulg.& pupill.& suadetur quòd nõ fuerint substituti fratres testatoris, quoniã ipsis prouiderat delegato vsusfructus,excluso tamen Mag. D. Francisco ex qua speciali prouisione, & legato videtur eos exemisse à generali vocatione ex substitutione collateralium proximiorum,&c. iuxta doctrin. Bar.l.quæsitum. §.siquis fũdum num.13.versic.secundo casu.ff.de fund.instruct. Secundo apparet læsio,& inæqualitas D. Marci in dicto contractu donationis reciprocæ cum præfato Mag.D.Francisco eius patruo,respectu disparitatis status personarum ipsius D. Marci,& D.Frãcisci. Nam dictus D. Franciscus tempore dicti contractus erat vxoratus,& habebat filios,& antea habuerat tam masculos,quàm fœminas,prout in cap.15 at contra D. Marcus erat adolescens non vxoratus , & videbatur habere animum abhorrentem à re vxoria,vt patuit ab euentu. nunquàm enim postea curauit ducere vxorem , licet sæpius hoc ipsos patruos procurasse capitulauerit reus cap.21. valet enim argumentum ab euentu.l.rem non nouam in fin. C.de iudi.Bal.cap.1.in princ.quib.mo. feu.amitta. vbi etiam alleg. illud vulgare,exitus acta probat : confirmatur , quia ex euentu subsecuto declaratur qualis fuerit animus in cõtractu præcedenti,& ex postea gestis prius gesta declarantur.l.sed Iulianus.§.proinde.ff.ad Macedon. cum similib.quod autem sit habenda in magna consideratione huiusmodi personarũ disparitas in huiusmodi pactis,& conuentionibus,probatur ex traditis per Rip.in.l. qui Romæ.§.duo fratres num.47.vers.vltra quem adde.ff.de verbo.obliga. vbi ait, quòd licet Bar.& Ang.videantur solum considerasse an sit reciproca substitutio, tamen vlterius considerandũ est an sit disparitas personarum, vt quia fideicommissũ reciprocum sit inæquale etiam ratione solius spei, puta si vnus esset senex, & sine liberis , alter vero iuuenis,vt ibi per eum alleg. Deci.cons.86.& Cuman.consil.115. Et præmissa omnia suadentur maximè,quia D. Marcus erat nepos,& habebat in sũma reuerentia dictos Mag. eius patruos , eosque metuebat , & non audebat petere ab eis denarios , quamuis necessarios,prout in cap.9. vnde succedit text.l.1. §.quæ onerandæ versic.metu solo,vel nimia reuerentia patroni.ff.quar.rer.act.non det. & ibi glo.not.illum tex.& ex eo infert ad plures similes personas,vt de uxore erga maritum,& de clerico erga episcopũ: & in fratre minore erga maiorem habentem administrationem not. Areti.cons.24.col.2.3. & in nepote erga patruũ,tradit ex facto Ancaran.capit.canonum,de constit.& cap.accessorium, de reg.iur.lib.6. & consil. 39.col.1. & alibi per eum sæpe.& tradit Pau.de Castr.consil.177.col.2.cum similib. Faciũt not. per Deci.l.fi.in fin.C.de in ius voc.vbi concludit quòd nepos nõ debet vocare patruum in ius sine venia propter reuerentiam ei debitam , sicut ius disposuit in patre , vbi ibi per eum : Ad quod facit illud Horatianũ , metuentes patruæ verbera linguæ,&,adde iratum patruũ,&, ne sis patruus mihi ; vbi interpretes referunt apud Romanos consueuisse nepotes regi sub cura patruorũ magis,quàm propriorum patrum , & denique , quòd præallegatum instrumentum confectũ inter D. Marcum,& D.Franciscum patruum nõ valeat(etiam cessantibus omnibus aliis præmissis obiectionibus) videtur concludendum ex eo,quia in effectu censetur pactum de succedendo , quod à iure diuino , naturali,gentium,& ciuili reprobatur, pluribus rationibus;prima;quia hæreditas pacto dari non debet,aut potest,secũda quia tollit liberam testandi facultatem : tertia quia inducit votum captandæ mortis:& sic est contra bonos mores, & plenè declarat Salycett.in.l.pactum quod dotali.C.de pact.vbi ait nec iuramento posse conualidari,aut confirmari,vt ibi per eum: quem,& alios refert,ac sequitur Alexan.consi.28.nu.7.lib.3.& tradunt omnes scribentes in locis uulgaribus . Hæc sunt fundamenta magis principalia , quæ in facto

vera præsupposita ex parte DD. Actricū causā dubiā contra D. Reū prima facie red dere videbantur. Sed certè, præmissis, & aliis similibus ad idem tendentib. non obstātibus, cōcludendū est sine aliqua prorsus dubitatione, fore, & esse pronuntiādū absolutoriè à petitis per DD. Actrices, cū oblatione tamen Mag. Rei, de qua in eius respōsione, in fi. ex productis Ioa. Baptistæ de Valle notarii sigilli die. 20. Octobris. 1552. Principio præmittendum est. quòd Reus habet intentionem suam fūdatam ex præallegatis instrumentis diuisionum, & donationis reciprocæ, nam quodlibet instrumentum publicum habet præsumptionem pro se, tex. est in terminis donationis, & ibi not. glo. in. l. cum precibus, versi. oportet. C. de probat. ideo dicebat Bal. cap. 1 §. si instrumentū de not. feud. quòd pro instrumento publico duæ oriuntur præsumptiones, imò duæ probationes scilicet, quòd sit verum, & quòd sit solenne: idem Bald. in cap. illud circa fin. de præsumpt. quòd in publicis instrumentis non præsumitur fraus, neque simulatio, & hoc adeò verum est, quòd instrumentū licet pendeat quæstio falsi, non efficitur suspectum per solam litis pendentiam, ita Bal. l. fin. col. 3. vers. vltimo scias. C. si ex fals. instrum. refert, ac sequitur Felin. cap. accepimus col. 3. in fin. vers. & vide Bal. de fi. instru. & omne instrumentū præsumitur esse de iure validū, & rectè factū, & negāti probādi onus incūbit. l. ab ea parte, & ibi not. Floria. ff. de probat. cū similibus. de quib. per Hercul. in tract. de Negat. in prin. Restat itaque solū diluere, & labefactare fūdamenta in cōtrariū adducta: igitur redeūdo ad primū principale fūdamētū ex capite assertæ falsitatis, respōdetur talem exceptionē, fuisse, & esse valde temerariā, & impudentē, quādoquidem vndique in toto processu, vltra iuris præsumptionem, verificata fuerint dicta instrumenta. nam licet Matthæus Busius Notarius, fuerit aliàs de falso accusatus, tamen idem postea repertus fuit innocens, & fuit absolutus, vnde nihil eius personæ opponi debet de infamia. l. 1. C. de infamib. vbi text. inquit infamiæ detrimentū minimè tibi affertur ob id solum, quòd in carcerem coniectus es, vel vincula tibi, iussu legitimi iudicis iniecta sunt: & sic est ibi tex. quòd missus in carcerem, vel vinculatus causa maleficii inquirendi, non efficitur infamis. Hinc ibi Paul. de Cast. infert quòd si producitur aliquis contra me in testem, & ergo obiicio, quòd non est habilis, quia est infamis, cū semel fuerit captus pro maleficio, puta pro furto, & stetit in carceribus per plures menses, & forte fuit tortus, si non fuit repertum maleficium, & propter hoc fuit relaxatus, non procedit exceptio mea, per illam. l. & per. l. nullam. C. eo tit. vbi habetur, quòd etiam tortura causa inquirendi maleficii, nullam existimationis infamiam affert: & cum ille tex. vtatur verbo vniuersali (nullam) importat quòd nec etiam infamiam facti, quicquid dixerit glo. ibi, prout aduertit Bar. & sequitur Pau. de Castr. ibi dicens quòd nec infamiā facti incurrit, ex quo fuit repertus innocens, quoniam iniquum esset, quòd ex hoc aliquod damnum pateretur, & ponderat illud verbum nullam, & licet referat Fulgos. defendere glo. tamen Pau. de Cast. subdit, sibi non placere opinio. Fulgos. quia infamia videtur purgata, postquàm nō est repertus culpabilis, vnde Bar. melius dixit secundum eum: (quicquid ipse aliter dixerit dicto consil. 324) & pro hac opin. est Iacob. Butr. ibi, & pro ponderatione illius verbi, nullam, facit glo. clementi. 1. versic. nullius, de præb. & Abb. cap. in prin. de confess. & hæc opi. maximè procedit quando carceratus, & tortus, fuit absolutus (vt in casu nostro,) non autem solum relaxatus pro nunc, prout distinguendo concordabat opinio. Alex. in addit. ad Bar. d. l. nullam, quamuis etiam in relaxato pro nunc, eandem opinionem videatur tenere Corn. ibi post. D. S. & Bal. Facit ad præmissa Demosthenis sententia in orat. de Corona, nō accusari fœlicitatis esse potius, quàm accusari improbitatis; sed illud (inquit) Cephali præclarum, nullius reum

fieri criminis; imò mehercule etiam fortunatum; sed qui magis aliquis, si sit sæpe reus factus, nunquàm reus peractus, vituperandus iure propterea fuerit? quæ Demosthenis sententia comprobatur exemplo Catonis superioris, qui, vt refert Valerius Maximus lib.3.cap.7. de fiducia sui, sæpenumero fuit ab inimicis ad causæ dictionem vocatus, nec vllo vnquàm crimine conuictus: hinc Plin. de natur. histor. lib.7.cap.27. de laude Catonis primi, itaque sit proprium (inquit) Catonis quater, & quadragies causam dixisse, nec quenquam sæpius postulatum, & semper absolutum: Præterea, & fortius licet dictus Matthæus notarius fecisset plura instrumenta falsa, tamen antequam per sententiam fuisset priuatus officio, interim instrumenta facta valerent, ita in terminis in instrumento donationis tradit Alexan. consi.133. num.8. versic. venio ad tertium dubium lib.7. vbi allegabatur instrumentum donationis esse falsum, & inter alia arguebatur notarium rogatum de donatione cõfecisse aliàs instrumenta falsa; absque eo tamen quòd vnquàm fuerit de aliqua falsitate damnatus, vel cõuictus, & dubitabatur si aliquid falsi impingi nõ posit circa instrumentum donationis, an dicta donatio infringi posset, & annullari; & Alexand. ibi solenniter respondet, quòd ex eo, quòd reperiretur dictum notariũ aliàs confecisse falsa instrumenta, non per hoc est, quòd aliis instrumentis per eum postea confectis credi non debeat, donec per sententiam fuerit priuatus, vel officium sibi interdictum. vt ibi per eum plene comprobantem hanc conclusionem, ad quem breuitatis gratia sufficiat remissio; & vltra alleg. per Alex. ibi eãdem conclusionem sequitur Pau. de Cast. cons.203.col.1. versic. secus si cõdemnatus non esset lib.2. in antiq. & pract. Papiens. in forma libelli opposit. contra inst. glo. versic. aliisque de causis, versic. vlterius quæritur, & tradit Felin. cap. fraternitatis col.1. num. fallit primo de hæret. vbi ait quòd hanc conclusionem omnes sequũtur, & pulchrè tradit Bald. consil.264.col.1: versic. & facit, & col.2. versic. & licet Notarius, & versic. secũdo casu lib.1. & secundum præmissa non obstante quòd notarius fuisset quærelatus ad officiũ Aduocariæ, cõsuluit Mant. cons.208.nu.91.26. vbi tamen præmissa nõ allegat.

Non obstãt tot capitula ad augendam suspicionem falsitatis artificiosè conficta, quia facile euanuerunt ex capitulatis, & probatis ex parte rei cap.41.42.43.44.45.46.47.48.49.50.51. & maximè ex cap.49. super quo deposuerunt Mag. & Excellentisimus D. Nicolaus de Verciis tũc Vicarius Clarisſ. D. Potestatis, & Sp. & Excellentisimus D. Franciscus Armanus iudex Maleficiorum, car. 4.8. Pro præmissis faciũt not. per Mãt. d. cons.208. nu.86. vers. & ad propositũ. vbi in terminis inquit signanter, quòd si notarius non caruisset suspicione falsitatis Rectores integerrimi non distulissent eũ detinere, vt ibi per eũ, & Magn. eques, ac Clarisſimus iur vtriusque Doctor D. Ferdinandus de Thiennis manifestè probat confectionem, & veritatem dictorũ contractuũ, & instrumentorũ, super cap.10. & seq. car.96. à tit. & denique manifestisimè comprobatur ex literis D. Marci, Romæ 20. Decembris 1550. car.33. à terg. pro quarum verificatione deposuerũt plures testes. de qua materia habetur in.l. admonendi. ff. de iureiur. & in aliis locis vulgaribus, & quãuis plura possent controuerti circa probationẽ, & verificationem epistolarũ ex depositionibus testiũ, sine literarũ comparatione, tamen cessat difficultas, quando epistola habet sigillũ propriũ ipsius scribentis, & mittentis epistolam iuxta tradita per Specul. titu. de probat. §. fi. vers. decimo, vers. sigillum: & refert, ac sequitur Felin. cap.2. col. pen. vers. tertio generaliter de fid. instrum. vbi inquit, quòd contra ipsum scribentem priuatum, sigillũ ipsius iuuabit scripturam, vel epistolã: & addit ibi Imol. dicentem hoc esse diligenter notandũ: & idem tradit Orian. in. d. l. admonendi col. 13. versi. circa tertiam scripturam, vbi inquit quòd si negatur per mittentem episto-

Iam esse scriptam de sua manu, si habeat sigillum indubitatũ, quod constat esse mittentis epistolam, tunc plenè probat; alleg. glos. singul. in.l.2.C.de reb. alien. non alie.& Specul.loco præalleg.& Butri. & Imol.dicto.cap.2. & not.in.l.si qua per calumniam. C.de epis.& cleric.& extat decis.Boer.q.282.nu.6.versic. tunc si habet sigillum illius, qui eam misit; & quòd epistola sigillata solito sigillo mittentis plenè probet contra scribentem Ias.cons.70.col.1.lib.1.inquit rem esse claram,& indubitatam apud doctor.in vulgaribus locis,vt per Ias.post alios præstantissimos consultores ibi;& ita etiam clarè firmat Paris.cons.19.nu.106.108.lib.2.vbi Soci.cons.258 num.8.lib.2.Craue.de antiq.par.1.nume.287.173. Sed quid pluribus opus est pro extinguenda hac chimæra assertæ falsitatis? in re enim aperta argumentari tàm est stultum,quàm in solem clarissimam lucem inferre; Transeundo itaque ad secũdũ dubium principale ex capite nullitatis, non obstant depositiones testium examinatorum ad instantiam.DD.Actricum super minori ætate D. Marci, quoniam ipsã minorem ætatem ann.20.concludenter, & legitimè non probant. Præmittendum est,quòd ei,qui se fũdat in ætate minori ad annullandum contractũ, & instrumentũ incumbit onus probandi not.Bar.in.l.de ætate nume.12.versic.aut non.ff.de minor.& in.l.si minorem(per illum tex.C.de in integ.restit. & not. Floria.in.l.cum de ætate col.1.versic.circa probationem.ff.de prob.& tradit Imol.cons.114.co.3. Alex. cons.149.num.16.lib.5.Deci.cons.682.num.16.Omnis enim contrahens legitimæ ætatis esse præsumitur not.Bald.l.1.C.simi.sema.dix. & est text.in cap.in præsentia, versic. nec ex aduerso probetur, quòd vtriusque oblationis tempore, fuerit minor annis,de probat.& ita illum tex.ad hoc not.ibi Deci.in 10.& 12.notab.& Felyn.super glo.versic.secundæ.cum vulgaribus: discurrendo autem sigillatim testes præallegatos; Primo Vincentius Campanella deposuit, Che D. Marco al tempo della morte di suo padre dell'anno 1528.era di anni.5.in.6. & non passaua; iste testis non probat, quia non reddit rationem aliquam concludentem sui dicti, iuxta doctrin. Bar.in d.l.de ætate;& licet super interrogat.dicat audiuisse ab eius vxore,non sufficit depositio de auditu alieno;ita in terminis tradit Bart.cons.92.col.1.versic. Iacobutius;& licet dicat eius vxorem fuisse nutricem. D. Marci,adhuc nõ sufficit, quia si diceret etiam audiuisse à patre,auo,matre,& aliis parentibus D. Marci, hoc non sufficeret;ita in terminis tradit Alex.dicto cons.149.nume.17.versi. Blasius lib.5.& idem cons.29.num.9.& seq.lib.7. Lucas Mediolan.deponit de auditu alieno,& incerto, & dum subdit, Et io per la cognition,che haueua del q.D.Marco faccio giudicio che'l non passasse.28.anni ò.29.non probat deponens de suo iudicio;ita Bart. d.cons.92.col.2.versic. Præterea est alia vrgens ratio,& Alexan.d.cons.29.nu.2. lib. 7.Flosdelisia, dum deponit, Che esso q.D.Lodouico lassò dopo si el q.D.Marco suo vnico figliuolo maschio qual crede, che non arriuaua à cinque anni, non probat,quia deponit de sua credulitate,& nõ reddit rationem cõcludentem; ita Alex. dicto consil.29.numer.12. Corn. consil.21.in princi.libr.3. & licet reddat rationem perche l'era puttino piccenin, non sufficit. Nam hæc verba verificari possunt in 7. usque ad 14.annos,quia paruulorũ appellatione ita intelligitur; tex.est in cap.inde corum,uersic.paruulis,de ætate,& qual.ordi.& ita illum tex. ad hoc not. Abb.ibi num.1.& est tex.l.fi.uers.puer paruulus,& ibi not.glo.& Bald.C.de infant.expos.& cum ista probatio sit dubia interpretatur contra producentem d.cap. in præsentia, de probat.& ita in terminis similem depositionem testis reprobat Calcan. cons.80. circa fin.uers.& quartus testis, & licet super interrogat. multa ex se dixerit, tamen nihil concludenter probat,quia deponit de auditu alieno, & quatenus dicit audiuisse à D. Marco, est etiam singularis. Magister Franciscus Ingenierius deponit de

suo iudicio, & credulitate;& reddit rationem ex qualitate staturæ, & aspectus D. Marci, vnde non probat concludenter, quia potest decipi in annis quinque ascensiuè, & descensiuè, deponendo de ætate annorum 20. iuxta doctri. Bart. d. l. de ætate nume, 10. vers. ad ætatem 25. annorum, & pulchrè tradit Beltrand. cons. 2. nume. 41. versic. ad hoc ergo lib. 3. & in terminis de annis 20. tradit idem Paul. de Cast. consil. 141. col. 3. versic. uel nisi aduersario, & iste testis uidetur nimis animosè deponere, dum audacter postea affirmat, quæ certò scire non poterat, ut apparet ex eius attestatione: prout de teste animosè, & audacter deponente not. Cor. consi. 343. num. 4. uersic. & si huiusmodi lib. 1. & Brun. cons. 27. num. 24. uersi. & quòd nimis animosè deponũt. Angela Tubicina nihil concludit prout apparet ex lectione suæ depositionis, & est sibi contraria super cap. 11. car. 114. à terg. Franciscus fuseius, deponit de suo iudicio, nec deponit affirmatiuè, & præcisè de tempore, quo stabat pro gastaldo D. Odoardi, dicens, se non che già anni. 20. ò poco piú, &c. dictio plus, prolata à teste qualitercunque proferatur, nullius est effectus, & reddit probationem dubiam nihil releuantem; Ias. in. l. & si post tres num. 7. uers. breuiter communis. ff. si quis caut. ubi attestatur hanc esse communem, & ueram conclusionem: intelligendo, ubi requiritur probatio alicuius certi, & determinati, ut per eum ibi nume. 11. & per Alciat. in. l. hæc adiectio. ff. de uerb. signif. & idem est in dictione circa, prout in specie in teste deponente de annis. 20. in circa, tradit Cor. cons. 110. num. 1. uersic. & Matthæus Angeli, lib. 1. cũ similibus. & si dicatur, quòd hæ dictiones possũt referri ad modicũ, ut not. in locis præallegatis, & in specie in teste deponente circa annos. 20. not. Iacob. de Beluis. in authen. de Monach. in princ. & iste expressit, aut parum plus; attamen incertum est quomodo dici, & censeri debeat modicũ, in quãtitate uiginti prout indecisũ reliquit Guliel. de Cun. in d. l. & si post tres; quem in specie refert Alex. ibi num. 6. & posset teneri esse modicũ, nia respectu. 20. uidemus enim aliàs propè pubertatem dici illũ, qui distat à pubertate ultra tres annos, ut per glo. l. pupillũ. ff. de regul. iur. & in §. pupillus instit. de inut. stipu. unde de 14. annis tres anni nõ uidentur esse multũ distãtes à 14. annis ergo multo magis anni tres, & quatuor, nõ debent uideri esse multũ distantes ultra annos 20. & maximè considerando quòd testis deponens de tempore, facile potest errare in magna quãtitate, quia tempus facillimè exit de memoria, prout in teste not. Bar. in. l. Carbonianũ §. duæ autem causæ num. 7. ff. de Carb. edict. facit. l. peregrè, uersic. nec infirmitatem memoriæ. ff. de acqui. poss. cum vulgarib. Hyeronimus Fornarius non reddit rationem. Baptista Busus deponit de auditu incerto, tempore mortis. Angela de Gogna non reddit rationem suæ depositionis, Baptista Bregolatus non probat, dũ deponit. Il quale lassò dopò si detto D. Marco, che poteua hauer in quel tempo da. 4. in. 5. anni, ita Bar. d. cons. 92. col. 2. vers. poterat esse duorũ annorum, & quanquam subdat rationem; perche sò che mia moglie il portaua in brazzo, non concludit sufficienter prout in simili not. Bar. d. cons. 92. col. 2. vers. Præterea, nec reddit sufficientem causam: Renerenda Sor Apollonia nihil in effectu affirmat, & non iurata, & deponit de credulitate, & super interrogatoriis vacillat; D. Angela de Porto, non probat deponens era piccolo, prout patet ex præallegatis D. Ioannes de Velo nihil concludenter probat, quia ipse nescit affirmatiuè propriam ætatem, vnde non potest calculari ætas D. Marci ita Imol. l. ad testium. §. 1. col. fin. versic. quia recordatur, quòd fuit secum in scholis, iuncto vers. & quòd modo ipse testis est. 36. ann. ff. de testam. Præterea ipse testis non reddit rationem scientiæ, quomodo D. Marcus hauesse manco tempo di lui. Vnde nihil valet, ita in specie, tradit Alex. dicto cons. 29. nume. 1. 12. lib. 7. & illa ratio era giouine che si correuemo dreto, come si fà, pariter nihil valet, vt per

Alex.

Alex.dicto conſ.num.9.verſic.capio alium teſtem. Ex quibus omnibus remanet fir ma,& irrefragabilis concluſio teſtes examinatos ad inſtantiam DD. Actricum ſuper aſſerta minori ætate D. Marci, ipſam ætatem minorem legitimè, & concludenter non probaſſe,inſpectis,& ponderatis ipſis atteſtationibus. Sed vlterius prædicti teſtes in eorũ depoſitionibus patiũtur multas contrarietates,& oppoſitiones, ex quibus conuincuntur, prout plenè, & copiosè deductum fuit in ſcriptura Rei, incip. ſunt nonnulli,ex productis Valeriani de Valle die 14.Februarii 1559. ad quã egregiam ſcripturam,breuitatis gratia me remitto. Et ad reprobationem teſtium deponentium de ætate minori ex variis,& diuerſis oppoſitionibus militantibus etiam in caſu noſtro,egregiè tradit Bar.dicto conſ.92.& Alex.conſ.21.num.5.lib.1. & conſil. 149.lib.5.& conſ.29.lib.7.& Calcan.conſ.80.num.17. & Corn. conſ.21.col.1.lib.3. & Deci.conſ.682.num.16.& Grammat.conſ.61.in prin.vol.ciu. & Bald.& Areti.in d.l.ex facto §.1.ff.de vulg.vbi tradunt de oppoſitione ſingularitatis,vt quia vnus teſtis deponit de annis 17.alius de annis.18.alius de annis.19. & quòd ita dicantur ſingulares,& non probent tenet Calcan.dicto conſ.80.num.17.circa fi.verſ. nõ obſtãt alii teſtes:alleg.Bal.& alios,vt ibi per eum. Sed præterea ex abundanti Reus euidentiſsimè probauit maiorem ætatem D. Marci, prout in cap.10. ſed quid plura? probatur ætas D. Marci ex libris,& memorialibus D. Ludouici eius patris, in quibus eſt deſcripta natiuitas filiorum omnium, & eorum nutrices; & conſequenter etiam ipſius D. Marci, ex quibus manifeſtè conuincuntur teſtes partis aduerſæ de tot mendaciis, & falſitatibus per eos depoſitis circa minorem ætatem D. Marci, & circa alia,de quibus depoſuerunt,de hiuuſmodi autem memorialibus,quòd fieri, & teneri ſoleant communiter per parentes, notorium eſt, & atteſtantur plures teſtes partis aduersæ,& ipſius Rei, & verificatio dictorum librorum, & memorialiũ comprobatur ex aliis ſcripturis manu eiuſdem D. Ludouici,in proceſſu productis car.331.333.& talis comparatiò facit plenam fidem,ita in terminis conſuluit Cur.Iu. conſ.118.num.8.verſ.ego tamen firmiter teneo: vbi firmat quòd ætas probetur ex libro paterno,in quo apparebat patrem ſcripſiſſe ordinatè tempora natiuitatũ plurium filiorum, & nutrices eorum,& leuantes eos de ſacro fonte, & ſimilia: dicens quòd, ita clarè decidit Saly.in.l.ſi minorẽ.C.de in integ.reſtit.vbi clarè dicit quòd ætas filii probatur per literas paternas. nam ſecundum eum multoties pater ſcribit diem, & milleſimum, & menſem natiuitatis filiorum, & tales ſcripturæ probant, dummodo aliàs non ſint ſuſpectæ,& de hoc dicit eſſe caſum,ſecundum vnam expoſitionem in.l.etiam.ff.de probat.& in.l.excuſantur in principio,& ibi not.gloſ.ff.de excuſ.tutor.cum igitur conſtet ex libro paterno(inquit ibi Curt.Iuni.) de ætate.A. In quo etiam ſunt ſcriptæ natiuitates aliorum filiorum, & nomina nutricum, & eorum,qui leuarunt filios de ſacro fonte,& per conſequens careat ſuſpicione, cũ contineat veriſimilia, quis poteſt inficiari,quin talis liber probet ætatẽ? & ſubdit Cur. Iun.ibi quòd talis liber poterit probari per comparationem literarum,& talis probatio faciet plenam fidem,alleg.Bart.in.l.admonendi: & alios de quibus per eum, qui conſuluit in cauſa Tridentina;& in eodem caſu idem cõſuluit Soci.Iun.ſubſcribendo conſilio Cur.Iun.vt patet conſ.3.col.1.lib.2.vbi ipſe Soci. Iun.ad corroborationem deciſ. Saly. in.d.l.ſi minorem addit eundem Salycet.in.l.cum ſe.C.de probat.& Bald.in.l.neque natales.C.de probat.& Alex.in addit.Barto. d.l.de ætate:& Nicol.de Neapol.in d.l.excusãtur:& ſubdit quòd in probanda ætate filii magis eſt ſtãdum ſcripturæ paternæ,& ſic ſcripto prææallegato,quàm ſi viua voce, ipſe viuens teſtificaretur,alleg.Butr.Barb.& Marſil.in locis, de quibus ibi per eum comprobãtem etiam verificationem dicti libri ex comparatione literarum. Et in caſu noſtro verifica-

verificatio dictorum librorum comprobatur ex attestatione D. Angelæ nutricis D. Marci ad instantiã partis aduersæ, examinatæ car. 160. & super interrogatoriis cart. 191. & ex attestatione Flosdelisiæ car. 65. à terg. & ex attestatione. D. Catherinæ ad instantiam Rei examinatæ car. 484. & ex aliis, & persuadetur ex literis D. Marci Romæ die. 20. Decembris. 1550. in princ. vbi ait, in trenta anni che hora mai son visso à questo mondo, &c. Et vltra præallegata, quòd tales libri, & memorialia probent ætatem filiorum, not. Florian. d. l. etiam versic. nota hanc expositionem. ff. de probatio. & Cor. d. l. cum te. in fin. vers. item per memoriale parentum. C. de probat. cũ similib. alleg. à Mandos. in regul. 18. de ætate. Q. 8. & simili argumento vsus est Apuleius in orat. secunda Apologiæ, uers. de ætate vero Pudentillæ, ibi, pater eius natam sibi filiam more cæterorum professus est, tabulæ eius, &c. de qua professione pulchrè per Rebuff. tract. de regest. seu libris baptismi, in prin. Alcia. regul. 2. præ sumpt. versic. decimoquarto nume. 10. Mandos. reg. præd. Q. 9. ex quibus omnibus satis patet necesse nõ esse in re tàm perspicua pluribus disputare circa minorẽ ætatem D. Marci tempore dictorum contractuum, & instrumentorum. Præterea clarè in casu nostro constat D. Marcum expresè ratificasse dictus contractus, & instrumenta post maiorem ætatem, & in eadem voluntate semper perseuerasse toto tempore vitæ suæ, vnde cessat omnis difficultas. Descendendo postremò ad tertium principale dubium ex capite iniquitatis, ac iniustitiæ, & inualiditatis dictorum contractuum, & instrumentorum, non ob. primum argumentum de læsione D. Marci in contractu diuisionum quasi ante partem ipsi spectaret hæreditas Excellentissimi D. Odoardi eius patrui vigore eius testamenti; quoniam pluribus modis hæc obiectio resolui potest. Primo posset probabiliter teneri, præallegatum D: Odoardi testamentum censeri factum caducum, ob mortem Bartholomæi hæredis instituti defuncti viuo testatore, idque ex mente ipsius D. Odoardi ponderando illa verba impulsiua, cuius amore, & affectione afficitur, vnde mortuo ipso Bartholomæo pupillo sine filiis, viuo ipso testatore, equidem cessabat causa amoris, & affectionis enixæ, quæ videbatur fuisse causa saltem implsiua præallegati testamenti; & superuenerat iusta causa mutandi testamentum, ob mortem prædicti Bartholomæi; & licet non appareat aliud testamentum condidisse, tamen non ex hoc arguitur concludenter D. Odoardum non habuisse alium animum, quàm tũc in dicto testamento habuerit, quoniam multa accidunt, ex quibus homines habentes animum faciendi testamenta, tamen non faciunt, prout tex. est singularis in anthen. vt fact. nou. constit. versic. non enim omnia sunt in nobis nec semper quibusque tempus fit testandi, & repente plerumque incidunt hominibus mortes, testandi eis potestatem auferentes; & per istum tex. reperio Areti. cons. si. col. pen. vers. quid plura; probare conclusionem in materia testamenti rumpendi ex natiuitate posthumi non valere argumentum, quòd testator censeatur voluisse confirmare testamentum ante factum, ex eo quòd superuixerit tãto tempore, quòd potuerit mutare dispositionem inquit enim ibi egregiè Areti. quòd ille tex. dicit, quòd si testator fecit testamentum ante ius nouum conditum, secundum formam iuris veteris, & postea promulgatur ius nouũ, valet testamentum, licet in eo non sit seruata forma iuris noui, nec debet imputari testatori, quòd post legem nouam superuixerit, & habuerit tempus mutandi testamentum, & quòd iste sit verus sensus illius legis, non cauillando literam, subdit, attendendam esse rationem, quæ sequitur, non enim omnia sunt in nobis, &c. quæ ratio infert, quòd quamuis prima facie non appareat aliquem fuisse impeditum, & videatur habuisse tempus mutandi testamentum, quia tamen cõtingit, aliquem impediri posse, ista sola possibilitas excusat. nam potest esse (inquit ibi Aretin.) quòd

testator

testator non mutauit testamentum, quia sperabat se diutius victurum, & diuturna vita habere facultatem largam mutandi testamentum, item potest esse (& hoc contingit frequentius) quòd testator sperans morte repentina non præoccupari intendebat differre ordinationem testamenti vsque ad finem vitæ, quod communiter fit à maiori parte hominum, vt vsu videmus. Præterea subdit Areti. fortè non mutauit testamentum cũ posset, quia sciebat ex dispositione legis satis esse prouisum & cautum, vt ibi per eum, quæ consideratio maximè cadit in proposito in personã D. Odoardi, qui erat doctor, qui præsumitur habere huiusmodi scientiam Socin. consil. 227. nume. 6. versic. ex quib. & versic. nec etiam prima libr. 2. cum similib. Confirmantur præmissa, quia, & si D. Odoardus in eius testamento præterierat, personam Magn. D. Francisci tertii fratris, tamen ex postea secutis ostendit multa, & magna signa amoris fraterni erga ipsum D. Franciscum, ipsum bis maritando magna lætitia, prout in capit. 4. quæ omnia comprobãtur ex pluribus literis congratulatoriis in hac materia, in iudicio productis, & ex positione nominis eiusdem Odoardi, filio ipsius D. Francisci, quæ nominis similitudo arguit bonam gratiam, & affectionem iuxt. not. per Arimin. in addit. Areti. tract. de Malefic. vers. quòd fama publica num. 36. versic. & libenter feci, quia proprium nomen meum habebat, pro quo Plato in Ciuili, Socrati quoque huic (ait) cum idem, & mihi nomen sit, cognationem quandam nobis mutuam præbet. Tiraq. de legib. connub. l. 5. num. 27. vers. quid quòd simplex nominis similitudo, vbi tamen de prædictis nõ meminit; cum itaque post præallegatum testamentum superuenerint signa amoris, & beneuolentiæ, consonat, quòd D. Odoardus non perseuerauerit in illa sua voluntate præcedenti, per quam fortè quodam calore iracundiæ præterierat personam ipsius D. Francisci; & ad hoc faciunt tradita per Anchar. cons. 356. num. 6. vers. Præterea conditi testamenti tempore, vbi in simili considerauit, quòd tempore conditi testamenti, testator ille cum suo fratre erat in discordia, & calore quodam iracundiæ contra eum cõmotus sic disposuerat; tempore autem mortis, lapsis iam pluribus annis cum eo reconciliatus erat, si ergo non mutauit testamentum (inquit Anchar.) non est præsumenda perseuerantia voluntatis, quæ calore iracũdiæ quodã modo causata fuerat, sed potius mutatio omissa propter spem superuiuendi, quia difficile credunt homines se morituros, & ait hanc esse benigniorem interpretationem, & amplectendam in fauorem fratris, & fauorem agnationis, vt ibi per eum eleganter, ad cuius comprobationem faciunt tradita per Ias. cons. 124. col. 1. in fin. versic. septimo facit manifesta æquitas, lib. 1. vbi in simili considerat testatorem tempore testamenti iratum erga fratrem, sed postea sedato illo rãcore animi, & ira postea sopita, eundem testatorem mutasse propositum, & voluisse vocare etiam dictum suum fratrem vtrinque coniunctum grauatum filiis, cum nemo præsumatur carnem suam odio habere, vt inquit glo. l. 1. ff. de in ius voc. vt eam, vt per Ias. ibi, & col. 2. versic. ex istis octo fundamentis, faciunt ad idem not. per Socin. consi. 163. nu. 9. vers. secundo etiam lib. 2. vbi in simili materia de mutatione testamenti, & voluntatis considerat fraterni amoris reintegrationem postea secutam, & quòd sopita indignatione præcedenti, deinceps se inuicem amabant, & diligebant, vt ibi per eum & per Craue. cons. 151. num. 19. vbi inquit quòd licet incidant sæpe altercationes inter parentes, & filios, & alios consanguineos, deinde nihil est; prout experientia ostendit quotidiè, & capienda est ista bona præsumptio tanquam conformis iuris dispositioni, cap. literas vers. præsertim in fratrem, quem tanquam carissimum, de præsumpt. ex quo tex. nõ præsumitur odium inter fratres, imò est verisimile, quòd alter alterum diligat, & ita not. Alcia. tract. de præsumpt. regula. 1. præsumpt. xxiii.

præſumpt.& quia bonum, & æquum eſt ſeruare æqualitatem inter fratres in bonis fraternis,ne dum paternis,prout not.ſingulariter Alciat.loco præalleg.in fin. verſi. ſed numquid.faciunt ad idem tradita per Socin.Iun.conſ.145.num.4. & ſeq.lib.2. vbi in eadem materia conſiderat ad reuocationem teſtamenti paterni,pacem,& reconciliationem poſtea factam:& pulchrè probat vt per eum ibi; quæ comprobantur ex not.per Bal.in.l.id quod pauperibus.C.de epiſ.& cleric. vbi quòd executor poſſ eligere odioſum teſtatori,ſi teſtator deceſsit cum confeſsione , & contritione, quoniam ex hoc videtur odium remiſiſſe inſtit.de iniur.§.fin.refert,ac ſequitur Anchar.cap.religioſus num.13.in fi.de teſtam.lib.6.Præterea eſto præallegatum teſtamentum non fuiſſet caducum,attamen tunc eſſet dubium an eſſet vocatus D.Marcus ſolus tanquàm collateralis proximior , nam in teſtamento non eſt expreſsè declaratum in ſubſtitutione,an intellexerit teſtator de proximioribus reſpectu perſonæ Bartholomæi,vel reſpectu perſonæ ipſius teſtantis,& quicquid ſit in ſubſtitutione fideicommiſſaria, in qua ego ſoleo tenere, quòd attendi debeat proximitas reſpectu grauati,certè in caſu noſtro, vbi agitur de ſubſtitutione vulgari ſumus extra omnem controuerſiam,nam quando tractatur de vulgari,per quam directè,& immediatè ſucceditur ipſi teſtanti,omnes ſcribentes cōcordant , quòd inſpici debeat proximitas reſpectu perſonæ ipſius teſtantis,prout declarat Soc.in.l.ſi cognatis nu. 33.verſ.prima concluſio.ff.de reb.dub.& in conſ.249.num.22 verſic. circa primum lib.2.quem refert,ac ſequitur Rip.in.l.Lucius num.47.verſic.& per iſtā rationem. ff.de vulg.& pupill.& tradit Alcia.in.l.2.num.68.verſ.in vulgari.ff.de vulg.& pupi. & idem in.l.Lucius in fin.ff.eo tit.& Gozadi.conſ.num.15.Cur.Iun.conſ.125.num. 8.& ſolenniter tradit Alexandrin.in.l.Gallus §.quidam rectè car.9.col.4.verſi.prima eſt concluſio,vbi infert,quòd ſi quis habens plures agnatos,vel cognatos,vnum inſtituat , & eidē vulgariter ſubſtituat alios agnatos,vel cognatos, in tali ſubſtitutione debet attendi proximitas reſpectu ipſius teſtatoris,nō autem reſpectu illius,cui fit ſubſtitutio vulgaris vt ibi per eum , inferentem etiam ad alias ſimiles deciſiones, & inter alias,quòd ſi fieret legatū agnatis,vel cognatis, primo nōminati eſſent præferendi , & eis deficientibus.i.nō exiſtentibus tempore quo cædit dies legati, vel repudiantibus,admittuntur proximiores agnati ipſius teſtatoris,non autem ipſorum nominatorum;& ſecundum hanc eandem concluſionem idem Alexandrin.cōſuluit egregiè in terminis conſ.126.vbi ait, quòd in ſubſtitutione vulgari,iſtud eſt clarū,& iſte caſus nō habetur dubius, quinimò idem tenet in fideicōmiſſar.& pupillari,& loquitur in caſu,quo teſtator ſubſtituerat per illa verba,eidem ſubſtituit(vt in caſu noſtro)& tamen firmat attendi proximitatem reſpectu teſtantis,& retenta hac concluſione non obſtat legatum factum ipſis fratribus de ſolo vſufructu , &c. nam ex eo non impeditur generalis , & vniuerſalis ſucceſsio ex ſubſtitutione iuxta not. per Bart.in.l.2.nu.41.verſic.ſecundo poteſt apparere.ff.de vulg.& pupill.& ſequūtur alii ibi,vt per Rip.nu.52.verſ.ſecundo,& optimè declarat Deci. conſ.332.in fin. verſic.nec obſtat,& confirmatur ex not.per Bar.d.l.2.nu.42. verſ. ſed quid ſi teſtator;vbi luculenter Alciat.explicat num.65.verſi.quòd ſi ſpecialiter, ſed quid opus eſt pluribus de hoc diputare ? quandoquidem conſtet ipſum D. Marcum in ætate maiori poſtea conſtitutum habuiſſe clarum ſcientiam dicti teſtamenti, & declaraſſe eius voluntatem, & mentem eſſe adeundi,& agnoſcendi hæreditatem ipſius D. Odoardi patrui pro ſua tertia parte prout æquum erat,iuxta contenta in cap.12.& probatur ex literis D. Marci Romæ die 20.Decembris 155.quæ literæ optimè probant in hac materia aditionis , & repudiationis hæreditatis , quæ dependet ab animo,& voluntate illius adeuntis,vel repudiantis,prout in terminis conſuluit Paris.

d.conſ.

d.conſ.19.num.104.verſ.& de dicta aditione lib.2. & in ſpecie quòd teſtamentum remaneat caducum hærede inſtituto præmoriente ipſi teſtatori non obſtante ſubſtitutione vulgari comprehenſa in compendioſa, præſuppoſito, quòd ſubſtitutus vulgariter hæreditatem relictam non adierit, tradit Zaſi.conſ.3.nume.32.51.iuncto caſu illius conſilii libr.1. ex quibus omnibus ſatis conſtat fuiſſe reſolutum primum argumentum aſſertæ læſionis D. Marci ex capite teſtamenti Excellentiſsimi D. Odoardi. Secundum autem fundamentum principale ſuper læſione D. Marci in contractu mutuæ, & reciprocæ donationis cum D. Franciſco eius patruo, ob diſparitatem ſtatus perſonarum in effectu, & realiter minimè ſubſiſtit, & pro eius reſolutione aduertendum eſt quòd in hac materia non requiritur in omnibus, & per omnia æqualitas ſtatus perſonarum, vt quòd ambo paciſcentes reciprocè habeāt vxorem, habeant pares filios, paris ſint ætatis, &c. & nulla lex eſt, quæ hanc præciſam æqualitatem requirat, imò in contrarium extant leges expreſsæ, quæ tolerant huiuſmodi ſimilia pacta inter perſonas etiam ſtatus inæqualis: ita de hoc eſt text. ſingularis in.l.de fideicommiſſo.C.de tranſa. vbi eſt caſus deciſus ad literam, quòd valet remiſsio facta inter fratres de fideicommiſſo inter eos reciproco conditionali ſi ſine liberis, neque poteſt reſcindi per reſtitutionem in integrum, quamuis alter eſſet ætate minor altero fratre, ecce igitur quòd non requiritur in omnibus, & per omnia æqualitas, ſi enim requireretur, equidem illo caſu fuiſſet reſpondendum pro illo fratre minore conquerente, & allegante ſe circunuentum, nam ex ordine naturæ veriſimiliter fuiſſet præſumendum, quòd alter frater ætate maior moreretur ante fratrem minorem.l.nam, & ſi parentibus, & ibi not.ff.de inoff.teſtam.l.qui duos. §. cum in bello.ff.de reb.dub. & tradit Alciat.regula prima præſumpt.43. vnde videbatur ſubeſſe maior ſpes pro ipſo fratre minore, vt ad fideicommiſſum citius poſſet admitti, & tamen hoc non obſtante contrarium ibi deciditur per Imperat. qui reſpondens illi Caiano militi conquerenti, non poteſt (inquit) eo caſu reſcindi tanquàm circunuentus ſis, cum pacto tali conſenſeris, neque eam, cui ſubueniri ſolet, ætatem agere te proponas, nec ſi ageres, iiſdem illis de cauſis in integrum reſtitutionis auxilium impetrare deberes, vnde illum tex.generaliter ſummando Bald.ibi dixit, quòd in reciproca remiſsione æqualis ſpei, nullus intelligitur lædi, nec ſenex, nec iuuenis, & ita Bald.appellat æqualem ſpem, non obſtante, quòd ſit inæqualitas ſtatus perſonarum, vt quia alter ſit ſenex, alter ſit iuuenis, & ita expreſsè ponderat Corn. ibi vnde ſolum conſideratur æqualitas reſpectu reciprocationis fideicommiſsi, & ita illum text. dum loquitur in fratre etiam ætatis minoris ponderauit Salycett. in ſummario, dicens quòd fideicommiſſum viciſsim iniunctum poteſt remitti, nec ex hoc dicitur minor lædi, & idem clarius ibi not. Paul.de Caſtro vbi not. ex fi.legis quòd quādo ex aliqua cōuentione, vel actu poteſt quis recipere vtilitatem, ſicut, & damnū, licet caſualiter receperit damnū, nō eſt iuſta cauſa petendi reſtitutionem in integrū, etiā ſi ſit minoe, tanquàm fuerit læſus, quia hāc læſionem debet cōpenſare cum vtilitate quam poterat conſequi, & ſic, propter dubium euentum, non reputatur damnoſa, licet ſecuto euentu conſequatur damnum. Confirmantur præmiſſa ex not.per Salycett.in.l.1.C.de pact. vbi in remiſsione fideicommiſsi cōditionalis, ſi ſine liberis, inquit, quòd & ſi Philinus fuiſſet minor nō potuiſſet ex hoc tanquàm læſus petere reſtitutionem, alleg.l.ſi eam.C.de vſur.& l.ſi pater.C. de inoff.teſt. ſed Alexan.ibi ſupplet, quòd melius poterat allegare text.dicta.l.de fideicommiſſo, vbi ait eſſe caſum ſingularem de hoc ſecundum Bald.l.cum Archimedoram.C.vt in poſſeſs.legat. & idem ſequitur ibi Iaſo. numer.8.in.4.notab. &

secundum præmissa in illis terminis consuluit Iacob. Zocch. inter consil. Calcan. consil. 96. faciunt etiam not. per Alex. d. l. 1. post Bald. quòd non potuisset in casu il lo Philinus venire contra, etiam si allegaret se deceptum vltra dimidiam iuxta. l. 2. C. de rescind. vend. cum sua materia, & hoc operari illam dubietatem spei, de qua ibi, & optimè declarat Riminal. ibi col. 1. & plenè traditur in Decis. Neapol. Capy. 159. nu. 15. versic. vnde videamus; & ita ex præmissis elicitur euidens cõclusio, quòd non debet considerari inæqualitas status personarum, an alter sit maior ætate, alter sit minor. & an quis habeat vxorem, & filios, & quis tunc non habeat, quia nõ ita distinguitur in d. l. de fideicommisso, quæ generaliter, & indistinctè loquitur, & ita generaliter, & indistinctè intelligenda est: & suadentur præmissa, quia etiam in. l. cum proponas filios. C. de pact. talis distinctio non reperitur, sed etiam lex illa loquitur generaliter: item quia etiam in simili in. l. si socius. ff. pro soc. talis distinctio non fit, vbi in pacto inter fratres de dotando filias, consideratur solum an fuerit reciprocũ & commune, non autem quòd alter solus filiam postea habuit, & ita ibi non distinguitur an subesset spes nec ne, & præmissa clarè comprobantur ex not. per Barto. l. qui Romæ §. duo fratres nu. 12. versic. tertius. ff. de verb. obliga. vbi loquitur in fratre maiore, & minore, & solum considerat an fideicommissũ sit reciprocum, & cõmune, & expresse explicat ibi Angel. vbi non curat ipse vtrum grauati inuicem sint dispares ætate, veel pares aut propinqui, dummodo partes sint æquales fideicõmissi reciproci, & inter alia alleg. d. l. de fideicommisso, & idem refert, ac tradit Angel. ipse cons. 287. col. 3. vers. sed in themate præsupposito, & Angel. quo ad hoc refert Imol. d. §. duo fratres col. 6. vers. ipse tamen non curat, & Areti. col. 3. versi. tertio requiritur, & hoc addit Angel. His itaque stantibus remanet funditus resoluta cõclusio Ripæ in d. §. duo fratres in contrarium superius allegata, vbi ipse videtur tenere sufficere inæqualitatem etiam ratione solius spei, & exemplificat puta si vnus esset senex, & sine liberis, alter vero iuuenis: & ita refert tenuisse Deci. d. cons. 86. & ante Deci. Cuman. cons. 115. hæc enim conclusio uidetur confundi ex iuribus, & authoritatibus præalleg. nec Rip. fideliter (pace cinerum tancti doctoris dictum sit) retulit consil. Decii d. consil. 86. sed defectiuè, nam Deci. ipse ibi non solum considerat quòd ille Ioannes erat senex, & sine liberis, sed ulterius quòd nõ erat spes uerisimiliter quòd deberet liberos procreare, quo casu, & in quibus terminis facilius forsan concedi potest conclusio in cõtrarium adducta, & in casu nostro, & in terminis nostris illa conclusio nihil obstabit, quoniam licet D. Marcus non haberet tunc temporis uxorem, nec filios, tamen non erat spes uerisimiliter quòd non deberet filios procreare, quoniam non erat impotens ad generandum, prout Deci. præsupponebat in illo Ioanne sene, & sine spe uerisimili liberos procreandi, & in illis suis terminis posset Deci. saluari, & conclusio Ripæ procedere, & ita etiam potest saluari, & procedere id, quod tradit alibi ipse Deci. in. l. 1. num. 17. uersicu. uidetur tamen. C. de pact. ubi loquitur, quãdo frater minor haberet filios, & alter frater haberet uxorem sterilem, ita quòd non erat spes uerisimilis quòd ex ea deberet liberos procreare: & idem in d. l. de fideicommisso, ubi loquitur de inæqualitate quando alter frater esset senex, & sine spe prolis, alter uero iuuenis, & speraret uerisimiliter prolem. & idem in cõsi. 11. nu. 5. uers. postremò, ubi loquitur, quãdo alter nõ habebat filios nec erat spes, quòd in futurum susciperet, cum longo tempore uxorem sterilem habuisset; alter uero frater haberet filios quàmplures, & sic quodammodo constabat quòd alter esset decessurus cum filiis, alter sine filiis, ut ibi formaliter per eũ, & per eundem in consil. 495. nume. 20. ubi considerat, quòd alter filios masculos habebat, alter filiam tantum fœminam, & ita uerisimiliter sperabatur quòd conditio si-

tio si-

tio fideicommissi deberet verificari in altero habente filiam tantum fœminam, & eodem modo saluari,& procedere possunt authoritates, & decisiones pluriũ aliorum doctorum in similibus terminis,vt Ioan. Andr.in addit Specul.tit.de testam.in princ.versic.sed quid si fideicomm. vbi loquitur, quando de altero nõ est spes prolis,& sentit aliàs secus,& concedit valere pactum, quamuis alter filios non habeat, si tamen est spes habendi, & ita Ioan.And.declarando refert Areti.d.§.duo fratres col.4.versic.& ad propositum vide Ioan.And.vbi eum referendo inquit, quòd ista similia pacta consueuerunt apponi vbi esset eadem spes, vel ferè æqualis inter ipsos diuidentes,verbi gratia quando fratres habent prolem, vel ille qui non habet verisimiliter speraretur esse habiturus, vel quando neuter eorum haberet prolem, nec speraret habere,vbi autem esset inæqualitas spei, vt quia vnus haberet filios, & alter non,nec speraret habere, tunc propter inæqualitatem non solent ista pacta apponi,ecce expressa exempla,quòd sufficit spes quòd alter sit habiturus filios, licet tunc non habeat,& quòd diceretur inæqualitas,quãdo vnus haberet filios, & alter non, nec etiam speraretur habere,vnde cum in D.Marco esset spes habendi filios, sufficit,& dici potuisset inæqualitas si D. Marcus non habuisset tunc filios, nec etiã in futurum fuisset spes habendi,vt apparet ex præallegatis exemplis;eodem modo procedere potest id,quod not.Cor.d.l.de fideicõmisso dum loquitur de altero fratre sene iufirmo, vel non apto ad habendum filios, eodem modo id, quod not.ibi Rimin.dum loquitur quando alter erat iuuenis,& robustus, & filios habebat,alter vero frater erat senex non habens filios,vel non aptus ad generandum,eodem modo id,quod not.ibi Areti.dum loquitur de inæqualitate quãdo vnus nõ esset aptus habere liberos,alter vero sic,eodem modo id,quod not.ibi Cur.Iun. dum exemplificat,si ex illis fratribus vnus esset senex, qui verisimiliter non posset generare filios, alter autem esset iuuenis,qui verisimiliter poterat filios generare,eodem modo id, quod not.Cagnol.in.l.I.nu.36.C.de pact. dum loquitur quando vnus esset cum liberis aut aptus ad suscipiendum,alter sine liberis,& impotens, uel inhabilis ad susceptionem liberorum,eodem modo not. per Capy.d.decis.159. ubi ait esse considerandũ de ætate ac potentia generandi; eodem modo not.per Alciat.d.l.de fideicõmisso in princ.dum considerat uerisimilem coniecturã, ut si duorum fratrum fideicõmisso grauatorũ alter senex sterilique uxore esset,alter florens iuuenta,& liberos uerisimiliter suscepturus;& eodem modo not.per Grat.cons.29.num.31.uersic. tertio lib.2.ubi considerat quòd alter tempore diuisionis habebat sexaginta annos, & ultra,& erat sine filiis,& habebat uxorem,quæ,ut ita dicat, poterat dici sterilis, cum erat alicuius ætatis,& alium habuerat uirũ,& ex nullo habuit filios,alter uero habebat filios, ut per eũ restringentem se ad quodãmodo impossibilitatem ex una parte filiorũ. Confirmantur præmissa ex magistraliter traditis per Alexan.cons.83. num.18.uers.nec illi lib.2.ubi in propriis terminis in pacto mutuæ, & reciprocæ cõuentionis fraternæ quòd si unus prædecederet sine liberis, superstites succedãt prædecedenti;& eueniente dicto casu unus alteri donabat, &c.Respondendo præmissæ obiectioni, quòd grauamen non erat reciprocũ æquale in personis dictorũ fratrũ,quia alter erat in statu,in quo non posset habere filios,& certum erat, conditionem donationis partis suæ omnino euenturam,quod secus erat in aliis, qui potuissent matrimonium contrahere,& liberos procreare, Alex.inquit quòd per hoc tãtũ non est,quin donatio dicatur reciproca, quia potuisset contingere quòd illi alii prædecessissent,& quòd nõ requiritur quòd sit per omnia æqualitas, nam(inquit ipse)si plures fuissent fratres facientes dictam donationem reciprocã post mortem prædecedentis,sequeretur quòd attento,quòd vnus fratrũ erat antiquior altero,&

ſic eius vita non eſt adeo apta ad tantam annorum lõgitudinem; ſicut uita alterius iunioris iuxta.l.hæreditatum.ff.ad.l.Falcid.quòd in tali donatione requireretur in ſinuatio,quod eſt contra not.per Ioan.And.in.d §.Porrò cum concord.ibi alleg.& hoc conſil.Alex.refert,& ſeq.Iaſo.conſil.5.col.pen.verſic.non ob.vltimo lib.3.vbi Iaſ.in terminis reſpondet obiectioni de inæqualitate quòd vnus tempore communionũ habebat alios,alter vero non,vt ibi per eum. Præterea Claud.Sayſell.in d.l. de fideicommiſſo attentauit tenere quòd non dicatur inæqualitas,etiam in illis fortioribus terminis,quando omnino certum eſſet,quòd ille non poſſet habere filios, quoniam,& è conuerſo incertum eſt alterum minorem prædecedere ſine filiis, vt ibi per eum,quam opinionem etiam tentaſſe videtur San Seuerin;& Lancell.Dec. ibi;& Alciat.nouiſsimè ibi adhuc eandem opinionem ſenſiſſe videtur,verſ.ſed ego perpenſis legis noſtræ verbis,pro quibus faciunt not.per Cur.Iun.conſ.49.num.7 verſic.nec iuuat dicere,vbi in ſpecie conſiderat quòd mors eſt omnibus communis l.licet,& ibi not.Alberic.C.de pact.& ideo in illo ſuo caſu,ita poterant mori fili teſtatoris ante fratres,& filios fratrum,ſicut ſuperuiuere ipſis fratribus, & eorũ filiis, alleg.in arg.d.l.de fideicommiſſo, & ad idem faciunt per eum tradita in d.l.1.num. 53.verſic.circa quintam.C.de pact.vbi in illa materia conſiderauit quòd carentia filiorum non fuerit cauſa finalis, quia dato quòd filios habuiſſet,tamen adhuc mori poterant ante patrem,& ſic poterat euenire conditio fideicõm. vt ibi; & idem tradit Iacob.Zocch.d.conſ.96.verſic. vel haberet filios, qui poſtea morerentur, ſed non opus eſt firmare in caſu noſtro hanc opi.Clau.Sayſell.& aliorũ ſequaciũ,quoniam nõ ſumus in illis terminis fortioribus,quòd ſ.D.Marcus non poſſet habere filios, vel quòd eſſet ſpes veriſimilis, quòd non eſſet habiturus, in quibus terminis poſſunt ſaluari doctores plerique præallegati,& Tiraq.l.ſi.vnquam,uerſ. donatione,num.134.C.de reuoc. donat. quicquid fortius tentauerit Claud.Sayſell. & alii ſequaces, nanque fuit capitulatum ex abundanti parte Rei cap.20. Che'l prefato D. Marco era huomo robuſto,forte, & gagliardo, &c. unde reſultat præſumptio quòd idem D. Marcus tanquam bonæ complexionis poſſet ueriſimiliter generare,& habere filios,& generalis eſt præſumptio in omnibus prout eſt text.in.l.filium uerſic.ueluti ſi ea ualetudine fuit,ut generare non poſſet.ff.de his, qui ſunt ſui,& ita not.ibi Bar.dicens nota quem præſumi habilem ad coeundum,ſeu generandũ, niſi probetur oppoſitum,& idem not.ibi Ange.inquiens, nota quòd in dubio quilibet præſumitur poſſe generare, & eſt tex.cap.1. & ibi not.Innocent.Prępoſ.& alii de frig.& malefic.& tradit Alciat.regul.1.præſumpt.12. & tradit Barba conſ.5.col. 1.lib.2. non obſtat quòd D. Marcus abhorrebat à re uxoria,arguendo ab euentu ſecuto,iuxta illud, exitus acta probat, &c.quoniã tale argumentum eſt fallax,& improbatur ab illo eodem poeta, dũ ſtatim ſubdit,careat ſucceſsibus opto,quisquis ab euentu facta notanda putat,& euentum eſſe ſtultorum magiſtrũ dicebat Fabius apud Liuium,& nihil eſſe iniquius,quàm iudicare ab euentu,author eſt idem Liuius,& eiuſdem ſententiæ fuit Plin.Iun.Epiſtol.ad Rufum lib.5.in fin.& quòd tũc temporis eſſet ſpes D. Marcũ liberos ſuſcepturũ, cum eſſet iuuenis, probatũ fuit ex traditis per doctores præalleg.in.d.l.de fideicõmiſſo,& alibi, & ulterius cõprobatur, quia à communiter accidentibus omnes ferè homines nubunt,ut experientia uidemus, & dicebat Neuizan.in ſilua Nuptiali cap.eſt nubendũ fol.416.uerſi: facit quòd alii faciũt pro maiori parte;hinc ille Mitio Terentianus, & me tùm uxorem credidiſti ſcilicet ducturũ, & nubentes præſumũtur eſſe habituros etiã filios, dicebat Abb.cap.1.nu.2.uerſic. ſi ergo habuit uxorem præſumitur habuiſſe filios, de teſtam.& dicebat.Paul.de Caſtro conſ.17.col.8.uerſ.ſed defectus lib.1.in antiq.
quòd

quòd defectus non extantium filiorum speratur cessare, quia fauorabilis est spes nascendorum, & ideo potest legari ei, qui nondum natus est, vt ibi per eum, vnde ille casus quòd D. Marcus nõ esset ducturus vxorem, nec filios habiturus, tãquàm exorbitans à communiter contingentibus, & mali euentus non est habendus in cõ sideratione. l. inter stipulantem §. sacram versic. & casum aduersamque fortunam expectari neque ciuile, neque naturale est. ff. de verb. oblig. per quem tex. ita in specie dicebat Bal. d. l. 1. C. de pact. inquiens quòd in considerandа læsione, de qua ibi, nõ inspicitur ad dubium euentum ex morte alterius, & refert, ac sequitur ibi Rimi. & illum tex. etiam ad hoc inducit Craue. cons. 142. num. 18. versic. & quòd filios nõ procrearet, vbi in specie inquit, quòd non erat habenda ratio tristis euentus quòd liberos non procrearet d. §. sacram; facit id, quod vulgariter dici solet, quòd de futuris contingentibus non est determinata veritas. l. cum quid §. suum, vbi Bar. ff. de acqui. hæred. nam vt inquit Horatius, prudens futuri temporis exitum caliginosa nocte premit deus. Ex quibus omnibus apparet euidenter resolutum illud fundamentum partis aduersæ, prima fronte coloratum super inæqualitate status personarum D. Francisci, & D. Marci. Non ob. modo, dum subiungebatur præmissa suaderi maximè ex quo D. Marcus erat nepos, & habebat in sũma reuerentia præfatos eius Mag. Patruos, eosque metuebat, nec ab eis audebat petere denarios quãquam necessarios, quoniam hæc vanitas resoluitur ex capitulatis parte Rei, cap. 7. 8. quòd præfati Mag. patrui tenuerunt ipsum D. Marcum in studio Paduæ, Bononiæ, Ferrariæ, & postea in vrbe Roma semper honoratè, & honoratissimè, super quibus deposuerunt infiniti testes omnes nobilissimi, ac illustres; Nõ obstant not. in. l. 1 §. quæ onerandæ. ff. qua. rer. quoniam secundum Bar. ibi, sola asserta reuerentia paterna, & similium personarum non est sufficiens, nisi probentur minæ, vel verbera, & tradit Alex. in addi. ad Bar. versic. dicit ibi, & sic nota, & in. l. si cum dotem. §. eo tempore nu. 8. ff. sol. matr. vbi loquitur in qualibet reuerenda persona, & declarat Areti. d. cons. 24. col. fi. vers. si quis tamen, & Pau. d. cons. 177. col. 2. & Marsil. cons. 124. num. 16. & Deci. cons. 232. nu. 6. versic. non obstat. & est communis opinio secundum quam cousuluit Soci. Iun. cons. 67. nu. 39. lib. 2. & in terminis in patruo, & nepote cons. 77. nu. 154. lib. 1. & maximè quia nepos potest in ius vocare patruũ sine venia secundũ Alciat. reprobantem Deci. in. l. 1. C. de in ius voc. & confirmantur præmissa ex decis. Neapol. Capy. 159. num. 32. & seq. vbi etiam habetur de testibus deponentibus de huiusmodi reuerentia, & timore, non probantibus, nisi assignent bonas rationes, & causas, vt ibi & certè quamuis pars aduersa multum laborauerit ad ostendendam, & probandam assertã læsionem D. Marci in præallegatis contractibus, & instrumentis, tamen frustra laborauit, prout manifestè patet ex suprascriptis, & in dubio non est capienda præsumptio huiusmodi læsionis, & deceptionis, pluribus rationibus, quia regulariter in nemine dolus præsumitur. l. quoties §. qui dolo. ff. de probat. & quilibet præsumitur bonus. l. merito. ff. pro soc. & & tradit Alciat. regula 3. præsumpt. 1. 2. & maximè in personis nobilibus, prout not. glo. singul. cap. illud 40. distinct. & est tex. in. l. pupillus §. sed & per interpositã personam. ff. de autho. tut. quòd si tutor nobilis palàm per interpositam personam, eo autorante, rem pupilli emat, nõ præsumitur fraus facta, secus autem in tutore ignobili, & plura similia cõgerit Bonifac. de Curtil. in tract. de nobilitate, quinta parte vbi tradit priuilegia nobilitatis, & Tiraq. capit. 20. Alciat. regula prima præsumpt. 48. in princ. & fi. & maximè in consanguineis. l. hæc autem §. sin autem versic. requirendi cognati sunt, vel affines, quos verisimile est defensionem pupilli nõ ommissuros, vel propter necessitudinem, vel caritatem. ff. quibus ex caus. in poss. l. humanitatis. C.

tatis.C.de excusatio.tut.l.in coniunctione.C.de nupt. cum similibus congestis per Roman.d.§.de uiro fallent.17.propter personarum affinitatem, nã ut dicebat Imperat.in.l.eum.C.de epis.& cleric. in his nihil sæui criminis existimari fœdus naturale permittit,& tradit Alcia. regula prima præsumpt.22.& præsumpt.27. & præsertim in patruo,qui secundum Isiodorũ dicitur quasi alter pater, & maximè accedẽte sũmo amore, & dilectione qua præfati Mag.patrui eũdem D.Marcũ semper ab incunabulis vsque prosecuti fuerunt,& maximè Mag.D.Hieronymus proutsu pradictũ est,qui cũ vxorem nõ haberet, ad exemplũ illius Mitionis patrui Terentiani,hũc ex fratre natũ eduxit à paruulo,habuit amauit.pro suo,sed aliis moribus eũ imbuendum procurauit,quàm ille Terentianus curabat; quippe qui ipsum D. Marcum erudiendũ bonis literi. Patauium, Bononiam, Ferrariam immiserit, vt doctus, & prudens, & bene moratus euaderet, ex quo elicitur manifestum indicium quòd præfati Mag. patrui nunquam cogitarunt quicquã agere in læsionem, & deceptionem ipsius D. Marci, si enim talem animum habuissent,equidem eũdem rus potius relegassent,ad equos alendos, seu canes ad uenandum. Restat diluere vltimã obiectionem superius pro parte DD. Actricum in iure factam, scilicet quòd cessantibus etiam omnibus aliis præmissis obiectionibus,adhuc tamen videretur concludendũ,præallegatũ instrumentũ pacti,& conuentionis mutuæ,& reciprocæ celebratæ inter ipsos Mag.D.Franciscum,& D.Marcum fuisse, & esse de iure inualidũ,tãquã cõtinens pactũ de inuicẽ succedendo,omni iure reprobatũ,&c. nam pro responsione huius fundamenti(super quo solo in effectu pendet tota machina intentionis partis aduersæ in præsenti iudicio)præmittendum est, quòd præallegati contractus diuisionum,& mutuæ, ac reciprocæ donationis sunt fundati super causa laudabili,& honesta, prout apparet ex præfatione, & procemio ipsorum instrumentorũ,scilicet pro honore,& dignitate nobilissimæ familiæ suæ de Thiennis;vt in ipso instrumento diuisionũ dicitur, & vt posteritati masculinæ prouideatur, ne vllo vnquam tempore eorum bona immobilia ad fœminas, nec ad extraneos peruenire possint,sequendo egregia vestigia maiorum suorum, &c. prout in ipso instrumento mutuæ, & reciprocæ donationis inter Magn.D. Franciscum, & D. Marcum legitur; hæc enim procemia,& præfationes declarant mentem contrahentium,& qualitatem contractuũ.l.fi.ff.de hæred.instit. & ibi not.Barto.& plura cumulat more suo Barbat.cons.20.col.1.2.lib.2.nam publicè expedit, vt ordinum dignitas,familiarumque salua sit.l.1 §.publicè interest.ff de ven.inspici. est enim familia tanquàm ciuitas quæpiam,prout ex authoritate Aristotelis dicebat Bal.cõsi. 50.col.2.lib.4. dignitas vero familiarũ potissimum ob diuitias conseruatur, teste beato Augustino de ciuitate dei,quem refert,ac sequitur,ac plura similia cumulat Barbat. in rubrica de success. ab intestato, & alibi idem sæpe in consiliis, hinc lex antiqua Locrorum; qua cauebatur ne quis patrimonium alienare posset, nisi euidentem calamitatem superuenisse ostendisset,vt antiquæ hæreditates conseruarentur,vt scriptum reliquit Aristo.libr.politic.2.capit.5.quinimò lege diuina cautum erat vt cunctæ fœminæ de eadem tribu maritos acciperent,vt hæreditas permaneret in familiis, Numeri cap.vltimo, & eadem lege diuina existẽtibus filiis masculis filiæ fœminæ patri nõ succedebãt; Numeri cap.27. & apud Athenienses refert Demosthenes oratione aduersus Leocharem inter hæredes potiores esse mares,& maribus progenitos, & idem in oratione aduersus Macartatum recitat legem præferentem mares,& à maribus propagatos,& si genere remotiores; vnde non immeritò apud Romanos etiam visum vetustati fuit iura constitui, vt hæreditates ad masculos confluerent §.quod ad fœminas instit.de legit.agna.success.hinc Volumni.

Saxa. Trib. pleb. legem tulit, ne quis hæredem mulierem faceret, refert Florus in epitom. in Liui. lib. 41. & lex Voconia lata fuit, ne quis hæredem etiam vnicam relinqueret filiam, cuius legis meminit Cicero de senectute, quam Cato persuasit vt ibi, & per eundem Ciceron in Oratio. pro Cornelio Balbo, & in Verrina tertia, & atteſtatur Pomponius Lætus de legibus Romanis tractans, & casum ex facto refert Cicero de Finibus lib. 2. & hanc legem Voconiam laudauit Aul. Gell. lib. 20. capit. primo, quid vtilius (inquiens) plebiscito Voconio de coercendis mulierum hæreditatibus? & idem libr. 7. capit. 13. refert quædam verba Catonis orationis, qua Voconiam legem suasit. Hinc dicunt omnes quòd statuta Italiæ repellentia fœminas à succesſionibus ideo facta sunt, vt bona maneant in familiis, & agnationibus argu. dicto §. publicè: vt late tradit Brun. tract. de statut. excludent. fœminas in secũdo, & tertio articulo, ex quibus omnibus euidẽter patet hos contractus, de quibus agitur, esse laudabiles, ac honestos, & consequenter, fauorabiles; His præmisſis, non obstat modo, quòd pactum, ac conuentio celebrata inter D. Franciscum, & D. Marcum in effectu videatur pactum de succedendo, quoniam respondetur pactum de quo agitur in casu nostro fuisse, & esse tantùm de bonis immobilibus, & sic fuisse, & esse tantúm de bonis certis, & particularibus, non autem de vniuersali succesſione, & in casu nostro non est pactum de succedendo à iure reprobatum, quæ conclusio plurimorum Illustrium doctorum authoritatibus, & decisionibus fundatur, Nam Primo videtur esse, etiam in pacto de succedendo 2. decisio Barto. cõsil. 72. ex facto proponitur, nanque ibi inter patruos, & nepotem factum fuerat pactum, quòd fœminæ non succederent in certis, & particularibus bonis, sed tantum masculi, dictæ autem fœminæ dotarentur secundum consuetudinem, & in casu contrafactionis, posset fieri reuocatio propria authoritate, &c. dubitabatur de validitate pacti, tanquàm auferret liberam testandi factionem, tanquàm esset contra bonos mores, &c. sed Barto. ibi respondet pro validitate pacti contra fœminas, & mouetur pluribus rationibus, quarum aliquæ cadunt in proposito. II. videtur esse decisio in terminis nostris Oldrad. consil. 139. nanque ibi facta fuerat donatio reciproca certorum bonorum post mortem, & arguebatur non valere, tanquàm pactum de succedendo; & tamen Oldrad. defendit contractum esse validum, & ait talem contractum esse promisſionem quandam ab honestam causam factam, vt ibi per eum, & iste est causus noster, quia talis contractus mutuæ, & reciprocæ donationis est factus ob honestam causam conseruandæ agnationis, & familiæ, vt supra fuit præmissum. III. & hoc consilium Oldrad. tacito authore more solito, refert Ioann. Andre. in addit. Speculat. titu. de instrument. edit. §. porrò versic. minus, vbi clarius refert casum in duobus fratribus habentibus bona paterna, & acquisita, qui fecerunt contractum talem inter se, quia eorum quisque donauit alteri omnia bona paterna, vt scilicet superuiuens, vel eius liberi haberent omnia illa bona decedentis sine liberis: atteſtatur fuisse ita iudicatum, quid igitur volumus amplius? IIII. eandem decisio. Oldrad. sequitur Alberic. in l. fina. num. 2. vers. sed quæro pulchram quæstionem. C. de pact. vbi format. q. quando dictum est, quòd altero decedente sine liberis alter superstes haberet certa bona, nec figurat casum, quo adsit verbum titulo donationis, &c. confirmatur ex traditis ibi per Alberic. numer. 6. versic. item quæro, vbi tenet valere pactum inter fratres quòd certa bona non transirent ad fœminas. V. eandem decisio. Ioann. Andre. refert, ac sequitur Salycet. dicta. l. fina. nume. 9. uersic. iuxta hanc quæro,

vbi format casum, quo aderat verb.ex causa donationis,& subdit se vnà cum duobus doctoribus idem consuluisse, & loquitur de pacto inter fratres pro certis bonis sibi inuicem conseruandis, si alter decederet sine liberis. VI. similem cõuentionem inter fratres defendit solenniter Angel.consil.179. & eam laudat tanquam ex causis laudabilibus, & honestis factam, vt ibi, scilicet propter conseruandam vnionem, concordiam, & bonam fraternitatem, ac vt bona remaneant in agnatione, & familia. VII. eandem decisio. Ioann. Andr. refert, ac sequitur Imol. in.l.Aquilius.ff.de donatio. VIII. eandem decis. refert, ac sequitur Alexand. in l.licet nume.7.C.de pact. & declarat in consil.83.nume.6.lib.2. & clarius in consi. 28.nume.11.libr.3. quòd procedat quando facta fuit conuentio per viam donationis, in certis, & particularibus bonis, & idem consuluit consil.29.nume. 19.libr. 5. vbi videtur loqui in pacto de succedendo. IX. eandem decisio.Oldrad. & sequacium refert, ac sequitur Iaso.in.l.licet nume.15.versic.secundo habes diligenter notare.C.de pact.& in.l.final.numer.7.versic. quarto limitat. eo tit. & idem solenniter tradit in.l.stipulatio hoc modo nume.11.versic. secundo quia.ff.de verbo. obligat. & ibi refert se ita ex facto pluries consuluisse, & primo in Ciuitate Astensi, in qua factæ fuerunt certæ conuentiones iuratæ inter nobiles de Scarampis,in quibus continebatur, quòd fœminæ non succederent in certis bonis immobilibus, sed masculi tantum, & ipsæ fœminæ dotarentur,& subdit quòd adhuc si contingeret, idem consuleret,quia fuere factæ super, & de bonis immobilibus, & nõ de mobilibus, de quibus poterit testator testari,& sic non auferunt liberam facultatem testandi, & verè Ias.ita consuluit, vt patet consil.233.col.4. uersicu. septimo bene faciunt lib.2.hoc suum consil.refert,ac approbat in consil.17.colum.penulti. versicu. & pront aliàs lib.3. item secundo refert se consuluisse in eadem ciuitate in alia conuentione inter nobiles de Asinariis quòd aliqui ipsorum fratrum,seu filii,seu hæredes in infinitum non possent aliquo modo alienare, seu ultimam uoluntatem condere circa certa bona immobilia, & si contingeret uendi,&c. non ualeret, &c. sed deuenirent in ipsos fratres, uel eorum descendentes; euenerat casus quòd quidam reliquerat de illis bonis uxori, fuit disputatum in Senatu Marchionali, an istæ conuentiones ualerent, multis dubitantibus, & dicentibus quòd non,ipse Iaso.consuluit quòd sic, quia non erant uniuersales, sed solum super certis bonis, & uerè ita consuluit, ut patet consil.211.libr.2. ubi in themate refert pactum super bonis immobilibus acquisitis, & acquirendis, vt in casu nostro, item tertio refert se consuluisse ultra montes, super conuentione duorum nobilium fratrum, quòd si alter eorum decederet sine filiis masculis relicta filia, omnia bona mobilia, & immobilia deuenirent ad alium, & filiæ fœminæ dotarentur, ipse consuluit ualere talem conuentionem, quia aderat certa reseruatio, & ubicunque est reseruatio, semper ualet, ut ibi per eum, & uerè ita consuluit, ut patet cõsil.5.lib.3. ubi egregiè in terminis loquitur, & ponderat talem conuentionem fuisse multum æquam, & rationabilem, quia fuerat facta, expressa causa finali propter generis, & familiæ conseruationem, & sic ut bona conseruarentur in familia, & agnatione, & ita peruenirent ad liberos masculos exclusis fœminis, quæ tamen condecenter dotari deberent, & ibi conuentio facta fuerat per uiam donationis reciprocæ, ut in casu nostro, & tempore contractus alter habebat filios masculos, alter uero non erat uxoratus, & sic est ibi consilium in indiuiduo in casu nostro, concordat cum præmissis etiam ipse Iason consil.173.numer.4.uersic. secundum dubium libr.4. ubi consuluit Mutinæ in casu nobilium de Molzia, & ibi pon-

ibi ponderat, quòd conuentio fuerat facta ex iusta, & rationabili causa, vt talia bona peruenirent ad liberos masculos, & ita conseruarentur in agnatione, & familia de Molzia, quæ in Ciuitate Mutinensi erat honorata, & patritia, vt ibi per eũ allegant. d.§.publicè versi. familiarum dignitatem saluam esse, ad publicam enim vtilitatem pertinere, quòd masculinam prolem comitētur auitæ, & superiorum diuitiæ, cum per nepotes, & descendentes sit futura æterna memoria.l.liberorum ff.de verbo.significat. & per diuitias conseruari familiarum honestatem, quæ per inopiam perit. §.sancimus in authent. de testib.l.1.ff.de custod.reo. cum vulgaribus, & idem Iaso.consil.60.eo lib.3. quando conuentio non esset de omnibus bonis vniuersalibus, sed adesset aliqua reseruatio, prout in casu nostro. X. eandem decisio.Oldrad.& sequacium refert, ac sequitur Socin.inter consil.Brun.consi.10. nume.17.versic. Præterea communis conclusio est, & est consil.in causa nobilium de Scarampis, & ibi pariter adest consil.Iaso.præcedens, & cum præmissis transit quidam solennis doctor in addit. post consil.11. maximè quando huiusmodi conuentiones fierent per viam donationis inter viuos, cũ constituto, &c. vt ibi, & prout in casu nostro. XI. eandem decis.Oldrad.refert, ac sequitur in bonis particularibus Beltrand.consil.196.num.4.lib.1. & idem clarissimè in cons.62.vtinam, & verum esset lib.3.secundum aliam impressionem, vbi reddit rationes, & fundamenta, quibus discordet ab opinione quorundam tenentium illam conuentionem non valere, tanquam pactum de succedendo, & ponderat, quòd erat facta per viam donationis, & de certis bonis, & vt ibi per eum eleganter, & idem in pacto simili per viam donationis reciprocæ firmat in consil.267.numer.2.eo lib. XII. secundum hanc sententiam videtur consuluisse Dyn. consil.49.nume.1.iuncto numer.11. versic. præterea donatio, vbi defendit valere huiusmodi conuentiones reciprocas in rebus certis per viam donationis, vt ibi. XIII. huiusmodi pactum de re singulari, & particulari nõn vniuersali successione valere tradit Guid. Papæ decisio.510.versic. nec obstat, & ibi non facta erat aliqua mentio de titulo donationis, &c. XIIII. hanc conclusionem in terminis, & in casu nostro quando pactum confectum fuit per viam, & titulum donationis inter viuos, &c. de plano procedere, nec posse opponi de pacto succedendi, concordando opiniones, quæ videbantur diuersæ in hac materia, tradit profundæ doctrinæ, Decius in.l.pactum numer.3.versic. & ex his infertur ad q. notabilem.C.de collatio. vbi refert q. de qua fuerat requisitus, & quæ quotidie contingit. pactum erat inter quosdam nobiles fratres, quòd si alter decederet sine liberis bona præmorientis ad superstitem peruenirent, dixit Deci. pactum illud non valere, quia in effectu erat pactum de succedendo alleg.Bart.cons.212. & Alexand.consil.28. lib.3. subdit Deci. hoc sanè intelligi quando dicitur, quòd alio præmoriente alter succedat, vel ad superstitem bona perueniant, secus si hoc fiat per verbum donationis, ita quòd partes ad inuicem se obligent donare bona post mortem, quia talis donatio collata post mortem valet, & hoc modo ait procedere consil. Oldra.d.cons.139. & Angel.dicto consil.179. cum simili. vt Alexand. scribit dicto consil.83.libr.2. & ita ait distinguere Alexan. dicto consil.28.libr.3. & Barto. in consil. præalleg. ex quibus Deci. infert ad cautelam, quòd verba contractus concipiantur per viam donationis promittendo, & obligando se ad inuicem ad donandum bona præsentia superuiuenti, si alter præmoriatur sine filiis, vnde qui faciunt (ait ibi Deci.) huiusmodi contractus consulant à principio peritos, ne decipiantur, cum itaque in casu nostro, verba contractus concepta fuerint per viam donationis, quia in instrumento dicitur, iccirco antedictus D. Franciscus, & D. Marcus venerunt ad has compo

ſitiones, tranſactiones, & pacta mutuis, & ſolennibus ſtipulationibus vallata, vnus alteri, & alter alteri iure donationis inter uiuos irreuocabilis, promittit quòd ſi caſus accideret, &c. conſtat ſine dubio, & difficultate contractum valere, & quidem meritò, nanque inſtrumentum fuit conſultum, & dictatum ex propria manu viri peritiſsimi. ſ. Mag. eq. D. Ferdinandi de Thiennis iuriſconſulti famoſiſsimi, & ita ſecundum præmiſſam concordiam, diſtinctionem, & doctrinam ſæpe conſuluit ipſe Deci. prout patet conſ. 225. num. 4. verſic. & pro clariori, & vera reſolutione, & conſil. 236. num. 12. verſic. nono difficilis quæſtio proponitur, & conſil. 613. verſi. ſecus videtur eſſe in quibuſdam rebus particularibus, & idem clarius in conſ. 184. num. 7. verſic. & ſi talis promiſsio, & verſic. & ſi talis conuentio. & conſil. 203. nume. 2. verſic. nec obſtat, & in conſ. 63. in fin. & in conſil. 488. nu. 20. verſic. quia per viam ſucceſsionis, & in conſil. 655. num. 10. verſic. ſecundo reſpondetur, vbi conſuluit ſuper conuentione inter Duces Saxoniæ, & Marchiones de Brandemburg, & eam defendit tanquàm factam per viam contractus, & donationis, & refert eius dicta in præallegat. l. pactum. C. de collat. & conſilium Roy. cui Deci ſubcripſit, eſt conſil. 22. lib. 1. & in eadem materia conſuluit Deci. conſil. 516. 517. & in eodem caſu Zaſi. conſ. 1. lib. 2. & Gozadin. cons. 90. & Soci. Iun. conſ. 65. num. 51. uerſic. ſecundo hoc probatur lib. 1. ubi eam defendit tanquàm factam per uiam contractus, & donationis, & alleg. Oldrad. d. conſ. 239. cum ſequacibus, & tanquàm factam propter honeſtam cauſam, ut ibi. XV. præmiſſam concluſionem ſequitur Curt. Iun. in dicta l. licet nume. 17. uerſic. & ideo omiſſo. C. de pact. ubi ipſæ ait dare optimum modū ualidandi hæc pacta, & faciendi quòd non poſsint reuocari, non uult igitur, quòd concipiatur pactum eo modo, quo conceptum fuit in dicta. l. ut ſcilicet, bona tua poſt mortem tuam deueniant ad alium, ſed concipiatur hoc modo, caſu quo ego decedam ſine filiis, promitto tibi omnia bona mea poſt mortem meā, tunc enim ualebit promiſsio, & erit irreuocabilis, ut ibi per eum, ſubdentem, ita ſuperioribus annis conſuluiſſe in Sabaudia in conſil. 15. & demonſtraſſe, quòd ſecundum iſtam diſtinctionem concordantur omnes contrarietates doctorum, quæ adducebuntur in hac materia, & pro declaratione exempli traditi per Curt. Iun. in dicta. l. licet, ut ſit pactum irreuocabile, addenda ſunt per eum dicta in. l. fin. num. 50. C. eo tit. ubi ad tollendam dubitationem, an illa uerba, poſt mortem, importent donat. cauſa mortis, & ita reuocabilem, ait exprimendum eſſe de titulo donationis inter uiuos, &c. & ita ſenſit ipſe Curt. Iunio. dicto conſil. 15. numer. 5. uerſic. ſecundo principali, & ſecundum præmiſſam concluſionem ita declaratam conſuluit etiam ipſe Curt. Iuni. conſil. 1. nume. 16. uerſic. & ideo dicuunt doctor. alibi, & conſil. 25. in fin. ſed ulterius reperio eundem Curt. Iun. conſuluiſſe deciſiuo conſil. 81. in hac ciuitate ſuper conuentione inter nob. Paulum, & Conſtantinum fratres de Godis (ubi inquit quòd in hac quotidiana materia multi æquiuocant non bene cōſiderantes uera fundamenta) & iudicaſſe eam eſſe ualidam ſine dubio, & difficultate, quia aderat clauſula tit. irreuocabilis donationis inter uiuos, &c. & quia non erat de ſucceſsione uniuerſali, ex quo facta fuerat reſeruatio de certis bonis, in quibus remanebat libertas teſtandi, ut per eū, a cuius quidem conſilio, & deciſione, cū fuerit doctor realis, & ſolennis. equidem nephas eſſet recedere in iudicando, & faciūt per eū tradita in conſ. 54. nu. 16. ubi defendit cōuentionem ad excluſionem fœminarū in ſucceſsione certorū bonorū, & in illo caſu idem prius cōſuluerat Paris. in conſ. 1. nu. 114. cū ſeq. lib. 3. XVI. eandem concluſionem ita, ut ſupra declaratam per Deciū, quando adeſt titulus donationis, &c. refert ſequitur, & pulchrè explicat Craue. conſ. 139. col. 1. ueſic. ſed præmiſsis non obſtantibus, & col. 2. uerſic.

iſtam

istam etiam declarationem;faciunt per eundem tradita cons.19.nu.6. & cons.256. col.2.versic.aut fit tale pactum lib.2.vbi fortius videtur loqui in pacto de succedendo in certis bonis,sed hoc non est necessarium in casu nostro , & Crauettā in dicto consil.19.refert,& comprobat Cephal.consil.44.nu.24. XVII. quòd conuentio inter illustres de Columna patruum , & nepotem, quòd in certis bonis immobilibus succederent masculi exclusis fœminis, esset valida, defendendo eam per viam donationis,consuluit Gozadin.cons.87.nu.17. XVIII. secundum eādem sententiam reperio Paris. consuluisse in hac ciuitate super conuentione nob. de Clericatis,quòd stantibus masculis,fœminæ non succederent,dicto cons.26.nu.84.versic. Præterea pactum factū lib.2.vbi defendit valere pactū in bonis particularibus,licet secus esset in vniuersalibus,nec ipse curat quibus verbis pactum fuerit conceptum, vt ibi per eum plura cumulantem,& nu.88.vers.nec distinguitur quibus verbis , & nu.99.versic. & verè in istis decisionibus , & nu.116.vers. non obstat, sed quatenus loquitur præsupposito quòd sit pactum de succedendo , non est necessariū in casu nostro,& Paris.ibi nu.73. ponderauit illas conuentiones fundatas super causa laudabili,& honesta conseruandæ agnationis,vt ibi per eum, & huius cōsilii meminit Paris.cons.72.nu.20.vers.& ad idem possem adducere quamplura , quæ alias Vicentiæ consulendo deduxi lib.4.faciūt per eundem tradita cons.35. in fin.lib.2. & cons.24.nu.52.56.eo lib. XIX. quòd valeat pactum etiam de succedendo, dummodo non sit de vniuersali successione,firmat Alexandrin.cons.95. nume.3.versic. quia etiam pactum de succedendo . XX. idem in pacto de bonis particularibus reciproco inter coniuges consuluit Abb.consi.18.nu.3.versic.solū ergo restat lib.1.

XXI. idem in pacto de succedendo in certis bonis,sequitur post alios Grat.cons. 19.nu.13.& in cons.25.nu.2.28.libr.1. XXII. idem in pacto de succedendo in bonis particularibus tradit Benedict.cap.Raynutius in glo. versic. duas habens filias nu.217.vers.nono fallit;alleg.ita tenere Lancellot.Deci.l.pactū,C.de pact. & Alex. cons.28.lib.3.& Saly.d.l.fi.C.de pact.qui tamen Salycett.loquitur(prout superius fuit relatum)quando aderat verbum donationis. XXIII. idem in pacto de succedendo in bonis particularibus cōsuluit Cassane.cons.39.nu.16.vbi alleg. Benedict. loco præallegato,& quàmplures alios vt ibi;& ponderat causam honestam conseruandæ agnationis,& familiæ,& idem tradit Cassane.in comment. consuetudinum Burgund.tit.de successionibus fol.1091.vers.sed aduerte , & vers. dicit tamen ; vbi loquitur,& in pacto de succedendo ; & quando est pactum reciprocum inter fratres per viam donationis,de quo per eundem fol.952. vers. aduerte tamen , & fol. 977.nu.75.vers.hinc dicit Oldra.& ita ibi refert cōsuluisse in causa ardua,& idem fol.198.vbi alleg.Bart.dicto cons.72.& nihil aliud tunc dicere vult,quia casus pendebat de facto. XXIIII. præallegatam decis.Oldra.& sequacium,sequitur Crott. l.stipul.hoc modo nu.65.vers.per hanc doctrinam.ff.de verb.oblig.& loquitur per viam donationis in aliquibus bonis particularibus . XXV. quòd valeat etiam pactum de succedendo quando est reciprocum,tradit Marsil.in singul.333.in princip. & fi.& idem cons.106.nu.12. XXVI. quòd valeat pactum de succedendo in bonis certis imò in certa quota bonorū,tradit Dur.in tract.de arte testandi tit.de testam. ordi.cautela decima nu.2.vers.pacto quoque , & ibi admonet,vt vitetur ad cautelum verbum simplex , successionis. XXVII. quòd pactum etiam de succedendo in certa parte bonorum teneat,tradit Bellon.consil.60.col.1.quamuis defendat in casu illo non censeri pactū de succedendo , & ait has esse cōclusiones canonizatas.

XXVIII. an valeat conuentio inter aliquos quòd vno decedente sine filiis masculis,superstes , vel eius descendentes habeant bona alterius , nouissimè examinauit

Siluan.conſ.90.lib.2.vbi refert opinio.Curt.Iuni.& Paris.in locis præalleg. & tandem ipſe remanet quo ad caſum noſtrum , in præmiſſa ſententia , quòd ſi contractus fiat per viam donationis,vel etiam ſine expreſsione donationis, dummodo appareat,quòd partes voluerunt , quòd bona tranſirent iure contractus , & non iure ſucceſsionis, tūc pactum,& conuentio valeat , & commemorat cautelam traditam ad hoc per Deci.d.l.pactum , quod dotali.C.de collat. & addit eandem cautelam tradidiſſe poſtea quendam doctorem in addit.conſil. Bruni.conſil.11. præalleg. & Purpur.in d.l.fi.C.de pact.& ſubdit nu.9.quòd accedente tit. vicisſitudinariæ donationis,res poſita fuiſſet extra omnem dubitationem:præſuppoſito ſemper quòd ſit de bonis particularibus , non autem de vniuerſali hæreditate , vel ſucceſsione. XXIX. quòd huiuſmodi pacta per viam donationis,nō iure ſucceſsionis ſuſtineantur,probat Illuſtris Alciat.in d.l.pactum col.4.verſic. ſed quid in caſu mixto. C.de pact.alleg. Alex.d.conſ.83.lib.2.& idem tradit,& ſequitur in.l.1 §.ſed ſi mihi num. 30.verſ.quinto facit.ff.de verb.oblig.& conſil.594.nu.7.& conſ.114.nu.3.8.& alibi ſæpe. XXX. eandem concluſionem ſecundū d.conſil. Alex.83.lib.2. ante Alciat. commemorauit,& ſecutus eſt Roy.in d.§.ſed ſi mihi , & idem tradit ipſe conſ.126. nu.5.lib.1.& illo caſu Gozadi.conſil.87.præalleg. XXXI. eandem ſententiam ex præalleg.conſil.Alexandri in pacto per viam donationis refert,ac ſequitur Cagno. in.l.fi.num.269.verſi.per prædicta.C.de pact. & idem clarè firmat nu.274.verſ.poſtremò volo videamus de iuribus,& validitate vicisſitudinariæ donationis quando aliquid reſeruatur,de quo poſsit teſtari , & an ſufficiat reſeruatio alicuius modicæ quantitatis tradit num.242.vbi refert quòd ſic,& de ſuppellectilibus,& mobilibus maximè pretioſis tradit nu.253.& nu.258.in fin.maximè conſiderata qualitate perſonarum nobilium diuitum,& potentum quas veriſimile ſit habere ſuppellectilia, & mobilia non modicæ quantitatis,vt ibi. XXXII. quòd huiuſmodi pacta defendantur tanquàm donationes inter uiuos tradit etiā Soc.Iun.cōſi.80.col.1.lib.2.vbi refert Oldrad. & alios ſequaces , & idem tenet conſil.21.nume.10.& cons.44.nume.42.verſic.quia illud toleraretur , & nume.51.verſic. his ſic ſtantibus eo lib. ſed idem melius , & ſolennius tradit in conſil.143.numer.27.38.42. vbi copioſè refert opin.Deci.Oldra. & aliorum ſequacium , & eam defendit , quia expreſsè factum fuerat pactum per viā donationis,& erat facta reſeruatio in illo caſu ducat.25. lib.1. & nouiſsimè conſil.21.lib.4.vbi ſuſcripſit conſilio Cagnoli, & refert ita fuiſſe iudicatum Paduæ. XXXIII. cū prædicta declaratione tenuit Euerard.conſil.28.& cōſil.199.& conſ.216.vbi pulchrè. XXXIIII. hanc deciſionem tanquam elegantem, & quotidianam tradit Rodor. Xuar. in repet.l.quoniam prioribus, fol.331. verſic. hæc eſt elegans deciſio,& quotidiana ; quam ſubdit eſſe notandam, tenendā menti , vt ibi per eum. XXXV. quòd valeat pactum de ſuccedendo in certis bonis (& ſic in terminis fortioribus) conſuluerunt nouiſsimè tres clariſsimi doctor Torniellus, Gribaldus,Portius,vt habetur inter conſil.ipſius Port.conſi.80.81.36. & idem cum Iaſ.& Royn.tenuit Natt. conſil.474. ſed hoc vltimnm non auſim affirmare, vt inquit Tiraq.de Primig.q.6.nume.14.& in caſu noſtro non eſt neceſſarium , in quo ſimile pactum valere , & tenere eſt denique deciſ. Boer.355.numer.2.verſicu. quinimò etiam , vbi copioſè alleg.& firmat communiter teneri ſimilem donationem reciprocam eſſe validam , & laudabilem ratione conſeruandæ agnationis factam , per quam quis alteri donat omnia bona ſi ſine liberis decedat , reſeruatis tamen aliquib.bonis, in quib. remaneat facultas teſtandi , vt ibi per eum ; At quid ego ſingulos authores intempeſtiuè nunc perſequor ? finis non erit , ſi omnes alios veteres , & nouos velim commemorare , ſed ſemel finiendum eſt, & cum longitudo ſoleat

do soleat fastidium legenti afferre; at breuitatem ego sequendam confiteor, si qualitas causæ permittat, quæ etiam fuit Plinii Iunioris sententia, epistol. lib. 1. Tacito; alioquin præuaricatio est transire dicenda, secundum eum referentem orationem Ciceronis optimam iudicari, quæ maxima, vt ibi per ipsum hæc, multaque alia in eandem sententiam eleganter dicentem, cui etiam accedit Quintilianus docens esse satius aliquid superesse quàm deesse, nam superuacua cũ tædio dicuntur, necessaria cum periculo subtrahuntur, hinc Gorgias apud Platonem, sunt quidem (inquit) o Socrates quædam longiorib. verbis necessariò exequenda; concludendo itaque circa hunc articulum, constat satis superque ex præmissis sublatam esse obiectionem ultimo loco factam contra pacta, & conuentiones inter Mag. D. Franciscum, & D. Marcum de pacto succedendi, ex quo contractus fuit confectus per viam donationis inter viuos mutuæ, & reciprocæ, in forma valida, & solenni; Si ergo Mag. DD. Actrices intentionem suam circa assertam falsitatem, circa nullitatem, circa iniquitatem, ac iniustitiam præallegatorum uerissimorum, ualidissimorum contractuum, & instrumentorum omni iure, æquitate, honestate, ac laude fundatorũ, nihil penitus probauerunt, consequens est, ut Mag. Reus ex præmissis (& multis aliis, de quibus in processu nunc consultè præteritis, & resectis) absolui debeat.

Quæ doctè, & ueridicè supra accumulata fuere per Excellentissimũ D. Consultorem ad fauorem D. Odoardi intrepidè sequor, uti iuri consona, ego Nicolaus ab Armis Iur. V. D. Bononiensis, & in fidem me subscripsi, & solitũ sigillũ apposui.

Ita fuit, consilio decisiuo, iudicatum à Mag. & Clariss. Iurisc. & Eq. D. Hieronymo Ferramusca.

XXII.

Pro Illustriss. D. Rizzardo Alidosio, in causa, quæ agitabatur Romæ apud sacrum illud Rot. Auditorium.

REquisitus ut scribam, quid mihi uideretur super punctis propositis, studendo breuitati, prout Romæ optimo more fieri consueuit, consummatiss. enim illi Rot. Cur. Rom. Auditores phylacteria non legunt, circa primum punctũ an bona Vicentina censeantur subrogata loco bonorum Brixiensium suppositorum fideicommisso, & consequenter ista bona Vicentina censeantur fideicõmissaria, breuiter sentio pro parte affirmatiua, nam cum Illustriss. & Eccellentiss. Dominium Venet. donauerit illa bona Brixiens. ex causa remunerationis, quod quidem potuit facere, Roma. consil. 310. ubi cõsuluit in simili donatione ex causa remunerationis facta à Repub. Florentina, & loco illorum bonorum Brixiens. illi, uel illis, quibus de iure spectarent ipsa bona, fuerint, assignata ista bona Vicentina, vtique constat hæc bona Vicentina tanquam permutata restituenda esse fideicommissario. l. Imperator §. cum autem, & l. seq. ubi not. Bart. ff. de leg. 2. facit tex. cap. ecclesia, ut lit. pend. uersi. possessiones, quæ successerunt in locũ, &c. & ibi not. glo. per quam Abb. ibi not. in specie, quòd in fideicommisso res succedit loco rei, & tradit Alex. consl. 40. col. 3. consl. 49. col. 1. consl. 58. col. fin. lib. 3. consl. 186. lib. 5. Paul. de Castr. consl. 264. in antiq. Capr. consl. 88. Ias. consl. 36. col. fi. consil. 43. infi. lib. 3. consl. 231. in prin. li. 2. Tiraq. de retra. §. 32. glo. 1. nu. 13. 21. 27. cũ aliis similib. Et breuiter mihi uidetur esse casus legis super hoc

per hoc pũcto in.l.item si uerberatum §.item fortè.ff.de rei vendic.vbi si ager fuit, qui petitus est,& militibus (prout in casu nostro) assignatus est, modico, honoris gratia, possessori dato, an hoc restituere debeat quærebatur, & Iurisconf.ibi respõdit, præstaturum : Circa secũdũ an respectu crediti dotalis D. Guglielminæ, fructus ex bonis percepti sint compensandi, puto nõ esse cõpensandos, quamuis enim Socin.conf.131.lib.1.requirat quòd vxor declarauerit mentem, & animum suum, nihilominus nos sumus extra difficultatem, quia ipse considerat ibi quòd vxor nõ in plus, sed æqualiter se gesserat cum hæredib.viri, quòdque, & hæredes bonis ipsis institerant, quod cessat in casu nostro, vbi hæredes scilicet Romani nunquam se immiscuere his bonis Lombardiæ, prout Socinum videtur declarare Deci consil. 400.nu.5.sed vlterius dictum Soci.reprobatur à Neguf. de pignorib.fol.75.num. 27.vt ibi per eum: Neuizan.conf.84.nu.24.& seq. hinc Craue. de antiq.4.p.num. 223.noluit affirmare illud dictum Soci.& in vna Burgensi corã Fabio dixerũt DD. reprobari illud consil.Socin.vt habetur in decis. Achill. de possessione nu.254.& quamuis ipse collector multum dubitasset, refert tamen DD. dixisse, semper primã opi.seruari tanquam magis æquam, & consonam iuribus: & mihi videtur esse contra Soci.aperta decisio Pau.de Cast.l.peculiũ.ff.de pecul.vbi dixit, quòd ipsa vxor censetur deduxisse dotem statim, & sic fructus tanquam domina percepisse, & hãc decisionem pro pulchra refert, ac sequitur Soci.Iun.conf.170.num.9.lib.2. & nouissimè Port.conf.92.in.6.Q.nu.92.Præterea in specie proposita cessat omnis difficultas, stante expresso pacto dotali, de quo in instrumento circa lucrum fructuum perceptorum, quod est validum etiam de iure canonico, prout expresse decidit solennis doct.Laurent.de Rodul.in tract.de vsur.Q.52.in fin.& Q.65.cum modificatione, de qua per eum quem refert, & commendat Pau.de Cast.conf.386.in princ. in antiq.vbi cõsuluit Florentiæ, Appostil.Bart.l.2.C.de pig.act.vbi ait esse not.quia vidit de facto, Anan.cap.salubriter, col.6.versic.adde etiam prædictis, de vsur. Aretin.l.diuortio col.6.in fi.vers.& hanc rationem.ff.sol.matr.Alex.conf.200.nu.7.li. 6.Ias.egregiè cõs.92.co.6.vers.secundo lib.1.Neguf.2.memb..3.p.nu.12.vbi tamen videtur referre Laur.de Rodul.tanquã loquatur in cõuentione, & pacto facto soluto matrimonio; Circa tertiũ, an de Castris Comitatib.iurisdictionib.habentib. dignitatem annexam legitima posit detrahi, resoluendum videtur, quòd saltem habeatur in consideratione æstimatio, & valor dictorum bonorum quoad considerandam quantitatem ipsius legitimæ, Bellam.conf.48.col.1.saluando, & modificando, vt per Cur.Iu.conf.21.nu.11.Cagnol.l.hoc colore §.quarta, nu.9.ff.de inoffi.testa.faciunt tradita per Zasi.conf.3.circa fin.versic.respondeo, quòd æstimationi, lib.1.Gui.Pap.decis.476.versi.dico tamen, & decis.488.nu.2.versi.quò autem, sequitur Benedict. cap. Raynutius, versic.in eodem.1.nu.171.versi.vt legitimam, de testam.Præterea quando ex consuetudine succeditur in feudis, tunc de eis detrahitur legitima Alexandrin.consil.34.nu.8.de qua consuetudine diuidendi feuda Soci.Iun.pulchrè scribit consil.31.lib.4.inhæreo tamen plus præcedenti fundamento, quia reperio Deciũ, consi.85.dixisse quòd in huiusmodi bonis fœminæ nõ succedunt, iuxt. consuetudinem Illustris. familiæ Vrsinæ, & in specie consuluit Illustris.D.Comitem excludere filiam D. Vicini; & ita puto tenendum in hoc pũcto, quicquid post Deci.269.col.pen.consuluerit Paris.conf.17.lib.2.vbi nõ meminit de consil.Bellam.& aliis præalleg. prout nec meminit etiam Mant. in auth.nouissima, nume.7.C.de inoffic.testam.nec Rodor.Xuar.in repet.l.quoniam priorib.in euidentialib.nume.20.fol.22.23. & quicquid etiam habeatur in decisio.Capy.2.vbi mouetur propter particularem constit.in Regno.

Burgesius

Burgesius consummatiss. Aduoc. Concistor. à præd. Illustriss. D. Rizzardo cõsultus senserat super primo pũcto pro parte negatiua; in Rota tamen (prout audiui) fuit decisũ secundũ hãc nostrã partem affirmatiuã, subrogationem censeri factam pro cõcurrenti quantitate bonorum Brixiens. Super tertio puncto etiã Burgesius tenebat, rationem quòad legitimam D. Chiapini haberi debere etiam respectu Castrorum, & iurisdictionum, quia in istis ipse quoque succedere debuisset, quinimò etiam D. Brigidæ legitimam debitã dici debere in Castris prædictis, cũ, & in illis ab intestato fœminæ succedere posint, allegabat decis. Ange. cõsi. 242 & Deci. post alios cõsi. 269. in Rota fuit decisũ secũdũ hãc nostrã resolutionem.

XXIII.

Pro D. Alexandro de Bologninis.

PRæsupposito sine veri præiudicio, quòd tempore motæ litis D. Godoliuia possederit integram possessionem de qua agitur, & contra D. Godoliuia fuerit lata sententia, & à sententia D. Francisca, & Vincentius appellauerint pro suo interesse.

An dicta sententia afficiat D. Franciscam, & Vincentium.

REuerende Pater, dicitur pro parte D. Alexandri. dubium resoluendum esse affirmatiuè; quãdo enim tertius comparet pro suo interesse admittitur in illo statu, in quo ipsã causam inuenit, cap. 2. in fi. vt lit. pend. quem tex. pro notab. alleg. Bal. auth. nunc si hæres, in fi. C. de litig. & not. canon. dicto cap. 2. & arctatur his terminis, quib. reus principalis, & præclusa via principali litigatori, intelligitur præclusa alii incidenter venienti, Bald. l. si eo tempore, in fin. C. de rem. pigno. Affli. decis. 235. & Casiod. de exceptio. decis. prima vers. sed fuit à maiori parte conclusum: Si itaque tertius admittitur in illo statu, & arctatur, vt supra, ergo si inueniat causam in secũda, vel tertia instantia lata prima, vel secũda sententia, illa debet intelligi prima, vel secũda sententia etiã quo ad ipsum tertiũ, adeò quidem quòd si sententia subsequens esset tertia, & efficeret rem iudicatam quoad reum principalem, eodem modo esset tertia, & efficeret rem iudicatam quoad tertium comparentem, & appellantem ab ea pro suo interesse: ita probatur in specie ex not. per Innoc. cap. cum. super, de re iudic. dum not. quòd tertius nõ potest appellare quãdo sciuit de prima, vel secũda sententia, vt ibi per eum; sed appellãs à sententia pro suo interesse, clarum est, quòd scit; ergo; & dictum Innoc. sequuntur omnes canon. ibi: & legistæ in. l. à sententia. ff. de appell. vbi benè ad propositum declarat Angel. Aret. ibi in fi. prin. vers. quæro quãdo tertius posit appellare, dum expresè inquit quòd si tertius sciuit causam agi cõtra reũ conuentũ, siue in prima instãtia, siue in prima appellatione, siue secũda antequam est conclusũ in causa, tunc potest appellare, vel appellationem prosequi eo modo, & tempore sicut primus reus conuentus, & nõ aliter arg. l. 1. C. ne lic. tertio prou. & Angelũ Areti. refert (imperfectè tamen) ac sequitur simpliciter Cassan. in consuetud. Burg. rubrica. 5. in. fi. & clarè tradit Corn. cons. 9. circa fi. vers. & similiter non poterit post binã appellationem victi ipse tertius appellare, lib. 3. cũ similibus, per Didac. in pract. QQ. cap. 15. fol. 113. vers. quid autem vbi condemnatus appellare nõ potest, Natt. cons. 457. ex quibus patet clari iuris esse, quòd si tertius post vnã, vel plures sententias latas compareat, connumerabuntur ad constitutionem trium, & rei iudicatæ: Sed quid opus fuit parti aduersæ laborare super hoc pũcto? cũ secundũ hãc partem affirmatiuã pluries in

Rota fuerit resolutũ, & decisum, reprobato dicto Felin. cap. cũ super, in fi. de re. iu. quia nihil allegat, & est sibi contrarius dum dicit, quòd illa sententia est tertia quoad ipsũ, postea dicit eũ posse appellare: Put. decis. 271. aliàs sub tit. de iudi. 43. Tertius veniens ad causã in tertia instantia, & decis. 559, alias de sent. & re iudi. 18. Sententia nocet tertio, qui appellauit ab ea: Achil. decis. 13. Appellans à secũda sententia, Augustinus in tertio, decis. 352. Puteus, vbi quòd tertius nõ potest appellare à tertia sententia, cum ipse ante conclusionem venerit: & facit quod fuit decisum in causa Valentina coram bo. me. Raynaldo Petruccio, vbi voluerunt DD. quòd ex quo tertius venerat ad causã pro interesse, sibi præiudicaret processus de partibus iam productus, in quo extabant plures testes examinati, prout refert moder. Appostil. decis. Rot. de rescrip. 2. co. 5. nu. 42. vers. & facit quod decisum fuit: ex quib. breuiter dici posset hanc opi. esse iam Canonizatam, cũ sic bis, ter, & quater fuerit resolutũ, vnde minimè mutanda, quæ certã interpretationem habuerũt. l. minimè ff. de leg. ad Mohed. Decis. 106. ibi, ratio, quia sic pluries fuit resolutũ in palatio, &c.

XXIIII.

Pro Illustri Com. Camillo de Ilicio.

IN causa fideicõmissaria controuersa apud Mag. Rotam Senensem, in qua semper sedent viri graues, docti, & probi, requisitus ex parte Illustris Com. Camilli de Ilicio, vt velim dicere, quid ego sentiã super dubiis propositis, nõ potui nec debui honestæ petitioni deesse; Igitur quòad primũ, an Camillus filius D. Hieronymi testatoris ab eo grauatus, vt in testamento, & codicillis, teneatur cõputare in dotibus maternis sibi debitis super hæreditate, & bonis testatoris, fructus ab eo perceptos, dum uixit, ex bonis hæreditatis testatoris prædicti, Respondeo secũdũ eã opinionem, quã puto magis verã, cõmunem, & sequendã in iudicando, fructus prædictos non esse cõputandos in prædictis dotibus maternis: quanuis enim Soci. Iuni. consil. 57. libr. 3. opinionem contrariã videatur tenuisse, vt per eum ibi, nihilominus consilium illud reprobatur expresse, ac principaliter à Vall. cons. 65. num. 24. lib. secũdo, vbi inter alias authoritates alleg. Roy. cõs. 112. col. fi. lib. secũdo (qui cõsuluit in eodem casu, in quo Paris. allegatus à Soc. Iun.) & consi. 115. col. fi. eod. vol. vbi inquit contrariũ falsũ esse, & contra communem sententiã doctorũ; & respõd. ad text. l. quod de bonis §. quod auus. ff. ad leg. Falcid. vt latè per Vall. loco præalleg. vbi legi poterit, ne eius dicta transcribantur: Sed addendo, dico quòd hanc nostram partem negatiuam secutus est ipsemet Socin. Iunior. sibi contrarius consil. 170. in prima. Q. lib. secũdo, vbi inter alia fundamenta adduxit pulchram decisionem Paul. Castr. in. l. peculium. ff. de pecul. & idem illo casu respondit Alcia. consi. 572. nume. 15. versic. circa aliud dubium; hanc eandem partem amplexus est nouissimè Port. consil. 92. in. 6. Q. nume. 92. vbi in specie meminit de Paul. Castrens. & Socin. Iuni. eandem probauit Illustris Alciat. consil. 648. vbi respond. ad. dict. §. quod auus, post Cuman. & magnifaciendum est hoc responsum Alcia. quia fuerat rogatus, vt nullo habito ad partes ipsas respectu, diceret, quid sentiret, perinde ac si esset iudicaturus: eandem tenuit Iacopin. Rimin. consil. 518. vbi respond. ad d. §. quod auus, vt per eum ibi; & aduertendum est, quòd in casu etiam nostro testator expresse reliquit, & legauit atque restituit dotem, prout in testamento legitur: Confirmatur ista pars ex illa decisione, quod si hæres grauatus soluat creditoribus

testatoris

testatoris sortem principalē, potest deducere,& retinere in restitutione fideicommissaria,nec tenetur compensare fructus perceptos;l.deducta §.qui post.ff.ad Trebellian.& ibi doctor: cum aliis congestis à Cott. Memoral. versic. hæres grauatus de restituendo:& quāuis ipse subdat,quòd in contrariū fortiter facit tex.d §.quod auus; & propterea relinquat cogitādū;nihilominus, ex præallegatis apparet respōsio ad illū tex.vnde dici potest, quòd meritò doctores ibi allegati nō aduerterunt ad illum tex.quia re vera nō faciebat ad propositū, secundū verū intellectū, & vltra doctor alleg.à Cott.idem consuluit Roy.consi.135.nume.10.versi.quoad aliud dubiū lib.tertio, cū similib.Confirmatur postremò hæc opi.negatiua, quia cōtraria est cōtra mentem clarā omniū doct.in.l.debitori.C.de pact. dū in terminis, dicunt indistinctè,& generaliter,quòd filius grauatus de restituendo per fideicōmissū,nihilominus poterit deducere,& retinere ipsas dotes maternas;nec quicquā cōsiderāt de cōputatione fructuū;hinc etiā Craue.(doctiss.& integerrimus inter modernos,teste Alb. consil.31.doctus, & diligens uir.teste Pinel.l.1.fol.13. C.de bon. mat.)consi.316.nu.4.in.6.Q.simpliciter respōdit de fideicōmisso detrahendas esse dotes vxoris testatoris;faciunt tradita per eūdem cons.295.in.6.dub. vbi expressè dicit,quòd hæres nō tenetur cōpensare cū fructib.vt ibi per eū;cōsilia quidem doctiss.viri D. Aymonis Crauetæ appellat Appostill.Alex.cons.67.lib.4.igitur non temerè credendū est quòd tot,& tāti celeberrimi patres errauerint, vel dissimulauerint:& vltra allegatos à Craue.idem indistinctè,& generaliter cōsuluit Cap.cōs. 66.nu.6.vers.imò etiā dotem eius matris;Cuma.cons.126. in secūdo dubio, Alex. cons.124.in fi.lib.7.Areti.in tract.de testam.glo.86.nu.15.& glo.112.nu.5.Ias.cons. 28.co.1.vers.secūdo,lib.3.Māt.cōs.291.in prin.vers.secūdo,Grat.pulchrè cōs.160. in quinto dub.nu.51.lib.2.vbi dicit solā veritatem cōsiderare, sine acceptione personarū,cōsuluit enim pro fideicōmissario super plurib.dubiis, & tamen quoad detractionem dotis maternæ fatetur detrahi posse per hæredem, nec quicquā considerat de cōpensatione fructuū, cōferūt ad idem tradita per eūdem Crau.cōs.144 nu.5.Paris.cōsi.5.nu.24.cōsi.69.nu.39.lib.2.& denique, quòd dos materna detrahi possit indistinctè consuluit etiam Natt.consi.255.nu.6.vers. venit etiā deducenda dos matris,quem cōmemoraui in Epito.in mater.fideicōmis.vers. DETRACTIS Q.65.in prin.ex quib.omnib. simul iunctis puto sequendā hanc partem negatiuā, & ita sentio perinde,ac si essem iudicaturus,saluo,&c.

Post suprascripta reperi, quòd ita iudicaueram dum essem Aud.Rot.Florent. super fideicommisso de Hieronymis, & mea sententia fuit confirmata per Magn. DD. tres, prout patet ex sententiis, & motiuis;

Quò ad secundū,an d.Camillus teneatur cōputare in suā legitimā pecunias,quas habuit à d.Hieronymo patre,& testatore,& eas cōsūpsit viuente patre,& testatore, dū stetit in seruitio Illustriss.& Excell.D.Ducis Parmæ;respōdeo (secūdū ea,quæ proponūtur) nō teneri:prout de expensis in studio,& doctoratu filii,& simili.quæ amplius non extant, sed omnino consumptæ sunt, tradunt doctor.Bart.l.1. §.nec Castrense,col.3.ff.de collat.bon.Bal.authen.ex testamento,num.10.vers.decimum quintum capitulū est de expensis, quas pater fecit propter filium, an computentur in sua portione.C.de collat. & idem Bald. pulchrè consil.214. quæritur pater, in primo vol.antiq.quem refert,& sequitur Petr.Vbald.in tract. de duobus fratribus,in sexta.par.nu.28.vers.vigesimoquarto quæro.Ias.authen. quod locū, nu.3.in fi.C.de collat.cū similibus alleg.per Craue.cons.125.nu.4. & conclusio ista eò magis videtur de plano procedere in specie proposita, vbi non apparet de mente, ac intentione,& voluntate patris,repetendi,seu computandi dictas pecunias cōsum-

ptas, sed potius apparet contrarium ex lectione testamenti, versic. attentis maximè impedimentis, & absentia dicti Camilli; & his, quæ circa eum occurrunt, &c. & versic. insuper ad informandum. d. Camillum, iam multi sunt anni ipse iustis, & rationabilibus causis præcedentibus absentauit se à Dominio, & Ciuitate Senarum, & ad præsens in partibus Longobardiæ in seruitute Illustriss. Ducis Octauii Farnesii Ducis Parmæ moram trahit. &c. & habetur latius in codicillis, paterni enim testimonii authoritati maximè standum est iux. l. penult. & ibi not. gloss. ff. de curar fue. tradit Iason. l. is. cui bonis numer. 14. versicu. pro ista communi. ff. de verbo. obligat. & eo maximè, quia. d. pater non habebat alios filios, fratres. d. Camilli, quarè inspectis, ac consideratis etiam circunstantiis facti, conclusio prædicta videtur esse iuridica, & sine aliqua difficultate.

Quò ad tertium, an teneatur computare in Trebellianicam fructus perceptos post mortem testatoris ex bonis hæreditatis ipsius; super quo puncto, & dubio trāsmittitur cōsilium factum ab Excell. Domino Pamphilo de Columbinis, fui requisitus de subscriptione, & viso ipso consilio certè ingenioso, docto, ac elegantissimo, omnibusque maturè consideratis, placuit mihi conclusio firmata per suam Excellent. iuribus, rationibus, & authoritatibus diligenter allegatis, nam præsupposita illa opinione tanquàm vera, quòd dispositio. l. iubemus. C. ad Trebell. procedat etiam quando duæ quartæ veniunt detrahendæ, difficultas restare solùm videtur, an dispositio. d. legis procedat etiam quando fideicommissarius nō est de liberis, & descendentibus testatoris, sed transuersalis, & extraneus; & certè negari non potest quin videatur satis absurda illa limitatio, quando fideicommissarius est transuersalis, & extraneus, &c. & contra eam sensit etiam Iul. Clar. sentent. lib. 3. §. testamentum. Q. 63. versic. non potest negari; dum circa articulum an Trebellianica posit prohiberi in filiis primi gradus, dixtinxit, tenendo partem affirmatiuam, quando hæreditas esset restituenda descendentibus, non autem extraneo: & quāquā ego in Epit. in mater. fideicom. vers. TREBELLIANICAM. Q. 49. versic. quæ distinctio, aduerterim, quòd illa distinctio & si prima facie videatur pulchra, attamen patitur illam difficultatem, quòd imò dispositio dicta. l. iubemus, limitetur non procedere quando hæreditas esset restituenda extraneo, vt per Zanch. in repetit. §. cum ita, nume. 815. ff. ad Trebellian. & Vall. consil. 78. lib. primo; nihilominus cautè, & non sine mysterio vsus fui illis verbis, patitur illam difficultatem, &c. quoniam nolui affirmare pro vera illam limitationem, quæ mihi videbatur absurda; maximè quia inueneram fuisse cōtrouersam, adeò quòd Imol. in. l. quod de bonis. §. quod auus, in fin. tandem subiunxerit, tene quod placet. ff. ad leg. Falcid. cum igitur absurdissimum sit, quòd melioris conditionis sit, & plus habeat extraneus, quàm descendentes testatoris dicta. l. cum acutissimi. C. de fideicomm. cum similib. vulgarib. (cuius legis dispositio est maximè ponderanda in proposito, quia licet dispositio. l. cum auus. ff. de cond. & demonstr. tendens contra fideicommissarium, loqueretur quando grauatus, & fideicommiss. erant de descendentibus, & sit exorbitans à regula communi, iuxta tradita per Imol. l. filio præterito. ff. de inius. testam. refert, & sequitur Socin. in dicta. l. cum auus, in plurib. locis, nihilominns Imperat. Iustinian. plenissimam interpretationem ei donauit, & procedit etiam quando fideicommissarius est extraneus, prout declarant doctor. in dicta. l. cum acutissimi;) ideò placuit mihi conclusio firmata per Excellentiss. D. Consulentem maiorem honorandum, non tantùm authoritatibus, sed pulchris, ac elegantib. rationibus, & legibus.

SVPER

SVPER controuerſia inter Illuſtriſsimos, & Excellentiſs. Alphonſum Ferrariæ,& Coſmum Florentiæ Duces, de Oratorum præcedentia,in Veneta vrbe exorta, quanuis aliàs conſilio reddito per Auditores Rotæ Bonon. (tanquam vnus ex eis) ſubſcripſerim, pro parte.s.Illuſtriſsimi, & Excellentiſs. Ducis Florentiæ, Nihilominus cum plus ocii poſtea habuerim, placuit exarare ea, quæ mihi in hac materia occurrebant, non tamen, quia hæc neceſſaria putem, (quandoquidem veritas cõſiſtat in paucis aliàs breuiter, & ſubſtãtialiter redditis) ſed vt, eadem illa ſpatioſius, & vberius, ac verboſius amplectens, mihi ipſi, cõſcientiæq; meæ in re præſertim tam ardua, tantique põderis omnino ſatisfaciam: Igitur Dei Opt. Max. præſidio repetito, dico Oratorem Illuſtriſs. & Excellentiſs. Ducis Ferrar. indebitè ſuper hac præcedentia contendiſſe, & contendere, ſed æquo animo pati debere Oratores præfati Illuſtriſs. & Excellentiſs. Ducis Florentiæ vbique ſibi præferri, tàm apud Sacroſanct. Apoſtolic. ſedem Rom. quàm alias omnium ſeculariũ principum aulas; Ordinem enim, & gradum ſeruandum eſſe conſtat omni iure diuino, naturali, canonico, & ciuili. C. vt dig. ord. ſeruet. lib. 12. c. præcipimus, diſtinctio. 93. tradit Angel. conſ. 3. Abb. conſ. 21. in prin. lib. 2. pulchrè Bal. in Q. Accuſatus, col. 9. de ordine in vnaquaq; re ſeruando: Et in ſpecie conſ. 338. Archidiaconus, lib. 3. vbi quòd ille, qui locum alterius vſurpat, ſacrilegii reus cenſetur: Hinc Io. Fab. Inſtit. de bon. poſſ §. aliam, dixit, poſſe implorari officiũ iudicis, vt inferior dignitate, vel nobilitate cedat locum ſuperiori, quod ſæpe euenire ait in vxoribus nobilium, volentibus præcedere in eccleſia offerendo, & in proceſsionibus, & ſequitur ibi Areti. & eius Appoſtill. ſubdens hoc idem ſæpe venire in diſceptationẽ: Et de his quotidie dubitari contingere refert etiam Deci. c. clerici nu. 2. in fi. de iudi. Et præter illam vulgatiſsimam cõtrouerſiam præcedentiæ inter monachos, & canonicos regulares, ſuper qua tot conſilia omnium doctorum totius Italiæ aliàs exarata fuere, ſimiles quàm plures diſputationes factas inter magnos principes refert Barthol. Caſſan. in catalag gloriæ mundi, vt inter Ducem Burgundiæ, & electores Imperii in Concil. Baſil. in. 5 par. 45. conſid. & inter oratores Caroli. V. electi in Imperat. & Franc. Regis Francorum in oppido Cales. 29. conſid. Et aliàs in. 7. part. 38. conſid. Et idem in conſuetud. Burgund. in procem. pag. 11. verſic. cuius Duces, & pag. 426. verſ. His diebus orta fuit. Q & pag. 848. verſ. Sed quia nunc adhuc pendet. q. nam plerùmque principes de honore, & gloria certant, inquit Boer. in tract. de author. mag. conſil. num. 101. & num. 107. refert contentionem inter Ducem Burgund. & Andegau. & num. 110. inter March. de Tranſio, & Vicecom. de Tallardo; Et dicebat Ioan Sanſ. in conſuetud. Turon. pag. 49. in prin. 2. artic. quòd pro his eſt grandis grãdior, ſeu vehementior, ſeu acrior. q. inter noſtri temporis nobiles, quàm pro alia quacunque re; Et hoc veriſsimum eſſe nõ effinxit, ſed verè oſtendit nobis poeta ingenioſus in Aiacis, & Vlyxis de Armis Achilleis acerrima contentione, & ipſius Aiacis ſuperati impatientia. Metamor. lib. 13. Non mirum igitur ſi pro præmiſſis competit iudicis officium, ſecundum Ioa. Fab. Sed imò plus, quòd detur actio, & quidem iniuriarum contra volentem talem ordinem turbare, & poſsit ei de facto reſiſti (etiam armata manu, quòd tamen non conſulo,) tradit Bald. in. l. obſeruare §. antequam. ff. de offi. procon. & pro ſingulari poſuit Pet. Gherard. ſingu. 33. Nobiles præhonorantur; quia nemo (ait Bald.) tenetur iniuriam pati, vel paruipenſionem proprii honoris, cum ſit in quaſi poſſeſsione ratione cõſuetudinis, vbi autem

non appareret cõsuetudo, debet superior assignare loca secũdum qualitatem personarum, secundum Bal. ib, cuius dicta tanquàm notanda refert, & sequitur Cassa. in dictis consuet. pag. 850. vers. sed nunquid agi possit; Purpur. in. l. 1. nu. 93. versic. tertia conclusio. ff. de iur. om. iud. Ias. l. si non sortem §. libertus, num. 23. versic. Adde. ff. de cond. indeb. Petr. Lenau. in tract. de priuil. doct. par. 3. q. 2. vbi refert. q. ex facto. Et quomodo sit sine scandalo per superiorem prouidendum in tali casu, quã do in ipso actu ex improuiso oritur similis contentio praecedendi, docet, & instruit sapienter, & cautè Gõdis. Villad. in tract. de Legat. q. 7. nu. 14. vers. sed pone quòd oritur noua contentio, vt ibi potest videri; Nunc ad propositum, ponderanda sunt illa verba Bald. in. d §. antequàm de quasi possessione ratione consuetudinis, sensit enim in hac materia praecedentiae dari possessorium, & probari videtur per tex. in c. licet causam, vers. honore, de probat: Et Bal. ibi not. singulariter, quòd pro honore competat iudicium possessorium; Et quanquam videatur restringere, vt ibi per eum, tamen generaliter, & indistinctè hoc refert, sequitur, & tradit Purpur. in loco praealleg. Boeri. decis. 151. num. 2. & in consuetud. Bitur. pag. 8. col. 3 versic. sed Bal. & Cassan. in consuet. pag. 426. versic. Aduerte ad illud notat. dictum Baldi. & pulchrè etiam tradit Barba. in d. c. licet causam, Tiraq. de nobilitate. c. 20. num. 57. ad quod respexit Suetonius in Tiberio, c. 10. versic. loco, & quasi possessione vsurpati à se diu secundi gradus sponte cessisse; & Cor. Tacitus lib. 3. vbi memorat Domitium Corbulonem pretura functum de L. Sulla nobili iuuene questũ esse apud Senatum, quod sibi inter spectacula gladiatorum loco non decessisset; Et vltra tex. d. c. licet causam: mihi videtur esse alius bonus tex. in. c. 1. vers. consueuistis facere, vt lit. pend. & ibi not. Abb. in. 3. notab. & nu. 8. vers. sed quaero, vbi attestatur communiter doctor. cũ opin. Innocent. transire, scilicet illũ tex. & eius dispositionem circa materiam honoris locum sibi vendicare etiam ratione solius possessionis.

Quarè, cum (secundum ea, quae proponuntur) Oratores Ducis Florentiae fuerint, & sint in possessione praecedentiae, tàm apud Curiam Rom. quàm aulam Caesaream, & Regiam catholic. (quãuis vnicum ipsius supremae Curiae Roman. exemplum pro aliis omnibus sufficere debet, iux. not. in terminis, in consil. colleg. Bononiensis aliàs reddito pro parte monachorum contra can. regulares, num. 33. Boeri. de author. mag. consil. num. 49. Alex. cons. 67. nu. 6. vers. secundo ponit lib. 2. & clarè tradit in terminis praecedentiae Deci. c. auaritiam, num. 8. versic. vltimò ad praedictorum confirmationem, de praeb. proponitur enim nobis Curia Rom. in iudicando tanquàm speculum ad imitandum, refert Gomes. in proœm. Reg. Cãcell. pag. 12. pulchrè tradit Mandos. in Reg. 19. de infirm. q. 14. nu. 4. & in Reg. 30. q. 5. de veri. not. cum similibus concor.) Sequitur quòd Oratores Ducis Florentiae non debent turbari, sed in eorum possessione praecedendi sunt conseruandi, & in eorum statu interim defendendi, iux. latè tradita per Didac. practic. QQ. ca. 17. de illo interdicto, quod practici INTERIM appellant.

Praesupposito itaque ex praemissis quòd Dux. Ferrariae personam petitoris, & actoris in praesenti controuersia sit habiturus, & probandi onus subiturus, & Dux Florentiae veniat absoluendus, etiam si ex parte sua nihil probaretur. l. qui accusare. C. de eden. §. commodum autem possidendi, instit. de interd. & in terminis praecedentia tradit Zabar. consi. 62. in secundo dubio, cum aliis generalibus.

Nunc restat videndum circa tale petitorium, de iuribus, rationibus, & fundamentis, quibus niti posse videbatur intentio Ducis Ferrariae.

Sed antequàm ad particularia aggrediar, suppono aliquas conclusiones generales, & communes vtrique parti, quarum prima est semper esse praeferenda digniora, instit.

ra,instit.de iur.nat. §.fin.& ibi not.glo.in.c.cum dilectus, de electio. Tiraq.de retractu §.30.Glo.1.num.15.facit dictum Aristot.secūdo Ethic. dignum esse dignos principari.& in quarto,omne bonum,quod excellit dignum esse magis honore;vnde eius discipulus Alexander Magnus moriens ab amicis interrogatus quem imperii faceret hæredem,dignissimum, respondit, teste Iustino,lib.12.vel optimum teste.Q.Curtio lib.10.

Secunda est,quæ ex præcedenti infertur, digniorem esse præferendum in incedendo,sedendo,& similibus.c.statuimus versic.primum locum,de maior.& obed.& ibi not.glo.c.cum olim.versic.sessionibus,processionibus,de consuet.c.solitæ §.hac autem, versic.in sinistra parte sedere, de maior.& obed.& not.glo.in summa distinct.93.& est tex.iuncta glo.instit.de bon.poss §.aliam,& in.l.ex agentibus, versic.consessibus.C.de princ.agen.in reb.lib.12.& in.l.quoties, versic.sedendi.C.vbi sen.vel clar.& Bal.not.in.c.1 §.Marchio, num.5.de his qui feud.dare poss.& in.c.cum olim,de consuet.& tradit Afflict.tit.quis dic.Dux,in prin.nu.8.vers. quod tenementi quando in curiis Regum dubitatur quis primo debeat sedere; Boeri.decis.286.num.8.& plenè Gram.decis.64.nume.20. cum aliis vulgaribus,Sueton.in Augusto.c.43. & in Nerone.c.13. & alibi passim.Q.Curtius lib.10. de Alexandro, scribens quoque(inquit)ad Antipatrum Macedoniæ præfectum, eis ad spectanda certamina priores in theatro sedes assignari,coronatosque sedere iussit. Et ostendit nobis Ouid.in loco præalleg.de iudicio super Armis Achilleis,consedere Duces(inquit,& vulgi stante corona,&c.& lib.1.vbi marmoreo superi sedere recessu, celsior ipse loco,&c.& passim apud Virgil.& Homer.legitur.

Tertia est conclusio vulgaris,legatos esse honorandos plus,minusque secūdum locum,& gradum eorum, quorū vice funguntur.c.præcipimus distinct.93.& pro singulari ad propositum tradit Rom.sing.362. referens se aliàs fuisse interrogatum de hoc Romæ,itaque obseruari,pro quo.C.Tacitus lib.13.postquā audiuerant(inquit)earum gentium legatis id honoris datum, quæ virtute, & amicitia Romana præcellerent,&c. Et not.Mart.Laud.in tract.de legat.Princip.q.27.Luc.de pen.in Rub.de legat.C.lib.10.Beltran.cons.73.legatus lib.1.Boer.de auth.mag.consil.nu.118.glo.pragmat.tit.de cōclus.ecclesiæ Gallic.in fi.prin.vers.pro quo Regii Oratores instabūt vice Regia,cū aliis similibus,super quibus nō est amplius immorādū.

Ducariam verò dignitatem hanc inter dignitatū nostri temporis varios gradus poni satis constat,ex traditis ab Illust.Alcia.in lib.de singul.certā.c.Dignitates nostri temporis.32.At qualiter hæc dignitas Ducaria originem habuerit, ab ipso Alcia.prætermissum esse mirum est. apud enim antiquos Rom. verbum Dux alia diuersa significatione accipiebatur:vt not.ipse Alcia.lib.de Magistratibus,col.2.vers. solitos fuisse priscos duces sic appellari;quidam tamen volunt originem habuisse à Longobardis,alii ab Exarchis,Sed hunc nostri temporis Ducatū ab exercitus Romani Ducibus emanasse verisimile esse, tanquàm illi ab imperii Romani Principibus fuerint donati territoriis; quæ tamen ab ipsis Principibus recognoscerent; ita quidam ex nostratibus neotericis opinabantur: At his omissis,& ad rem propositam aggrediendo, equidem præsentis controuersiæ punctus, & status consistere videtur(vt patet ex præmissis,)super eo scilicet.

Quisnàm ipsorum Ducum Florentiæ,& Ferrariæ sit, & censeatur dignior? Et prima faciè videbatur dicendum Ferrariæ Ducem censeri digniorem,pluribus rationibus,prima quidem principali ratione antiquioris institutionis,& erectionis ipsius Ducatus Ferrariæ, constat enim institutum, & erectum fuisse per Federicum Imperat. in personam Marchionis Borsii Ducis primi, circa annū iam centesimū,

vt in Ferrarienſi Chronica Sardi legitur, quanquàm Philip.Bergom.in ſupplem. Chronic.lib.15.referat Borſium Ducem Mutinæ, & Regii creatū à Federico Imp. ſed Ferrariæ à PP. Paulo. II. vtcunque fuerit, Borſii Ducis mentio iam habetur apud Barba.conſ.1.lib.1.Alex.conſ.1.lib.5.vbi refert Borſium Ducem Ferrariæ, & Regii Imperialem,& conſ.18.lib.2. vbi appellat Illuſtriſs. Ducem Mutinæ, Socin. conſil.165.vbi meminit Borſii Mutinæ Ducis,& dicit, quòd ſub eius Dominio habebat Ducatus, Marchionatū,& Comitatus: & conſ.87.lib.3.vbi commemorat eū tanquàm Ferrariæ,& Mutinæ Ducem,& conſ.56.57.lib.1.Caſſan.Catal.12.par.58 conſid.col.2.in fi.meminit,& Cæpol.conſ.17.col.pen.vol.crim. Dec.conſ.341.nu. 6.vbi de Hercule.1.Mutinæ,& Regii Duce:Gozadi.conſil.1. vbi refert Alphōſum præſentis auuum Mutinæ,& Regii Ducem Imperialem, & Ferrariæ Papalem, & de præmiſsis apparere debent priuilegia authentica; At Florentinus Ducatus eſt nouus, ego Ferrar. dignior cenſendus erit,clarū enim eſt,data identitate eiuſdem tituli, & dignitatis, eam eſſe digniorem, quæ antiquius inſtituta, & erecta fuerit. Vt enim dicebat Quintilianus,dignitatem dat antiquitas,& apud Liuium lib.7.legati Campani neque hercule (inquiunt) quòd Samnites priores amici ſociiq; vobis facti ſunt ad id valere arbitror ne nos in amicitiam ſuſcipiamur, ſed vt vetuſtate & gradu honoris nos præſtēt:& vulgata reg.iuris,qui prior in tempore,&c.& eſt regula communis in hac materia, vt ordo temporis inducat prælationem in honoribus,ſi tractetur de iam ordinatis inuicem præponendis, vt dicit Deci. in.c.Auaritiæ num.7.de præbend.& in ſpecie probatur per tex.l.1.verſi.quis enim in vno eodemq; genere dignitatis prior eſſe debuerit, niſi qui prior meruit dignitatem?.C. de conſul.lib.12.& in.l.1.verſ.eum locum volumus eſſe potiorem,& in.l.2.verſi. ſit igitur ſedes prior ante prouectis.C.de præf.præt.eo lib.12. cum aliis legibus ſimilibus: Et idem probatur in.c.1.verſic.prior,& maior habeatur,de maior.& obed. & in.c.vlt.diſtinction.17. vbi glo. mag. tot. generale eſſe, quòd qui prius dignitatem receperunt præferendi ſint aliis:Hinc Andr.de Bar. & Nicol. de Neap.in d.l.1.C. de cōſul.per illum tex.dixere,quòd qui primo doctoratus eſt, debet præferri his, qui poſtea eandem doctoratus dignitatem ſunt adepti,& ita referunt obſeruari Bononiæ;faciunt plura, de ratione antiquitatis, congeſta per Roma.in.l.ſi vero.§.de viro fallent.53.ff.ſol.mat.Alciat.tract.de præſumpt.Reg.1.præſump.45.Afflict.deciſ.1.num.8.Areti.inſtit.de iur.nat.§.fi.Boer. in tract. de author.mag.conſil.nume. 37.121.132.verſic.& ſic conſiliarii ſac.mag.conſ.tanquàm antiquiores:Et latè habetur in vulgatis conſil.præcedentiæ monachorum,& Deci.d.c.auaritiæ,de præb. & in.c.clerici num.3.de iudic.& in conſ.161.nu.1.Marant.in Specul. in proœm.nu.9. Glos.pragmat.tit.de author.gen.con. §.& ne de eiuſdem, verſi. præſenti ſeſsione; Gond. Villad.d.tracta.de Legato.q.7.nu.8.verſ.ſed quem ordinem tenebunt, Mādos.in Reg.Cancell.16.de concurrent.ſup.benef.q.17.num.5.Rebuff.in tract. nominat.Q.21.vbi latè: & habetur in proteſtatione Oratorum Gothorum in Cōcilio Baſiliens.de qua per Ioannem Magnum, lib.16.c.Guid. Pap.deciſ.520.in fin. Et ad propoſitum circa præcedentiam Ducis Veneti,& Sabaudienſis pōderat, quòd Dux Venetorum antiquior eſt Appoſtill.Decii.c.ſanè.ſecūdo col.2.verſic.& merito Regia maieſtas, de offi. deleg. quicquid aliter dixerit Purpur.l.1.nu.633.verſ. & proculdubio.ff.de offi.eius cui mand.Et circa præcedentiam Ducis Mediolani antiquitatem conſiderat Caſſan.in.d.Catal.13.par.58.conſid.verſ.ſed obeſt, cū plures alii Duces;& col.3.ſubdit ſe credere Marchionem Mantuæ eſſe Marchione Mōtisferrati,& Saluciarum excellentiorem propter eius antiquitatem.

Secunda ratione maioritatis perſonæ, a qua fuit inſtitutus, & erectus Ducatus Ferrarienſis,

Ferrarienſis,videtur dignior, præſupponitur enim Ferrarienſes Duces fuiſſe, vel creatos,vel confirmatos authoritate ſumma Pontificia, & Papali,vt patet ex præal leg.erant enim olim Eſtenſes Ferrariæ Papales Vicarii, Zabar.conſ.2. Archiepiſc. Florent.in ſumma par.3.lib.4.in prin.Sed vt dicebat Felin.in.c.cum à nobis,col.2. verſ.& facit pro excelſo Duce noſtro,de teſtib. Dux Ferrariæ, Dei, Apoſtolicæ ſedis,& Imperii gratia non recognoſcit amplius ſuperiorem in terris; refert Roy.cõſil.200.nume.1.lib.1. & ſicut cæteri Domini Italiæ in dominatu ſuo obtinet vicem Principis,Rimi.conſ.213.num.11.& tenet iura imperii,Felyn.conſ.27.nu.15.& cõſ. 31.nu.10.& ſeq. At Florentinus Dux eſt inſtitutus,erectus, vel confirmatus ſolum authoritate imperiali Cæſarea: Conſtat autem Imperatores ipſos ſummis Pontificibus cedere,clement.paſtoralis,de re iudi.c.duo, diſtinct.96.Purpur.in Rub.de offi.eius.verſ.& ſicut maior.Boeri.de author.mag.conſ.num.43.Papa enim omnes dignitates mundi præcedit, & eſt ſuperior Bald.c.nouit,de iudic.& eſt Dominus dominantium,dicebat Bald.c.eccleſia,de conſtit.ergo & Florentinus Dux Ferrarienſi cedere debet,arg.l.reſtituendæ in fi.C.de aduoc. diu.iud.vbi glo. not.maiorem honorem deberi iis,qui electi sũt ab imperatore ad aliquã dignitatem; quàm iis,qui ad eandem dignitatem ſunt electi ab aliis.l.2.ff.alb.ſcrib. vbi glo.not.maius eſſe bonum,& efficacius à maiori datum;vnde Franc. Tigrin. dixit militem Imperialem præcedere Ducalem;& Abb.in.c.poſtulaſti,col.3.de conceſſ. præb. inferebat,quòd miles Papalis debet alios præcedere,argum.text.c.per tuas, de maior.& obed.& ibi not.per eũdem Abb.facit tex.c.dominus,& ibi glo.verſic.elegit, diſtinct.93.& plura cumulat Rom.d §.de viro,fallent.49.Boeri.deciſ.152.nume.5. & de author.mag.Conſ.nu.11.verſ.item bene facit,& nu.ſeq.& nu.116.133. Caſſa. Catal. in.7.par.38.conſid.vbi refert areſtũ, & deciſionem in ſimili,Signor.conſ.23.nu.21. Mandos.d.Reg.16.q.15.nu.1.6. Maran. in Specul.par.3.nu.119.pag.70. Caſſan.d. Catal.7.par.38.conſid.& in ſpecie 10.par.38.conſid. quod procedit etiam ſi iſte eſſet tempore poſterior,vt not.Ancar.& Gemin.in.c.hi qui,de præb.lib.6.

Præterea accedat quòd in Duce Ferrariæ concurrit duplex authoritas, & Papalis,& Imperialis,& ſic duplex vinculũ magis operatur arg.auth. itaque.C.com. de ſucceſs.& not.per Bald.in.l.ſed ſi milites, in prin.ff.de excuſ.tut.de Marchione eodemque Comite præcedente illum,qui eſt Marchio tantùm, Caſſan.d.Catal.5. par.48.cõſid.& 10.par.33.cõſid.Boeri.de autho.mag.cõſil.nu.89.113.Deci.d.cõſil. 161.nu.2.Cõfirmatur, quia Dux Ferrariæ habet etiam alios Ducatus, & ita plures dignitates,ergo,&c.vt ex præalleg.& per Caſſan.d.5.par.27. cõſid. in fi. vbi infert pro Rege Hiſpaniæ habente plura regna;& idem tradit in.37.conſid.

Tertia ratione maioris nobilitatis,& generoſitatis domus,& familiæ Eſtẽſis, eſt enim hæc domus ſine dubio ex antiquioribus domibus principalibus totius Italiæ, vt in Ferrariẽs.Chronicis præalleg.& per Philip.Bergom.in.d.ſupplem.Chronic. lib.13.& per Leand.Bonon.in deſcript.Italiæ,pag.347.& ſeq. & apud noſtrates reperitur mentio olim facta ſæpius de Marchionibus Ferra.Eſtenſ.vt apud Bal.conſ. 58.laudare voſ.lib.1.vbi appellat Marchionem Magnificũ,& in conſ.369.quemad modum lib.3.vbi appellat Illuſtriorem, refert Purpur.d.l.1.nu.231.ff.de offi. eius, Caſſan.d.5.par.47.cõſid. & præſens Alphonſus Dux deſcendit à matre ſanguinis domus Regalis Frãciæ, & ab auia paterna Alexandri.VI.Summi Põtific.filia,nobilitas verò ex parte matris auget etiam nobilitatem ex parte patris; Rebuff.in cõcordat.Rub.de collatio. §.cum vero,verſi.ex vtroque parente,& in tract.de nominat.Q.12.nu.5.facit exemplũ relatũ à Iuſtino lib.2.de Xerſe, & Arthemene fratribus cõtendentibus de ſucceſsione regni paterni; refert Tiraq.de Primigen.Q.31.

nu.9.tangit Cassan. Catal.8.par.8.consid. hinc Corn. Tacitus lib.2.de Germanico loquens, & quia(inquit)claritudine materni generis anteibat;at familia, & domus Medicea respectu Estensis noua est,vt patet ex historiis, & Chronicis Florentinis, & quæ cæpit illustrari tempore Cosmi Senioris circa annum iam centesimuũ tantùm, ergo Dux Estensis præcedat Mediceum, Nam quis censetur,& reputatur dignior,si sit de nobiliori,& generosiori familia,& progenie;ut probatur in.l.1.uersi. & auũ Consularem , & patrem Prætorium uirũ habuistis.C.de dignit.lib.12. & ibi not.Bar.& in.l.nemini,uers.filios autem togatorũ.C.de adu.diu.iud.& ibi not Bal. quòd si sunt duo æqualis scientiæ,tamen ille est præhonorandus, qui sit de meliori sanguine:Et est bonus tex.in.l.nobiliores natalibus.C.de com.& merc.quem tã quàm aureis literis scribendum ad hoc commendat Barb.cons.57.col.4.lib.2. tradit Boeri.de autho.mag.Cõsil.nu.61.106.ubi in ordine præcedendi præponit principes de sanguine Regali; Affli&.tit.quis dic.Dux, nu.26: & ita in simili arguebat magister Robertus de Licio in sermone de.SS.Ioa.Baptista,& Ioa. Euangelista ex consanguinitate Christi,cuius disputationem summè extollit Fely.in Rub. de maio.& obed.pro quo facit tex.c.solitæ.§.potuisses autem prærogatiuam , versic.non de Regia stirpe,sed de sacerdotali prosapia descendenti,eo titu.de maio. & obed. hinc Ecclesiastes.c.20.Beata(inquit)est terra,cuius Rex nobilis est:Cor.tacitus de moribus German.Reges ex nobilitate(ait)duces ex virtute , sumunt; &,Mox Rex vel princeps,prout ætas cuique,prout nobilitas, prout decus bellorum audiũtur; &,insignis nobilitas aut magna patrum merita principis dignationem etiam adolescentulis assignant,&c.Hinc etiã Cassan.12.par.58.consid.dixit, quòd Comites de consanguine Regio aliòs antecellunt:&.5.par.45.consid.in fi.refert in controuersia præcedentiæ Ducis Burg. & Elector. Imperii in Concil. Basil. iudicatum fuisse pro Duce Burg. eò maximè quia erat de familia Regum Francorum ex parte patris, & Imperat.ac Ducis Bauariæ ex parte matris: & idem 47. consid. attestatur quòd ex consuetudine Franciæ Comes præcedit Marchionem,maximè qui sit de sanguine Regali:Hinc etiam Purpur.in.l.1.nu.633.ff.de offic.eius, in præcedentia Ducis Sabaud.& Venet.cõsiderabat,quòd Dux Sabaud.erat ab Imperiali sanguine progenitus:hinc denique Hier.Cagnol.in.l.2.versi. cumque Consules vocarentur,nu.445.ff.de orig.iur.attestatur quãdoque vidisse in illis suis partibus Gubernatorem præsidem præcedere eò,quòd vltra alias qualitates instaret se esse de sanguine,& domo Regali,seu principis,vt ibi:atque ita Ouid.in loco præalle.ad propositum induxit Aiacem dicentem , nobilitate potens essem Telamone creatus, &c.sic à Ioue tertius Aiax.&c.& lib.10. induxit Hippomenem dicentem ; à tanto non indignabere vinei,nanque mihi genitor,&c.

Hæ tres rationes videbantur prima facie principales, & præcipuæ, ex quibus Dux Ferrar.Florentinum superaret, Sed vlterius alia ratio forsàn moueri posset inter alias in hac materia,pro parte Ducis Ferrariæ, vt potè, quæ ipso primo sono verborum occurrit,scilicet ratio maioris nobilitatis ipsius ciuitatis Ferrariæ,illiusque regionis,vnde non est visum mihi eam prætermittere,nam certũ est,eũ censeri digniorem qui subiectis nobilioribus præsit,vt probatur in auth.de defens. ciui. §.nos igitur,versic.quantò enim quilibet præest melioribus, tantò maior ipse, & honestior est:& ibi not.Bar.dicens illum tex.esse arg. pro doctoribus, qui habent bonos,& honestos scholares,alleg.glo.in procem.ff.§.fin. & ad idem est alia glo.in auth.constit.quam de dignit.§.generaliter,versic.nobiliores,vbi not. nobilitari patrem per filiũ,magistrũ per scholarem, præsidem per subiectos, ad idem facit tex. in authen. vt lud.sin.quo.suffrag.§.volumus,versic.præmium,vbi glo.not.dignitatem argui

tem argui ex subditis;& probatur ex not.per Inno.c.3.de sepult. & in.c.fraternitatem,de don.vbi voluit, quòd canonicus ecclesiæ cathedralis præferatur canonico alterius ecclesiæ;& est bon.tex.in.l.quilibet,vers. vobis quibus propter loci dignitatem rerum summa cômissa est.C.de decu.lib.x.per quem tex.not. ibi Bald. officialem esse maiorem quantò digniori loco prœsidet:& Luc.de Pen.in.l.mulierem col.3.versic.8.ex loco,C.de dign.vbi si vnus administrat Romæ,alius in prouincia, præfertur administrans Romæ propter excellentiam ciuitatis, refert Boeri.de autho.mag.consi.nu.149.vbi multa similia congerit,& in specie tradit Roma.consil. 460.in fi. vbi ait nô esse dubium maiorem,atque honorabiliorem esse officialem præsidentem Florentiæ illo,qui præest in eius Comitatu,alleg.d.tex.in authen.de difensor ciuit.Gomes.in Reg.de Imp.ben.vac.per obi.fami.Card.Q.6.col.pen. & Q.14.Cassan.Catal.8.par.18.consid.Aristot.in Politic.lib.5.c.11.versic. principatū eius esse pulchriorem,& optabiliorem ex eo,quia melioribus imperet,& nô abiectis; ad idem est bon.tex.d.c.solitæ §.præt.versi.sed illa,quæ præest diebus, de maio.& obed.vbi Abb.ex eo not. vnū bonum modum cognoscendi maioritatem dignitatis,& officii,ex dignitate subditorum,& tradit Afflict.tit.quis dic.Dux,num. 8.vers.& pro hoc facit: Et ita Appostill.Dec.d.c.sanč.2.de offic. deleg. ponderabat pro præcedentia Ducis Veneti contra Sabaudiensem Ducē Venetorū Excellentioribus præesse: & in specie pro præcedentia ratione nobilioris ciuitatis consuluit Beltrand.consil.76.lib.5.

Nobiliorem verò fuisse,& esse ciuitatem Ferrariam,ciuitate Florentia,probari posse videbatur prima ratione principali, quasi scilicet fuerit antiquius, & prius condita, nam omissis his,quæ Sard.in in suis Chronicis prosequitur de vrbis Ferrariæ origine,quæ an incorruptis rerum gestarū monimentis tradantur, nec affirmare, nec refellere nūc in animo est,scimus enim dari hanc veniam antiquitati(vt ait Liuius in præfatione operis) vt miscendo humana diuinis primordia vrbiū augustiora faciat; illud saltem iam nobis constat, vrbem hanc à Smaragdo Patricio Exarcho fuisse conditam, mœnibusque circundatam tempore, quo Barbari per totam Italiam debacchabantur; vt vrbis huius laudes obiter tractans attestatus est Illustris author Alciat.in oratione publicè habita Ferrariæ,cum primùm professurus iura ciuilia illùc accessisset,quæ oratio extat;& quāuis ipse authorem aliquem non citet, id tamen satis constat etiam ex Blondo, Volaterrano, Philip. Bergom. Sabellico,Leandro,Simeone,& aliis similibus;rursus constat(cum ea dūtaxat reputetur ciuitas,quæ habebat episcopū, secundū cômunem opinionem Italicorū, vt not.Bar.in extrauag. qui sint rebell.versic.Lombardiæ:& Glos.pragm.de collat. §.in ecclesiis,versic.ciuitatibus,latè Alciat.c.pernitiosam, de offic. ordin.)vrbem Ferrariam fuisse dignitate episcopali honoratam à Vitaliano PP. anno salutis circa.656. secundum Petrarc. in Vitis Pontific. & Imperat.Leandr. & alios similes: sed de vrbis Florentiæ origine vulgaris fama est,eam Francorum beneficio tempore Caroli Magni anno salut.circa.800.conditam,nomenque Florentiæ sumpsisse à flore sibi eiusdem Caroli munificentia pro insignibus donato,tradit Cassan.d.Catal.1.par.38.consid.56.conclus.in fi.Florentiam(inquit)denominauit(vt legi) Carolus Magnus Francorum Rex à liliorum floribus Francorum insignibus:vnde ex temporum supputatione apparet Ferrariam,& vrbem,& ciuitatem fuisse Florentia antiquiorem,ergo sequitur eam censeri nobiliorem, nam vt ait Quin.Orat.instit.lib.3.c.de laude,& vituper.multum authoritatis vrbibus affert vetustas,faciunt tradita per Iustin.lib.2.dum inter alias vrbis Athenarū laudes refert, quòd regem habuerit ante Deucalionis tempora:Hinc Lucan.lib.5.Fama (ait) ueteres laudantur

tur Athenæ, hinc Plin. Iu. epistol. lib. 9. epist. vltima, de Athenis loquens, reuerere (ait) gloriam veterem; sit apud te honor antiquitatis, &c. & habetur plenè in Oratione funebri Demosthenis, & Platonis.

Secunda ratione videtur Ferraria ciuitas celebrior, & nobilior, scilicet ob studium vniuersale ibi existens, institutum, & approbatum à Bonifacio PP. nono, vt in Chronic. Sard. habetur, & Philip. Bergo. lib. 14. vel à Federic. 2. Imperat. secundum Leandr. Et quòd Ferraria habeat studiũ ex priuilegio attestatur Imol. in clement. dudum, nu. 22. de sepult. & Gozadi. cons. 1. num. 33. Corn. cons. 165. lib. 2. cuius Ferrariensis studii celebritas satis probatur testimonio locupletissimo Pii. II. Pont. Max. in Europ. histor. fuit (inquit) domus Estensis semper doctis amica, habueruntque plærique doctissimi viri vnicum apud Estenses in ea ciuitate senectutis suæ refugium, & illud quidem honestum, dignumque virtutibus suis; hæc ille: Et de Borsio Ferrariensium Principe, quantum ingeniis fauerit, refert Volater. in Gegog. & Text. in officina. c. literarum, & literatorum, qui fuerint amantissimi.

Quantum verò dignitatis, & authoritatis vrbibus accedat ex literarum studiis, testes sint illæ antiquæ Athenæ, tot scriptorum, & Græcorum, & Latinorum laudibus celebratæ; Iustin. enim lib. 2. literæ, ac facundia certè (inquit) veluti templum Athenas habent: & Hieronymus commendans ciuitatem Athen. dixit, illam studio fuisse aptissimam, primoque leges tradidisse, aliisque ciuitatibus iura trãstulisse: facit tex. in procem. ff. §. hæc autem, vers. extra vrbes Regias, & in. l. vnica, & ibi glo. verb. Reipublicæ. C. de stud. lib. vrb. Rom. & in terminis præcedentiæ ita nobilitatem maiorem ciuitatis ratione studii considerabat Cassan. 1. par. 21. consid. & x. par. 32. cõsid. in princip. & fi. & ex his omnibus satis superque videatur esse fundata intentio Ducis Ferrariæ.

Quæ postremò comprobari posset (si opus esset) illa alia ratione amplioris, & latioris status, imperii, & Dominii, & maioris numeri Vasallorum, & subditorum quibus superat Ducem Florentiæ: Reges enim, & principes ex lata gente gloriam consequuntur. 1. q. quarta. c. Ecclesia. §. item Dauid: faciunt in terminis præcedentiæ tradita per Cacialup. in consil. pro monachis, nu. 55. versic. nec per uos, facit illud, rerum imperiis hominumque tot, tantisque minor, &c. & tradit Afflict. titu. quis dic. Dux. num. 8. quòd quis sit maior ex maiori numero Vasallorum, vnde infert quòd Comes magnus præferri debet Marchioni paruo; & tradit ad idem Beltran. d. cons. 73. num. 7. 8. lib. 1. & pulchrè Staphil. in tract. de gratiis, & expectat. c. Videndum est nunc de sexta parte, nu. 26. vbi circa prælationem Venetorum considerat pro Venetis inter alias qualitates, rationem maioris administrationis, & amplioris Imperii, vt ibi per eum hoc comprobantem pluribus exemplis; de Duce autem Ferrariæ Soci. Iun. cons. 76. nu. 11. lib. 4. referebat quòd abundat superfluis, & pecuniosior est princeps omnibus aliis Italiæ principibus, vti hoc est publica vox, & fama, secundum ipsum;

Huic autem intentioni Ducis Ferrariensis ita fundatæ non obstabit, si pro parte Ducis Florentiæ opponatur vnicum, potissimum, & principale eius fundamentum, scilicet aliàs Florentinæ Reipub. legatos solitos fuisse semper absque controuersia præcedere legatos Marchionum, & Ducum Ferrar. Mant. & similiũ, & ideò adhuc præcedere debere, non obstante tit. Ducis eidem addito, quasi ex hoc nulla censeatur facta mutatio respectu priuilegii præcedentiæ eidem Florentinæ Reipub. aliàs competentis, quoniã replicari posse videbatur, quòd imò priuilegii mutatio facta censetur, primo nãque negari nõ potest, etiã si Respublica nõ esset perépta (de quo inferius tãgetur) quin propter Ducis nouã additionẽ aliquid saltẽ sit

additum

additum, vel detractum formæ antiquæ Reipublicæ, sed per talem additionem vel detractionem censetur quoddam ius nouum proprium idest Ducarium, ergo sequetur intelligi sublatum priuilegium antiquum, quod alias competebat communi Reipublicæ, vt in terminis arguebatur per Cacialup. in consil. pro Monachis, num. 11. 14. quòd autem præmissa procedant, probantur ex pluribus, primo quidem ex sententia Aristot. libr. 3. Rethoric. c. 9. tale additum (inquit) tali facit ipsum magis tale: & arg. tex. l. ius ciuile. ff. de iust. & iur. ius ciuile est (ait Vlpian. Iuriscons.) quod neque in totum à naturali, vel gentium recedit, neque per omnia ei seruit, itaque cum aliquid addimus, vel detrahimus iuri communi, ius proprium, idest ius ciuile efficimus: Sic dicendum in proposito, quòd, & si neque in totum ab antiqua forma Reipublicæ recessum fuisset, nihilominus quoddam nouum ius proprium, idest Ducarium intelligatur effectum per huiusmodi additionem: hinc arg. illius tex. Bart. ibi not. generaliter, quòd quando aliquid additur, vel detrahitur alicui rei, quòd tunc fit species de perse, inducendo ad. q. de additione, vel detractione facta libello, vt dicatur esse nouus libellus: & Bald. ibi not. quòd actus denominatur à mutante non à mutato: & argum. illius tex. doctor. ibi inferunt ad varias quæst. de addente aliquid, vel diminuente veteri clusæ, quòd dicatur facere nouam clusam, vt per Paul. de Cast. cons. 245. notandum, in nouis: quando ampliata fuit forma vetus, & ei adiectum, vt ibi per eum: & de Papa committente causam ordinario addendo ad formam iuris communis, quòd illa adiectio, & illa qualitas efficit illum de ordinario delegatum: facit dictum Aegid. in procem. decret, quòd, & si Rector vniuersitatis sit scholaris, non tamen venit amplius appellatione scholaris, quia qualitas Rectoratus superaddita efficit illum videri diuersæ speciei: hinc ex præmissa sententia Philosophi, quòd accidens adueniens enti illum qualificet, & reponat in esse specificato, & diuerso à primo pluribusque aliis argumentis similibus Barba. cons. 40. 8. lib. 4. videtur dcidere. q. similem super diuisione facta per Papam Eugenium de fratribus obseruantiæ à fratribus conuentualibus minoribus, per additionem Vicarii Generalis ad Generalem ministrum ordinis, refert Purpur. l. 1. num. 24. ff. de offi. asseff. & l. 1. nu. 22. ff. de offi. eius, vbi not. & infert ad materiam præcedentiæ: faciunt tradita per Lap. allegat. 88 num. 8. vbi etiam habetur consilium collegii Perusini redditum Florentiæ.

Secundo probatur ratione commixtionis, negari enim non poterit quin saltem facta fuerit commixtio Reipublicæ, & Ducatus, sed per eiusmodi rerum mixturam censetur alia noua species facta, arg. l. adeò §. cum quis. ff. de acquir. rer. dom. vbi si vinũ, & mel cõmisceãtur, quodlibet perdit sua accidentia exteriora, & trãsit in aliã speciẽ, & appellationẽ diuersã: hinc Aristot. 2. Phisic. iũcta glo. ibi, tradit quòd per solũ motũ localẽ duarũ aquarũ ad inuicẽ cõcurrentiũ fit noua aqua.

Tertio probatur ratione vnionis, satis enim constat fuisse factam saltem vnionem Reipublicæ, & Ducatus, cum appelletur Dux Reipublicæ Florentinæ. At quando vna res vnitur alteri, sortitur naturã principalis, & regitur eisdem legibus & priuilegiis, glo. c. 1. ne sed. vac. & ibi declarat Abb: num. 6. vers. & aduertas; hinc inferunt doctor. ad. q. de castro vnito ciuitati, quòd debeat regi legibus, & statutis, quibus regitur ciuitas: Bellam. cons. 3. col. 14. quòd in ecclesiis vnio est species cuiusdam seruitutis, & graue affert præiudicium ecclesiæ vnitæ, quia priuat eam rectore proprio, refert Craue. cons. 258. num. 10.

Sed quid plura? Iã non ratione additionis, cõmixtionis, vnionis; sed totalis peremptionis, & interitus ipsius Reipublicæ videbatur cõclusio præmissa procedere, quia vulgatũ est inter diuersa ciuitatũ regimẽta tradi illa tria notissima, de quibus

apud Platonem, Aristot. Diuum Thomam, Aegidium, & Bartolum nostrum, quorum scilicet primum est Democratia, idest, principatus populi, qualis olim erat apud Athenienses, & hodié apud Hæluerios, vnde Democratici appellantur, idest populari instituto viuentes, & (vt dicit Bart. in tract. de Regim. ciuit. in prin. col. 4.) nos vocamus regimen ad populum seu regimen multitudinis: Secundum est Aristocratia, idest optimatum principatus, qualis apud Venetos, seu Rempublicam Venetam, & (teste Bart.) apud Florentinos, loco præalleg. vers. sic enim regitur ciuitas Venetiarum, sic ciuitas Florentiæ, & latè constat ex historiis, & Chronicis Florentiæ, præsertim Archiepis. Florentini in summa par. 3. c. 4. in princip. vnde appellantur Aristocratici, id est optimatium statum fouentes, Tertium autem est prædictis diuersum, ac oppositum, Monarchia, idest vnius principatus, hac qui potitur Monarcha appellatur, quem Suetonius dicit arbitrium orbis terrarum, nos verò (teste Bart.) si iste est dominus vniuersalis appellamus Imperium, si verò particularis, aliquando appellatur Regnum, aliquando Ducatus, Marchia, vel Comitatus; ex quibus colligitur, quòd cum ciuitatis Florentiæ regimen vel Democraticum, vel Aristocraticum non solitum recognoscere superiorem, transierit in Monachiam idest in vnius Principatum, & Ducatum, hoc modo interiit Regimen, nomenque Florentinæ Reipublicæ, & probatur etiam in l. 2. §. nouissimè. ff. de orig. iur. quem tex. ad hoc allegauit Bart. loco præalleg. & tradit Budæ. l. senatores, pag. 228. ff. de senat. A Cæsare autem (inquit) dictatore oppressa Republica languere Senatus authoritas, ac deinde post Augustum interire etiam cæpit, cum vnius iam arbitrio omnia regerentur: & eò magis conclusio præmissa videtur procedere, cum Regimen non transiuerit simpliciter ad vnum tanquam simplicem, & nudum ministrum temporarium, sed constitutus fuerit Ducatus durante vita, & ad descendentes posterosque transitorius, & perpetuus, quo casu quando Ducatus est perpetuus ad hæredes, ac descendentes transmisibilis, doctores nostri fatentur huiusmodi Duces, Marchiones, Comitesque in eorum territorio esse Principes, & omnia posse quòad subditos eorum, quæ posset Imperator, Paul. de Castro consil. 227. colum. final. in antiq. Rip. l. nemo potest nume. 17. ff. de legat. 1. Felyn. c. quæ, colum. 13. versicu. sed hanc declarationem, de constit. Crauet. consil. 135. nume. 2. Bellon. consil. 59. nume. 10. Exe. de pact. fol. 154. nume. 343. & seq. & in Duce Mediolani habetur in decisio. Rot. nouiss. Mohed. 45. & in specie de Illustris. Duce Ferrariæ tradit Royn. consil. 200. nume. 1. libr. 2. vbi citat testem Felinum in præalleg. c. cum à nobis, de testib. & in specie etiam dicit Socin. Iunio. consil. 126. nume. 11. lib. 3. faciunt not. per Purpurat. dicta l. 1. nume. 75. 76. 634. vbi circa præcedentiam ponderat qualitates Ducis Venetorum, quòd à Venetis eligitur, quòdque Ducatum non transmittit ad posteros, secus autem esse in Duce Sabaudiæ, vt ibi, & num. 224. vers. limitando, & nu. seq. & maximè nu. 242. Si itaque Florentina Respublica, fuit perempta, & interiit, frustra, & in cassùm allegabitur priuilegiũ præcedentiæ aliàs Florentinæ Reipublicæ competens, iux. not. c. 2. de oper. no. nunt. & in. l. sicut §. fi. ff. quod cuius vniuers. Brun. in tracta. de interitu, & perempt. in quinta cõclusione: sublato igitur potissimo fundamento quo niti posset Dux Florentiæ, scilicet sub quodã velato, & colorato nomine Reipublicæ Florentinæ, quandoquidem re vera videatur cõstare Rempublicam nihil amplius esse, appellationem modò sine corpore, & specie, iuxta dicta per Rip. Respons. lib. 1. c. 23. nume. 24. versic. quia tale nomen est nudum, vanum, & ventosum, remanebit ex prædictis solidè fundata intentio Ducis Ferrariæ circa prætensam præcedentiam.

SED præmiſsis tamen, aliiſque ad idem tendentibus, quæ tamen ſubſtãtialiter reducuntur ad præmiſſa, nõ obſtãtibus, putauimus (& adhuc magis atq; magis putamus) partes præfati Illuſtriſsimi, ac Excellentiſsimi Ducis Florentiæ fuiſſe, & eſſe ſuperiores ſiue rigor iuris attendatur, ſiue æquitas inſpiciatur, hãc que ſentẽtiã eſſe eligendã, & amplectendã, ſiue præſupponatur, quòd Reſpublica nõ fuerit perempta, (quo ſtãte quæſtio dubitationem probabilẽ nõ videtur habere) ſiue (& fortius) cõcedatur quòd Reſpub. totaliter interiiſſet, iuxta doctrinã Ariſtot. Politic. lib. 3. c. 1. 2. vbi poſtquã præſuppoſuit quomodo aliquãdo dicamus ciuitatẽ eſſe eãdem, aut nõ eãdem, ſed aliã, nihilominus ſubdit in fi. vtrũ autem iuſtũ ſit pactũ diſſoluere, & alia huiuſmodi permulta, aut nõ diſſoluere, mutata Reipub. gubernãdæ ſpecie, aliã eſſe diſputationem; & ad primũ caput aggrediendo, equidem. q. dubitatione caret, quoniã (ſecũdũ ea quæ proponũtur) notoriũ eſt quòd Florentini oratores ante Ducatũ Alexãdri introductũ, erant ſoliti ſemper, & vbique locorũ oratores Marchionũ, & Ducũ Ferrar. præcedere à tãto tempore, cuius nõ eſt in cõtrariũ hominũ memoria: & ita fit veriſimile, quãdoquidẽ legatur in Chronicis Nicolaũ Marchionem Ferrariæ fuiſſe ductorem exercitus Florentini, Herculemque Ducem d. Nicolai filium: & nouiſsimè Herculem præſentis Ducis patrem, tunc Principẽ, militaſſe ſub ſtipendiis Florentinæ Reipublicæ, ſuper quibus, & aliis nõ eſt neceſſaria vlterior inquiſitio poſtquam ita in facto præſupponitur fuiſſe ſolitũ & conſuetũ; & notoria ſit proteſtatio facta per oratores Florentinos Romæ tempore Borſi Ducis, & mos deinde obſeruatus: his ita ſtantibus, ſequitur cõcluſio iuridica, & indubia ſcilicet, hanc præcedentiam, cuius origo hominum memoriam exceſſerit, iure conſtituti loco habendam eſſe. l. hoc iure §. ductus aquæ. ff. de aq. quot. & æſt. l. 1. §. denique verſic. vetuſtatem vicem legis tenere, & verſ. habuiſſe lõga conſuetudine velut iure impoſitam ſeruitutem. ff. de aq. plu. arc. & quòd in hac materia præcedentiæ conſuetudo præualeat, tradit Inno. c. 1. verſ. item in his præualet conſuetudo, de maior. allegat. c. cum olim, de cõſuet. vbi Bald. expreſsè not. quòd conſuetudo, aſsignat locũ ſedendi, & ſtandi, & non debet præpoſterari: & idem Bald. l. obſeruare §. antequam, verſic. vadat ergo primo, qui prius ire conſuerat. ff. de offic. proconſ. idem Bald. c. 1 §. Marchio. nu. 5. verſ. ordine conſueto, de his qui feu. dar. poſſ. & in terminis de immemorabili not. Gram. deciſ. 64. vbi refert ita fuiſſe Deciſum in Rota Romana; imò plus quòd ſufficiat ſpaciũ x. annorũ, tradit in terminis, Areti. conſ. 22. nu. 11. in. 3. dubio, verſ. reſtat igitur videre: & ſequitur Gram. loco præalle. maximè ſi allegabitur illud idem fuiſſe obſeruatũ per alia tempora lõgiora, iux. notab. doctrinã, & practicã Anton. de Butr. c. fi. de cõſuetud. quã referũt, & ſequũtur Aret. & Gram. in locis præalleg. & Alex. cõs. 142. nu. 5. lib. 6. & ad idem quòd attendatur cõſuetudo Feli. c. ſtatuimus, in prin. de maio. Deci. c. Clerici nu. 21. verſ. & talis cõſuetudo debet obſeruari, de iudi. Boer. in cõſuetud. Bitur. tit. 1 §. 6. col. 3. verſ. quia in iſtis honoribus, & in tract. de author. mag. Conſil. nu. 52. 68. verſ. & ad fundandã: Angel. cõſ. iii. ordo cõſuetudinis, Caſſan. in cõſuet. Burg. Rubr. 6 §. 4. nu. 5. verſ. quæ quidem cõſuetudo; & in Catalogo. 4. par. 19. cõſid. verſi. ſi tamen ſit conſuetudo, Rip. reſponſ. lib. 1. c. 23. nu. 12. Præpoſit. c. epiſcopus, diſtinct. 17. Barba. conſil. 5. col. 2. lib. 2. colleg. Bonon. præalleg. num. 34. Rot. deciſio. 4. ſi. in fi. Natta. conſ. 62. in fi. quicquid ſecus videatur dixiſſe Ro. cõſi. 154. 155. libr. 4. nam maxima eſt vis vetuſtatis, & conſuetudinis, inquit Marcus Tul. in Lælio: & Horatius in epiſtolis, quædam (inquit) ſi credis conſultis, mancipat vſus: & Ouidius (pro magno teſte vetuſtas; cum ſimilibus congeſtis à Tiraquell. in tracta. de præſcript. §. 1. Gloſ. 4. verſic. vigeſimoquinto; & verſic. ſeq. hinc

nouissimè legitur apud Histor. Venetos iudicium Veneti Senatus, in controuersia inter Herrici Galliæ, & Philippi Hispaniæ Regum oratores, fundatum potissimè, quòd omnium memoria semper obseruatum, vt Gallus orator Hispanum apud Principem publicè præcederet.

Rempublica... verò Florentinam propter Ducatum non tantum non fuisse peremptam, sed imò stabilitam, adiuuatam, conseruatam, beneficiisque auctam, exornatam, factamque fuisse optimam prouisionem de his, quæ optimè illius administrationi congruere videantur, euidenter patet tàm ex proprio ipsius Reipub. decreto, quàm ex Caroli V. circunspectissimi, & prudentissimi Principis confirmatione ac priuilegio Imperiali, & in primis ex proœmio ipsius priuilegii, quo solet declarari intentio, & mens rescribentis, & disponentis. l. fin. ff. de hæred. instit. vers. Qua de re cum excelsæ reipublicæ status fluctuari, & ob id præsenti ope iuuandus videretur, nos, qui nihil antiquius; & quæ sequuntur, ex quibus verbis euidenter patet Carolum V. Imperatorem non quidem Republicā voluisse perimere, sed imò Reipublicæ statum adiuuare more pii patris; vnde confirmatio, & priuilegiū cōtinet in primis causam fauorabilem, piam, & salutarem ipsi Reipublicæ, quibus quidem verbis Cæsareis ita testantibus omnino stādū est, prout de similibus verbis Papæ tradit Rip. Resp. 2. nu. 17. lib. 2. Ad idem tendunt illa verba vers. cōmunis trāquillitatis, & quietis prædictæ Reipublicæ Florentinæ causa declarauerit Magnificum nostrum Imperii sacri fidelem dilectum Cosmum, &c. tàm vigore memorati edicti, seu priuilegii nostri, & in eius executionem, quàm ex decreto publico vocatum ad ipsum primatum, & caput gubernii, & status Reipublicæ Florentinæ, &c. cum aliis verbis subsequentibus, ex quibus luculentè constat Rempublicam Florentinam appellari, vocari, & nominari, eamque beneficiis, & gratiis, ac fauoribus augeri, atque exornari: quare succedunt dicta Innoc. & Host. c. cum ab ecclesia, de offic. ordin. vbi dicunt; quòd si per Papam rescribatur vniuersitati, vel collegio, appellando, & nominando ipsam ciuitatem, vel collegium, eo ipso per nominationem præfatam ciuitas, seu collegium esse probatur, maximè quando deliberatè, & ex certa scientia appellatur, prout hic, iuxta not. per Alciat. c. pernitiosam num. 2. de offi. ordin. vnde non ob. dicta per Gram. decis. præalleg. faciunt tradita per Cassan. in consuetud. Rubr. 8. §. v. nu. 41. col. 2. vers. ex quo adhuc in literis Regiis, fol. 1164. vbi in simili considerat circa Ducatum Mediolani quem tunc Ludouic. Rex Franciæ tenebat, quòd eum tenebat non tanquam Rex, sed tanquam Ludouicus Aurelianensis, ponderando literas Regias, in quibus dicebatur non simpliciter, Lud. Dei gratia Francorum Rex, sed cum additione Dux Mediolani, &c. Comprobatur ex ibi notatis, vbi è conuerso considerat circa Ducatum Burgundiæ additum Regno Franciæ, quòd ea quæ facit Rex in Ducatu Burgundiæ facit tāquam Rex, non tanquam Dux, nec debet dici, Rex Franciæ Dux Burgundiæ, &c. cum non amplius sit Ducatus: ad idem Rip. Resp. 21. vers. vt etiam Delphinatus nomen titulumque perdiderit, lib. 1. facit glo. c. priuilegiū, de regul. iur. lib. 6. dū loquendo de ecclesia, vel ciuitate destructa authoritate superioris inquit, quòd vlterius non erit vocādus aliquis clericus illius ecclesiæ, vel ciuis illius ciuitatis: & not. Abbat. c. 2. nu. 5. de op. no. nu. sed in priuilegio, & confirmatione Imperiali appellatur, & nominatur Respublica, & successiuè appellatur, & nominatur Cosmus Dux Reipublicæ Florentinæ in monetis, literis, & aliis actis publicis, ergo, &c. Confirmantur prædicta ex not. per Bru. in tract. de interitu fol. 35. vers. decimo, & fol. 36. vers. sexto, vbi fortius, & notabiliter ad propositū cōcludit, quòd cū duret nomen primæuum, durat dispositio, etiam si forma esset perempta, vt ibi per eum

HH

& in

& in tractatu de mutatione fol. 67. verſ. vndecima concluſio. vbi loquitur, & ſi minima pars remaneat, cuius concluſio confirmabitur ex aliis etiam mox allegãdis; Ex præmiſsis igitur ſatis apparet nõ ſolùm non fuiſſe peremptam Rempublicam, per Ducatum, ſed eius nomen titulumque reipſa durare, iuxta expreſſa verba priuilegii, & confirmationis Cæſareæ, quis autem tãtæ ſuperbiæ faſtigio tumidus erit vt Imperialem ſenſum contemnere auſit? l. ſi Imperialis. C. de legib. Aff lict. in conſtit. Diſputare Rubr. 4. Vt nullus ſe intromittat de factis, & conſiliis Regis, lib. 1. Sacrilegii enim inſtar eſſet ſuper quibuſcunque adminiſtrationibus, vel dignitatibus promulgandis diuinis obuiare beneficiis. l. ſacrilegii. C. de diu. reſcri. & præſertim Caroli V. Imperat. ſapientiſsimi, & inuictiſsimi, Socin. Iun. conſ. 134. num. 109. lib. 3. Pariſ. conſi. 23. nu. 215. lib. 1. Deci. cõſi. 188. nu. 19. verſ. ex quibus, Io. Hieronym. Alban. (nunc Cardinalis Illuſtriſsimus, & Reuerendiſs.) conſ. 5. in princ. vbi pulchrè; conferunt ea, quæ in ſimili dicebat Bart. in tract. de Regim. ciuit. col. 4. verſi. ipſius principis factum comprobat, quòd talis regendi modus in talibus ciuitatibus non eſt bonus; vbi loquitur de Carolo IIII. Imperat. in ciuitate Senenſi, pro quo Ariſtot. in Politic lib. 7. c. 14. verſi. quæ, & per rationem refelli poſſunt, & per facta ipſa nunc reprobata ſunt;

Et quoniã hic multa dici poſſent in eũ locum, quòd melius ſit regi per vnũ, &c. de quibus pulchrè per Cagnol. in Epiſtola de vita, & regimine boni principis, nu. 46. Oldra. conſ. 204. Bal. conſ. 285. col. 2. lib. 3. in antiq. Ancar. cõſil. 339. nu. 3. Zaſi. conſ. 8. nu. 12. lib. 1. Iuſtin. lib. 11. verſ. cœterum neque mundum poſſe duobus ſolibus regi, &c. Q. Curt. lib. 4. Cott. Memoral. verſ. princeps; Homer. Iliad. lib. 9. vbi induxit Neſtora dicentem; quoniam tu pluribus vnus Imperitas, populoſque regis: tibi ſceptra ferenda Iuppiter ipſe dedit, qui nobis omnibus eſſes Conſiliis dux, & rebus: Plin. Iun. in panegyr. verſic. diſcant quanto libertate diſcordi ſeruientibus ſit vtilius vnum eſſe cui ſeruiant, quippè, &c. Corn. Tacit. lib. 11. falsò libertatis vocabulum obtendi ab iis, qui priuatim degeneres, in publicum exitioſi, nihil ſpei niſi per diſcordias habeant; & Q. Curtius lib. 10. quodque imperium ſub vno ſtare potuiſſet dum à pluribus ſuſtinetur, ruit; cum ſine ſuo capite diſcordia membra trepidarent; non ergo reuireſcit ſolùm, ſed etiam floret imperium, &c. omnia tanquam hic non neceſſaria omittuntur, præſertim ſtantibus his, quæ de ipſiſmet Ducibus Ferrar. traduntur in Chronicis Ferrar. vbi philoſophicè defenditur, & perſuadetur longa oratione, vrbem ipſam Ferrariam feciſſe tranſitum ad meliorem ſtatũ è ſtatu, quo regebatur ad populũ, ob ciuiles diſcordias, ad ſtatũ principatus, & Ducatus, cui quidẽ ſententiæ Dux præſens Ferrar. minimè cõtradicet: Nec nouum eſt, vel repugnans quòd detur Ducatus in Republica, vt videmus in Venetis, & Genuenſibus, de quibus per Caſſan. in Catalogo fol. 290. col. 2. & ſeq. vbi ait, quòd eſt optimus ſtatus mixtus Monarchiæ, & tradit Cardina. Contaren. de Repub. Venet. lib. 1. & 3. prout etiam videmus non fuiſſe nouum nec repugnãs, quòd daretur imperiũ, & principatus in Republica Romanorũ, iux. text. expreſſum in auth. vt præp. nom. Imper. vbi Iuſtinian. expreſsè fecit mentionem Cæſaris, & Auguſti; idem de hæred. & Falcid. in princ. & ibi gloſ. cũ ſimilib. Appoſtill. Alex. conſil. 6. num. 5. verſic. ſed manebat Reipub. ſuum nomen, &c. lib. 4. Alciat. lib. de Magiſtratibus col. 4. de Auguſto, verſi. ſed ſua populo, ſua ſenatui munia obire permiſit; & quanuis Ducatus hic tranſeat ad deſcendentes, hoc vtique adhuc optimum eſt, quia ſuccedunt plus experti, & informati de negociis, & adminiſtratione, arg. l. nam & Seruius. §. ſi viuo Ticio. ff. de nego. geſt. l. hæres ſocii. ff. pro ſoc. l. 2. §. deinde. ff. de orig. iur. qua ratione Socrates, & Plato veri philoſophi magiſtra-

tus,& officiales in sua politia constitutos perpetuos esse voluerunt: & hac ratione ita, in hoc puncto, tenuit Aegidius Rom. in tract. de regim. prin. lib.3.c.5. Cirier de primogenitura.q.14.lib.2.Mandos.in regul.Cancel.16.de concurren.super beneficio.q.17.num.5.vers. & ille qui diutius rexit dignitatem; faciunt not. per Tiraq. de Primig.q.60.nu.6.hinc Barba.consil.20.col.12.lib.2.dicebat quòd hodie de cōsuetudine ita seruatur quòd vna ciuitas eligit perpetuum præsidentem,& commemorat plura exempla; quod & Florentiæ aliàs factum fuisse satis notum est; Præsupposito; Itaque hoc stante (prout stat euidenter fundatũ super priuilegio,& confirmatione Cæsarea, iuxta tradita per Alciat.de singul.certam.c.32.in fi.vbi ad hāc materiam præcedentiæ dicit, inspiciendos esse dignitatũ codicillos,& ex his diiudicandũ vter vtri præferendus sit.) equidem corruunt omnia quæ ex aduerso obiicebantur de peremptione Reipublicæ, illa enim adeò friuola,& leuia videntur, vt ex seipsis ceu folia farfari, (quod Plautus inquit) difflari possint, quare non opus esset ad ea in specie respondere, nihilominus ex abundanti, vno verbo tantùm resoluentur, Itaque prima ratio de addittione tolli potest ex traditis per Signorol. consil 17.num.2.versic.Præterea ampliata forma, vbi multa iura adducit ad probādũ quòd ampliata forma non facit aliud esse, & quòd ex quo aliud adiicitur non debet dici prima forma,& substantia mutata, & Alex.cons.193.num.6.versic.nec etiam lib.2.vbi loquitur in specie de prærogatiua non perdenda: & latè Brun.ponit in tract.de augum.in.3. conclusione principali, quando augumentum non est in parte substantiali, (vt hic, vbi non est de substantia Reipublicæ quòd sit sine Duxe, vt patet per exempla præallegata) & ad propositum in pulchro casu scribit Alecander consil.187.num.29.versi.nō obstat quòd verba dicti capituli lib.2.vbi integro consilio respōdit prærogatiuam competentem officio,& collegio. DD. sexdecim Bonon.competere adiunctis, quia non obstante addītiõne, adhuc tamen retinuerat nomen collegii,& officii sexdecim, vt ibi per eũm; & in simili prærogatiua circa solutionem salarii doctoris, in quantitate aucta, tradit Crott. consil.10.per totum:& secunda ratio de cōmixtione tolli potest ex traditis per Brun. de augu.fol. 3.versic.& circa prædicta: Tertia ratio de unione resolui potest ex not. per Alex. consil.114.nu.19.lib.4.ubi ponderat adhuc appellationem, & nomen (prout etiā ponderat Brun.in locis præalleg.) ad retinendum priuilegium competens castro, ut ibi; & pulchrè per Craue.de antiq.par.4.nu.27.uersi.sed aduerte, ubi exemplificat in Delphinatu unito Coronæ Franciæ adhuc retinente nomen suum,& appellationem:& per Mandos.in regul.Cācell.12.de reuocatione unionum; Q.1.ubi inter alia allegat præalleg.consiliũ Alexandri tanquam pulchrũ,& declarat pulchrè Angel.consil.247.uersi.& eius opi. est uera quando uniretur solùm quoad gubernationem,& protectionem; & in specie, ac signanter de Illustrisimo Duce Florentiæ,& ipsam Florentin.Rempub. repræsentante tradit Socin.Iun.consil.28.nu.21. & seq.lib.4. Igitur firmata hac constanti conclusione, quòd Respublica Florentina retinuerit suum nomen,& appellationem, non obstante tit. Ducali, quòdque uigore præfatæ confirmationis,& priuilegii Cæsarei Florentina Respublica beneficiis, gratiis, fauoribus, ornamento, ac dignitate aucta fuerit, ut sæpius in ipso priuilegio legitur, sequitur indubitata illa conclusio, quam superius proposuimus, scilicet prærogatiuam præcedentiæ aliàs competentis Oratoribus Florentinis, non fuisse nec esse peremptā, sed imò adhuc magis atque magis durare, nam succedit uulgata iuris regula, ea quæ ad augumentum,& fauorem inducta sunt, in odium,& læsionem trahi non debere.l.quod in fauorem.C.de leg.c.quod ob gratiam, de regul.iur.in.6.cum uulgaribus; facit pulcherrima Modestini Iurisconf. sententia in.l.

in.l.nulla.ff.de leg.nulla iuris ratio(inquit)aut æquitatis benignitas patitur,vt quæ salubriter pro hominū vtilitate introducuntur,ea nos duriore interpretatione cō tra ipsorū cōmodum producamus ad seueritatem) cum itaque in proposito ad salutem,vtilitatem.honorem,& dignitatis augumentū Reipublicæ Florentinæ Ducis nomen additū fuerit,certè durā interpretationem illam, quòd Oratores Florentini eorum præcedentiā amiserint,nullo pacto cauillosè sentire debemus: Ad hæc facit dictum Rodor.Xuar.ad repet.l.quoniam prioribus,fol.355.vers. titulus Ducatus non erat eidem annexus, sed de nouo ad maiorem honorem,&c. Quæ conclusio amplius posset cōprobari pluribus legibus, & doctorum decisionibus; primo quidem ex.l.senatores.ff.de senat. vbi licet senatores in vrbe domiciliū habere videantur,tamen,& ibi,vnde oriūdi sunt, habere domiciliū intelligūtur,quia dignitas(ait ibi iurisconf.) domicilii additionem potius dedisse quàm permutasse videtur,vnde apparet quòd dignitas superueniens inducit additionem,nō permutationem,quasi vnum alteri adiiciatur,nō perimatur, & ita istum tex.allegat Soci. cons.129.nu.5.lib.quòd dignitas addita dignitati auget dignitatem,refert, & comprobat Boeri.de author.magni cōsilii, nume.113. Alibi dicit tex.l.falsa §.sed si cui ff.de cond.& demon.quòd is,cui quasi liberto legatū fuerit,nō iccirco amittit legatū,quia postea annulos ab Imperatore aureos acceperit, nā(vt ibi ait elegāter iurisconf.)honor eius auctus est,nō cōditio mutata;faciūt not.per glo.ibi, dū subdit nō desinere libertū esse quòad plura:& ita huius tex.tanquā notab.ad propositum meminit Boer.loco præalleg. vbi ex eo refert pulchras illationes,& decisiones,de quibus per Paul. de Cast.ibi. Alibi dicit tex.l.si longius §.1.vers. nō nè augetur vtilitas per dignitatem?ff.de iudic.& in.l.iubemus,vers.adiectu alterius dignitatis perire non patimur, vt etiam si prosperioris fortunæ iudicio ad honoris ornamenta processerint,vetera tamē eis scriniis labore priuilegia quæsita seruētur.C.de prox. sacr.scrin.lib.12.Ad idem tex.l.talem §.sed si vetus.ff.de her.inst.vbi Bal.not.quòd digressio ad meliorem statū non officit instituto,quòdque vnū beneficiū non derogat alteri fauori:& infert ad.q.de domicello facto milite,vt non debeat perdere beneficiū,& faciunt not.per Angel.ibi, quòd noua cōcessio beneficii nō est causa tollendi primū,quæ simul possunt cōcurrere,quodque augumentū gratiæ,& honoris nō detrahit honoribus, & gratiis primitiuis: & infert ad.q.de forense reducto ad Ciuitatem Bonon.cui dātur priuilegia ciuiū,quòd non propterea ei sunt denega nda beneficia quæ per statuta Bononiæ dantur forensibus:& ita attestatur obtinuisse ex facto,& sequitur Imol. ibi tanquam dicta notanda,& menti tenenda,& idem tradit Paul.de Cast.d. §.sed si cui:& pulchrè cōsuluit Alexand.cons.32.lib.5 vbi plenè congerit ad probandū, quòd propter priuilegiū ciuilitatis secutū,quis nō debet perdere fauores,& cōmōda,quæ prius habebat tanquā homo de aliquo cōmuni,quia concesū in fauorem non debet redundare in odiū, & damū, & per alias rationes,& decisiones de quibus per eū ibi,vbi inter alia alleg. dictū Baldi.in l.per adoptionem.ff.de adopt.quòd si per statutū nobiles fiant populares, tamen nō perdunt nobilitatem generis,sed accrescit ei popularitatis beneficiū,vt est(ait ipse) Florentiæ.Nunquā enim interpretandū est priuilegiū, vt priuilegiato possit esse nociuū.l.diuus, & ibi not. Angel.ff.de mil.test.Alibi dicit tex.l.Alexandrinis C.de decur.lib.10.quòd ille,qui incipit habere gradū comitiuæ, remanet tamen curialis,vnde Bar.infert, quòd ille qui prius poterat admitti ad officiū, & honorem,vt popularis,etiā modo admitti potest: & subdit generaliter quòd assumptio specialis nominis nō facit generale nomen amittere,quod ait esse tenendum menti perpetuo quia valet ad multa,quæ dicta Bar.tanquā notab.refert. Alex.cons.32.

præalleg.

præalleg. Alibi dicit tex. l. principis, verſ. ad memoratũ gradũ adduxit cõpleto tem pore militiæ ſuæ comitiuæ primi ordinis cingulo in diem potiri, manentibus videlicet dudum præſtitis ſaluis priuilegiis, decernimus. C. de prin. agent. in reb. lib. 12. Alibi dicit text. l. 2. verſ. cũ perabſurdũ perque temerariũ ſit hãc noſtrã liberalitatẽ pietatis, quenquam aſtuta interpretatione non ad augumentũ anteriorũ priuilegiorum, ſed diminutionem cõuertere, cõcedi, C. de præp. agen. in reb. lib. 12. Alibi dicit tex. l. eos, verſ. qui vero ſuperioribus dignitatibus creuerint, nihilominus eius loci priuilegia præſto ſibi fore lætentur. C. de excuſ. mun. lib. 10. aliæ propè infinite leges poſſent in hunc locum adduci, de quibus per Tiraq. de nobilitate. c. 6. nu. 48. & ſeq. ni res magis laborioſa, quàm ingenioſa videretur: quare prædictæ ſufficiant ſatis, ſuperque: Vltra tamen præallegatas doctorum deciſiones, nõ videtur prætermittenda ad propoſitũ deciſio. Oldr. cõſ. 267. vbi ſolenniter cõſuluit quod ſi prioratus erigatur in eccleſiã cathedralem, & epiſcopũ, conſuetudines tamen, & priuilegia aliàs prioratui cõpetentia etiã epiſcopo cõpetãt, mouetur aliquibus ex legibus, & rationibus ſupra allegatis, & inter alia ponderat augumentũ dignitatis, vt per eũ ibi: refert Fely. c. penul. in fi. de maiorit. Ad idẽ eſt deciſio Ioan. And. in addit. Specul. de iudi. deleg. c. reſtat videre: vbi inquit quòd ſi Epicopus fiat Archiepiſc. tamen poterit cognoſcere de cauſa ſibi delegata, quãdo erat Epiſcopus: & mouetur omnibus ferè iuribus, & rationibus Oldradi. conſi. 239. vbi in ſimili cõſuluit de Epiſcopo Thoſolano facto Archiepiſcopo, quod ſi erat datus conſeruator, eius officium nõ expirat, ſequitur Barb. c. quoniã Abbas, nu. 14. de offi. deleg. & Deci. ibi nu. 13. & in ſimili cõſuluit Bal. conſ. 151. lib. 3. in antiq.

Sed nec omittenda eſt deciſio notab. ad propoſitũ, in illa. q. ludi ſcaccorũ, de pedina facta Regina, quæ videtur ferè in terminis probare cõcluſionem noſtram, Nã arg. d. l. pen. ff. de ſenat. & d. l. falſa §. ſed ſi cui. ff. de cond. & dem. & d. l. ſi longius §. 1. ff. de iud. cũ ſimilib. refert Bar. fuiſſe aliàs determinatã. q. de eo, qui ſe obligauerat dare ſcaccũ mactũ cum pedina, quod intelligatur ſeruaſſe promiſsionem & viciſſe, cũ dediſſet cũ pedina facta Regina, & tamen notum eſt, diuerſum eſſe officium pedinæ, & Reginæ: quæ quidem determinatio vera videtur, & magis communiter approbata: quanuis enim Bar. in d. l. pen. referat, quòd in contrariũ determinat Iacob. de Are. & quòd doctor. & Cyn. tangunt in. l. 2. C. de ſuſp. tut. & ſe remittat ad nota. per eum in. l. ſeruius legatis §. 1. ff. de leg. 3. & ita Bart. ibi non videatur firmare pedes, nec in. d. l. falſam, nec Cyn. dict. l. 2. prout prædictos non figere pedes refert Abb. c. quoniã Abbas num. 15. de offi. deleg. attamen prædictam deciſionem firmiter ſequitur Bald. d. l. pen. quia adiectio dignitatis debet prodeſſe nõ obeſſe, & illa adiectio dignitatis non videtur permutatio, ſed honor auctus, & ita atteſtatur determinaſſe quendam D. Benedictũ: & quanuis referat Iacob. de Are. Riccar. Mal. & Cyn. in hac. Q. nihilominus ſubdit ſe tenere cum D. Bened. eãdem deciſionem ſequitur Ang. in. d. l. ſi longius, ſubdens ad hoc allegari pro caſu tex. d. §. ſed cui: eãdem determinationem ſolenniter, ante omnes, firmauit poſt diſputationem Ioa. Andr. in addit. Specul. vbi refert fuiſſe iudicatũ, quòd ſi in ludo ſcaccorum conuenit mactare cum pedina, victor eſt ſi mactat cum pedina facta Regina: & ibi plures leges ad hoc induxit: & quanquam ſubdat audiuiſſe Paduæ pronuntiatũ cõtrarium, tamen diſtinguendo ſaluat vtrunque dictum, & ſic Bononiæ in ſcholis diſputatũ, & terminatũ fuiſſe atteſtatur: de quo nullã mentionem faciũt præallegati doct. Sed ipſum refert, & ſequitur Pau. de Caſ. d. §. ſed ſi cui: & Soc. dũ in fi. ad eũ ſe remittit: & quãuis Imol. d §. ſed ſi cui, cõtrarium videatur ſentire aſſerens ita communiter teneri, & ſequi videatur Fely. d. c. quoniã Abbas, col. pen. (li

cet ipsemet aliter senserit in.c.pen.in fin.de maior.) nihilominus Imolæ attestatio hodiè minimè vera est, de cõmuni opin. vt patet ex præalleg. & infrascriptis; prædictam enim decisionem sequitur etiã Abb.d.c.quoniam num.15.& in effectu etiã Deci.ibi non dissentit num.15. dum saluando eam, dicit expresionem de pedina in dubio factam videri causa demonstrationis:& prædictam decisionem firmat ibi Appostill.quicquid dixerit Imol.Alex.dicto consil.32.num.7.lib.5.vbi etiam Appostill.Cassan.in Catal.1.parte 38.consid.49.conclus.col.4.vers. vt videmus de illo, qui promisit dare scaccum mactum: & Ioann. de Plat.l.3.C. de dignit.libr.12. quem refert Tiraq.de nobilit.c.6.num.52. & denique Steph.Costa.in tract.de ludo.2.art.princi.num.30.vers.quid si aliquis ludens ad scaccos, vbi ait quòd ita trãseunt legistæ:& quamuis secundũ Canonistas maximè Ioan.And.distinguatur, & ipse quoque aliter tentet distinguere, in effectu tamen non dissentit à prædictis: Et ex his tandem satis, superque demonstratum fuit, & probatũ, conclusionem illam primam, quam superius præposuimus pro indubitata, verè esse indubiam, stante præsupposito in facto, quòd Oratores Florentini essent soliti, & consueti præcedere Oratoris Ducis Ferrariæ.

Sed fortius, etiam si concederetur quòd Respublica totaliter interiisset, & aliquod nomen, & appellationem Reipublicæ post titulum Ducalem non retinuisset, (quod tamen notoriè est falsissimum, ex præallegatis) Nihilominus adhuc aliis quoque rationibus, & fundamentis defenditur altera secunda conclusio superius posita, & præsertim his duobus, Primo quidem ratione translationis, si enim concedatur quòd fuerit peremptum nomen, & appellatio Reipublicæ per viam trãslationis totius vniuersi regiminis in vnum Ducem iuxt. §.sed, & quod principi, iuncta glo.vers.imperio instit.de iur.natur.& .l.1.vers.regimentis Reipubli.ad imperatores perpetuo translatis.ff.de offi.præf.præt.tũc incidimus in illum articulũ, quo modo priuilegia transferantur, vel perdantur, quando fit translatio, in quo solet distingui inter priuilegia personalia, & realia, vt ad propositum magistraliter tradit Oldra.d.consil.267.num.2.vers.item vbi fit translatio, & num.6.vers. item quòd non extinguantur iura ista, extincto, & translato prioratu, vbi concludit, quòd cõsuetudines, & priuilegia competentia prioratui, erant translata in episcopum, ad quem prioratus fuerat translatus propter erectionem prioratus in ecclesiam cathedralem: Faciunt not.per Brun.in tract. de mutatione, & transformatione fol.71. col.3.vers.sexta conclusio est in materia trãslationis: Rip.Respõs.21. nu.5.vers. nec obstat; lib.1.Bal.c.translato, nu.4.vers.item populus, de constit.vbi signanter dicit, quòd populus Romanus transtulit regimen suum in regimen Cæsaris, & tamen non exoleuerunt leges, & plebiscita, nisi quatenus placuit Cæsari.l.2.§.nouissimè. ff.de orig.iur.vnde quòd dicitur, nouus Rex, noua lex, verum est si mutetur, sed si non mutetur, durat, vt ibi, & optimè in terminis tradit Purpur.l.imperiũ nu.94.ff. de iur.omn.iud.maximè quia non apparet quòd Oratores Florentini essent soliti præcedere ex eo, quòd esset Respublica iux.tradita per Bossi.tit.de principe, nu. 344.vbi loquitur de edicto Leonis X. Pont.Max.concesso Christianiss.Regi Francorum Duci Mediolani, ex eo solùm, quòd esset Rex Frãciæ, vt in procemio indulti apparebat. Secundo quidem ratione subrogationis, subrogatum enim sapit naturã eius, in cuius locũ subrogatur.l.si eum §.qui iniuriarum ff.si quis caut.& ibi Ias.not.num.2.vbi ampliat etiam si subrogatum in aliquo discreparet:& nu.18. vbi plura cumulat: & inter alia ad propositum tradit de officiali subrogato, quòd tenere debet eum locum in ordine, quem tenebat ille, in cuius locum subrogatio facta est: alleg.l.comperimus.C.de proxim. sacr.scrin. libr.xii. vbi Bartol.not. il-

lum tex.ad hoc refert,ac probat Caſſan.Catalo.7.part.42.conſider.verſic.ampliat Ad idē Marſil.ſingu.255.ſubrogatus,Mādoſ. in regul.4. de reſeruationib.Q.6.nu. 7.verſ.ſed dato: Tiraq.de Retractu §.1.glo.10.nu.80. & alibi ſæpe, maximè,de legib.glo.5.nu.191. vbi citat Beltran.d.conſ.73.lib.1. qui in pulchro caſu cōſuluit in hac materia præcedentiæ, Abb.c.eccleſia,in.2.not.vt lit.pend. vbi loquitur in ſubrogatione facta à principe,Soc.Iun.conſ.97.nu. 18.lib.3. vbi in ſubrogatione facta à principe Venet.Purpur.l.certi conditio in princ.nu.66.ff.ſi cer.pet.Aret.conſil. 162.nu.9.vbi loquitur in primogenitura,tradit Tiraq.in tract.primig.q.40.nu.43 tradit Brun.in tract.de mutatione.2.membro.q.17.& in.3.membro.q.3.col.penul. verſ.item fallit quando trāsformatū ſuccedit,vbi loquitur de eccleſia,villa, vel ciuitate, & alleg.Alexan.conſ.43.lib.1. vbi ſcribit de caſtro ſubrogato loco alterius, vt iura prioris cenſeantur translata in ſubrogatū : & idem conſ.1.nu.8.verſ. quinimò quod magis eſt,& conſ.193.nu.6.verſ. pro hoc etiā lib.2. & in terminis præcedentiæ ita arg.Boeri.de author.magni conſil.nu.228.verſ.ideò ſubrogatū:Deci.cō ſil.429.nu.7.verſ.ratione ſubrogationis,vbi conſuluit Florentiæ ſuper cōtrouerſia inter Archidiaconū , & Archipresbyterū:Franc. Marc.deciſ.808.in fin.in.1.part. vbi ſimiliter loquitur in materia præcedentiæ.

Et omnino videndū erit optimū Reſponſum Rip.ſecundū,libro ſecūdo,vbi latè probat quòd Canonici Mimatenſes,qui ſtatū , & habitū regularem mutarūt in ſecularem,priuilegiū eligendi epiſcopū intuitu religionis, & vtilitatis cōceſſū,nō perdiderūt,cū trāslatio pro maiori eccleſiæ cōmodo in ſtatū excelſiorem facta fuerit authoritate Pontif. Max. qui habitū regularem in locū ſecularis cū priuilegiis creditur ſubrogaſſe,vt ibi per eū,maximè nu.12. verſ. circa ſecundā partem , Quo nihil melius,aptiusq; ad propoſitū poſſet allegari;Nā in primo fundamento conſiderauit teſtimoniū Pontif.de translatione propter eccleſiæ vtilitatem: in ſecundo reliquias priuilegii;in tertio mutationem ſtatus in melius augere ius,nō autem auferre:in quinto regulā ſubrogationis;in.6.cōſiderauit quaſi poſſeſsionē : & poſtea ad omnia allegata in cōtrariū tradit reſolutionem:vt ibi poteſt videri,& legi ne fruſtrà tranſcribantur eius ſcripta , & pro illo fundamento ſuper memoria priſtinæ dignitatis, faciunt in terminis tradita per Caſſan. Catal.12.part.58.conſide.colum. 1.verſic.Ducatus verò.

NVnc reſtat deuenire ad reſolutionem eorū, quæ ſuperius in principio adducebantur pro fundāda intentione Ducis Ferrariæ,ex quorū reſolutione adhuc magis, atq; magis corroborabitur pars Ducis Florentiæ,vt enim inquit Ariſt.3.Metaph.c.fin.cognitio veritatis eſt dubitationū ſolutio:cū ſimilibus adductis per Neuiza.in Sylua lib. 3.in fi.Sed in primis eſt aduertendū,nō eſſe neceſsè reſpōdere ad illa fundamenta facta ſimpliciter ſuper maiore dignitate Ducis Ferrariæ,cōſiderando Ducem Florentiæ ſimpliciter,& merè abſq;prærogatiua Florentinæ Reipublicæ quoniā ex præallegatis ſatis ſuperque fuit demōſtratū, habendū eſſe in conſideratione etiā nomen,& appellationē ipſius Reipublicæ , ſed nihilominus ex abundāti,etiā circunſcripta penitùs cōſideratione Reipublicæ,& facta ſimplici,& mera cōparatione vtriuſque Ducis Ferrariæ,& Florentiæ,adhuc luce Illuſtrius defendetur,& probabitur Oratores Ducis Florentiæ nullo pacto debere cedere locum , ſed iure meritò locum ſuperiorem,ac digniorem retinere debere.

Itaque pro generali propoſitione præmittitur illa vulgata , trita cōcluſio in hac materia præcedentiæ,ſcilicet quòd quis poteſt haberi maior, & minor ex diuerſis qualitatibus,&(vt vulgo dicimus)reſpectibus,glo.c.quæritur,2.q.7.quā alleg. Caſſan,in Catal.11.par.12.cōſid.in fin.not.Abb.c.ſanè quia,in.3.not.de offic. deleg. & ibi Deci.

ibi Deci.in.3.not.Purpur.l.1.nu.182.ff.de offic.eius:Franc.Marc.decis.1298.par.1. Tiraq.de nobilitate.c.28.nu.15.&.c.10.nu.11.vbi tãdem,quòd est in arbitrio iudicis,qui debeãt dici maiores,quique minores; Paris.cõs.38.nu.11.lib.4.vbi dicit magis qualificatum esse præferendum.

Hoc ita præmisso, nunc ad primũ,& præcipuũ obiectũ de ratione institutionis antiquioris Ducatus Ferrariæ respõdeo,quòd ordo,& antiquitas temporis attenditur in materia præcedentiæ,cæteris paribus,secus si in posteriori sit alia qualitas excedens,ita Gemin.c.Isidorus distinct.6.& in.c.episcopos,col.2.vers. aut fuerunt promoti,distinct.17.Rimi.in.l.cũ quid nu.8.versic. & per illã glo.ff.si cer.pet.Staphil.in tract.de gratiis, & expectat.c.Tertia principalis conclusio quòd officiales, nu.9.Deci.c.clerici nu.12.de Iudic.Mandos.in reg.16.de concurrent.super benefi. q.17.nu.5.vers.imò etiã,Barb.consil.57.in fi.lib.2. Bolog.in addit.disput.Signor. nu.69.vbi quod nõ valet argumentũ ab antiquitate propter accidentia, quæ sunt maioris ponderis:Fely.Rubr.de maior.col.1.Boeri.de author.mag.cons.num.91. Roy.cõsil.19.nu.11.in fi.lib.1.Franc.Marc.decis.908.nu.6.& seq.in.1.par.& ita tradit Natt.d.cons.62.nu.4.versic.Nam ad hoc respõdetur, quòd antiquitas præhonoratur,vbi cætera sunt paria;Tiraq.in tract.de primig.in præfatione nu.151.& optimè not Aret.in.d.c.clerici nu.22.vers.illud autẽ est verissimũ: At in proposito in Duce Florẽtiæ reperiũtur multæ qualitates excedẽtes,vt ex dicẽdis patebit, ergo.

Sed quid opus erit laborare pro ipsis qualitatibus excedentibus, ad diluendũ hoc principale obiectũ? quãdoquidem formaliter, & in specie possit responderi, dicendo quòd in specie proposita, hoc fundamentũ retorquetur in fauorem Ducis Florentiæ,nã cõsiderandũ est,quod si inspicienda sit prioritas in tempore,equidem Cosmus Dux præsens Florentiæ iã fuit,ac est prior Dux in tempore,quàm fuerit,ac sit Alphonsus Dux præsens Ferrariæ,nec reclametur statim, mirãdũ esse de huiusmodi cõsideratione,cũ videatur attendenda prioritas in tempore respectu titulorũ Ducalium antiquorũ, ex quibus vocãtur descendentes ordine successiuo, cũ filius Regis,Ducis,Comitis,etiã viuente patre possit appellari Rex, Dux, Comes,iuxta not.per Iser.c.1.in fin.princ.de feud.March. Bald.l.in suis.ff.de liber. & posth.Boeri.de autho.magn.cons.num.106.cum similib.

Quoniã imò hæc cõsideratio est optimè fundata,nam ita in terminis præcedentiæ inter DD. Carpi,de Piis,consuluit Ias.consil.192.lib.2. & in eodem casu Roy. consil.19.lib.2.Rimi.cõs.65.nu.48.& seq.quorum responsa multis, magnisque iuribus,& fundamentis munita, cum non sint expressè à pluribus, & maioribus reprobata, nephas quodammodo videretur non sequi in iudicãdo, præsertim cum Tiraq.in tract.de Primig.Q.60.num.7.expressim referat, & simpliciter sequatur Roy.& Ias.præalleg.& in Q.33.declaret filium Ducis,Ducem dici fictè, & impropriè,& in fi.concludat,in his,quæ verè,& propriè intelligi, ac interpretari debent primogenitos Regum nõ venire appellatione Regum.

Sed præterea vt cesset omnis admiratio in hac cõsideratione,extat aperta,& clara decisio in pũcto Afflict.in procem.cõstitut.Neapol.q.26.in secũdo quæsito, vbi quæritur vtrũ Comes,cui nouiter obuenit Comitatus paternus, & antiquus,præferatur Comiti nouiter facto,antequam illi Comiti peruenisset feudum ex successione, & concludit quòd illa antiquitas Comitatus,quæ erat in patre, nõ transit in filiũ,licet Comitatus de nouo trãseat in filiũ;& sic antiquior Comes, licet de nouo Comitatũ acquisiuerit, præfertur successori in Comitatu paterno nouiter obtento, & subdit Afflict.vnũ verbũ maximi effectus,nõ prætermittendum,vel subticendum,& ita vidi obseruari in Curia Regis.

Et quãuis Bosi.in tract.de principe nu.313.referat quæstionem tũc pendentem de facto inter Ducem Mediolani,& Sabaudiæ,& videatur dicere cõtrariũ,nihilominus perfunctoriè,& in transitu loquitur,nec aliquã mentionem facit de decisio ne in terminis Afflicti, & de illa obseruatione, ac iudicio in Curia Regis Neapol. nec vidit Ias.Royn.Rimin. in consil.præalleg. Quæ omnia si commemorasset, vel vidisset,proculdubio secutus esset hanc nostram sententiam.

Igitur cũ habeamus in specie expressam,& apertã decisionem tot celeberrimo rũ doctorũ,& præterea obseruationem, & iudiciũ illius inclytæ Curiæ Napol. in qua semper soliti sunt sedere viri graues,docti,& probi, equidem remanet funditus,& radicitus labefactatũ fundamentũ principale, & præcipuũ Alphonsi Ducis Ferrariæ super prioritate in tempore tituli Duca.quinimò, constat ex prædictis in surgere decisionem solidam inconcussam pro Cosmo Duce Florentiæ, quæ quidem sola decisio ei sufficere deberet pro victoria apud quemcunque iustum, & æquum Iudicem.

Ad secundũ obiectũ de maioritate Ducis Ferrariæ respectu authoritatis Papalis,& Imperialis,respondeo quòd Ciuitas Ferraria fuit antiquitus de terris Ecclesiæ,iuxta not.per glo.in authen.vt eccles.Rom.in fi.vers.petit.Zabar.cõsi.2.Aluar. c.1 §.in feudo,co.pen.de alien.feud.Rodor.Xuar.ad repetitio.l.quoniã prioribus fol.354.Brun.consi.114.nu.193.Ange.consi.93.col.2.Areti.instit.de excep. §.2.nu. 4.in fi.versic.quod singulariter tene menti tu Ferrariensis, cum sis de terris ecclesiæ:Rip.c.cũ M. Ferrariensis,nu.6.de constit.Cor.cons.261.in fi.lib.4.Soci. consi. 92.lib.3.Alex.cons.112.nu.2.lib.4.Imol.Rubr.ff.de verb.oblig.Barb.cõsi.43.col.2. lib.2.(vt interim omittamus id,quod notoriũ est de Vicedomino Veneto aliàs ibi existente,& tradit Paul.de Cast.consi.288.in fin.nouis;) & nunc etiam tenetur, & recognoscitur ab Ecclesia iure feudi, & pro recognitione soluitur certus census, de quo per Alciat.cons.201.nu.22.Gozad.cõs.1.nu.1.& seq.vbi plus legitur,& probatur Ducem Ferrariæ cecidisse à iure feudi,vt ibi per eũ:vnde inferri posset probabiliter,quòd stãtibus prædictis,Dux Ferrariæ,non habeatur pro supremo Principe, prout in simili referebat de Duce Vrbini recognoscentẽ summum Pontificem in superiorem,& ab eo habente Ducatũ Vrbini,Soc.Iun.cõsil.69.nu.43.lib. 1.faciunt tradita per Alcia.cons.161.nu.2.vers.& cum in inuest.teneatur Dux ad ea omnia,ad quæ Vasalli Domino tenentur, vbi cõsuluit an propterea ipse Dux Ferrariæ posset excusari à præstatione caritatiui subsidii,iuxta Bullã Pontificiã, & ob nõ præstationem incurrisset caducitatem;hùc accedunt tradita à Bud.in.l.nõ dubito.ff.de capt.& post lim.liberi(inquit)dicebantur populi, qui in prouinciæ formam nõ erant redacti,quique nihil Romanis pensitabant; qui autem certis conditionib.pactisque pensionib.in amicitiã venerãt,ii stipendiarii vocabãtur:hinc Pau. de Cast.in.l.quoties.C.de prec.impe.offer.dicebat, quòd tollere totũ ius alterius nõ pertinet nisi ad supremũ Principem,qui nõ habet superiorẽ, inferior verò, qui superiorem recognoscit,vt sũt Comites,& Marchiones,qui recognoscũt ecclesiã, vt Marchio Ferrariæ(inquit)& similes nõ posset: vt per eũ, quẽ memorauit Cott. vers.Mediolanũ;faciũt ad idẽ optimè tradita per Abb.c.verũ de for.cõp.quòd Princeps secularis præfertur prælato,episcopus Cardinali tenenti feuda ab eis:Soc.Iu. cõs.126.nu.39.lib.3.quòd nunc Cæsarea Maiestas in signũ superioritatis pro regno Neapolitano soluit Papæ singulis annis vnã chineam albam. Alcia.d.c.Dignitatũ nostri temporis,dũ loquitur de Ducibus Põtificiis constitutis in Vmbria,Piceno, aliisque Italiæ locis,hi (inquit) cum Põtifici deferre teneantur,nec soluti legibus sunt;non coronam, sed birrum ostentant.

Ex quibus

Ex quibus patet quòd Fely.Royn.& Rimi.sibi plauserint,dicentes quòd Dux Ferrariæ Dei,& apostolicæ sedis gratia non recognoscebat amplius superiorem in terris; Nam contrariũ quoque expressè tenuit Deci.consi.97.in princ.versic. cum ciuitas Ferrariæ recognoscat in superiorem sũmum Pontificem : vbi ex hoc infert quod potuit appellari ad sũmum Põtificem,nõ obstãte decreto Ferrariensi,quòd que merito appellatio fuit admissa per Illustriss.Ducem Ferrar.& à summo Ponti fice recepta,vt ibi per eum: Ad idem Cur.Iun.consi.104. in fi.Ias. in consil. 119.lib. 4.vbi loquitur de Marchione : Soci.Iu.cõsil.60.nu.18.libr.3. vbi de Duce Ferr. & cõs.92.nu.7.vers.quia.S.E.apertè recognoscit in superiorem sedem Apostolic. de quo nõ fit aliqua dubitatio,lib.4.

Quinimò plus dicebat Deci.consi.373.nu.15.quòd Dux Ferra. cũ superiorem recognoscat,nõ potest nec debet vti claus.de plenitudine potestatis,sine causæ cognitione,refert Restaur.in tract.de Impera.q.110.vers.septimo,& nouissimè quod Dux Ferrariæ recognoscat superiorem fatetur ingenuè Hippolytus Rimin.in Ap postill conf.Rim.consi.14.nu.15.vers.tu vero cõsidera,in fi.Cephal. consi.167.nu. 12.vers.sed Ferrariæ ciuitas Romæ videtur subiecta ; Appostill. Cor.l.maximũ.C. de lib.præt. quarè cum prædictæ qualitates, quæ obstant Duci Ferrariæ cessent in Duce Florentiæ, obiectum prædictum retorquetur in fauorem Ducis Florentiæ, dignior enim hic Dux est,qui magis iure proprio est quàm alieno, argum.l.si filius. §.erit.ff.de fid.lib.tradit Alciat.loquens de Marchione consi.199. nume.36. versic. & dignior Marchio : Mandos.in reg.16.de concur. sup. benef.q.10. nume. 11.vers.at immediata potentiora,& fauorabiliora sunt:De Cosmo enim Duce dici verè posset illud Virgilianũ,mundi instar habens,teres,atque rotundus:Illudque simile Horatianũ,in seipso totus,teres atque rotundus,Externi ne quid valeat per leue morari;qui & à Menoch.in Respon.2.nu.65.in causa Finariens.meritò lauda tus est,facta enim mentione nobilissimæ Florentinorum Reipub. cui (inquit) nũc præest Cosmus Medices Dux prudentissimus simul,ac liberalissimus, cuius in rebus publicis administrãdis curam,studiũ,prudentiã,summãq; vigilantiã, est quòd cæteri vniuersi terrarũ orbis principes ante oculos habeant.

Et ex præmissis resoluitur id,quod dicebatur de duplicitate vinculorum, quia obiectũ posset procedere cæteris paribus,secus si ex aduerso adessent qualitates ex cedentes,vt in proposito;prout in terminis,in doctoribus vtriusque iuris, & Theologiæ,arriũ,& medicinæ cõsiderãt doctor.vt per Deci.d.c.clerici,nu.12.& in l.cum quid.ff.si.cer.pet.Cassan.Catal.4.par.49.cõsid.& 10.par.17.cõsid.vers.ex quib. in fertur,Fely.Rubr.de maio.col.2.vers.vbi etiã inuenies,vbi ait,quod doctor qui ha bet titulũ in vtroque iure,& ignorat canones,nõ præcedit bonũ canonistã:vnde ap paret præferendũ esse Ducẽ habentem bonũ Ducatũ,Duci habenti plures titulos Ducatuũ paruorum,pro quo signanter Cassan. in Catal.x.par.33. consid. versic. & vnus Rex multũ authenticus præcedit habentem plura parua regna : vnde infert ad Regem Franciæ,quinimò fortius dicit Afflict.Rubr.quis dicatur Dux,vel March.c.1.nu.8.vers.& scias, quòd secundum ordinem illius literæ maior est dignitas Marchionis,quàm Comitis,quia Comes ponitur post Marchionem, quod ait tenendũ menti,quando in Curiis Regũ dubitatur,quis primo debet sedere,quod in telligas (ait) verũ cæteris paribus,quia si esset vuus paruus Marchio,aliud esset,nã quantũ quis plus habet vasallos, tantũ plus eius dignitas augetur, quia maiorem habet iurisdictionem,quæ augetur respectu numeri vasallorũ, & etiã respectu dignitatis vasallorum,& pro hoc facit illud,quòd quanto quis maioribus præest, tãto ipse maior est,igitur studeant (inquit) habere vasallos doctores, & milites di-

uites, quia eorum dignitas ex hoc augetur: ita ferè ibi Afflict.

Ad tertium obiectū de maiori nobilitate, & generositate familiæ, domusque Estensis, potest respōderi; sunt enim variæ, & diuersæ opiniones circa verā nobilitatem, de quibus tractat, post Dātem, Bart. l. 1. C. de dignit. lib. 10. & ibi Luc. de Pen. Afflict. d. tit. quis dicatur Dux vel March. num. 13. & seq. Bon. de Cortil. in tract. de Nobil. & latissimè post eū Tiraq. & percurrit Grat. consi. 4. nu. 28. lib. 2. Sed quicquid alii dicāt, certè Lāfran. in sua disputatione, vtrū præferendus sit doctor an miles, nu. 57. vers. Ego quicquid alii dicāt, in ea est sententia, quòd ea sit vera nobilitas, quæ ex scientia, virtute, & bonis moribus pollet, vt ibi per eū, & Mandos. in regul. de Annali. Q. 60. nu. 2. vers. & quæ præferenda meritò est; Tiraquell. de nobilitate. c. 20. nume. 9. versic. quòd si virtus in vno effulserit, in alio nobilitas: vbi etiam declarat, quod dictū est nobiles esse cæteris præferendos intelligendum esse, cæteris per omnia paribus; idem nume. 11. 17. & alibi passim; maximè, nume. 193. versic. & vt generalius hoc caput cōcludam; pro quo pulchrè Aristot. Politic. lib. 3. c. 8. paribus enim fistulatoribus (inquit) quantum ad artem, danda non est prærogatiua illi, qui sit nobilior, nihil enim melius caneret, sed iis, qui in opere ipso super excellūt; At in terminis præcedentiæ responderi potest ex illo Ouidiano in iudicio de armis Achilleis, & genus, & proauos, & quæ nō fecimus ipsi, vix ea nostro voco: & ita ad hoc propositū inducit Alcia. de singul. certam. c. 30 cū similibus cōgestis per Neuiza. in Sylua. c. est nubendū, nu. 127. & in terminis, quòd nō cōsideretur sanguis, fatetur Bosi. loco prælleg. nu. 113. vers. & Scito quod nō cōsideratur sāguis, vbi cōtenditur de pari dignitate, nisi essent cōcessæ eodem tempore, alleg. Deci. d. c. clerici de iudici. Ad idem Alcia. consi. 530. nu. 10. vers. & ista origo sanguinis nō inducit imparitatem: Si tamen nūc esset his locus, equidem nō dubitauerim Estensibus omnibus opponere vnicū Cosmū Seniorem (cuius nomen virtutemq; Cosmus Iunior Dux felix ter, & amplius repræsentat) qui temporibus suis certè fuit splendor, lumenque Italiæ, meritò à Rege Frāciæ insigni proprio Regali triū liliorū donatus, pro quo Tiraq. de nobilitate. c. 6. nu. 12. & seq. bono quidē omine, & augurio, quod aliquādo ex eius familia, & prosapia esset euasura Regina, vtrisq; insignibus, & sanguinibus simul coniūctis. qui meruit quod cū eius patria sese vocaret eiusdem filiā, ipse pater patriæ publico decreto appellaretur, vt est notorium; Ex cuius sāguine tot Pōtifices Maximi creati, inclytam hanc domū Mediceā ad æthera, cœlumq; vsque euexerūt: & ita in hac materia præcedentiæ, Pōtifices plures extitisse cōsiderabat collegiū Patauinū in cōsilio edito pro Monachis, nu. 52. vers. Ex huiusmodi ordine; faciūt tradita per Anniū libro de temporibus priscis, & Regibus Hispaniæ. c. 23. vers. inclytā Borgiana domo, quæ quàm maximè enituit sūmis Pōtificibus Calisto III. & eius nepote Alexādro VI. &c. & per Paulū Cortesiū de Cardinalatu lib. 1. singulorū autem (inquit) nobilitas est quæ nō modo à familiæ splendore, & vetustate, sed etiā ab excellentiū agnatorū multitudine dimanat, vt Fliscorū familiæ cōtigisse scimus, ex qua binos Pont. Max. esse factos, septuagintaque in Senatū cooptatos fuisse legimus, & ex his paucis abundè satisfiet illi iactationi de maiore generositate Domus, & familiæ Estensis.

Ad quartū obiectū de maiore nobilitate ciuitatis Ferrariæ, facilis est respōsio; in primis negatur Ferrariā esse antiquiorem ciuitate Florentia secundū temporū verā supputationem, Nam Smaragdus ille, qui Ferrariam mœnibus circundauit fuit Exarchus secundus post Longinum primum missum in Italiam per Iustinum secundum, tempore Longobardorum, vt in supplem. Chronic. lib. 6. & alibi legitur, At Florentia titulum pulchræ habens, teste Cassan. in Catalo. 12. part. 60. consid. &

ſid.& quam omnium Italiæ ciuitatum florem nuncupãt.68. conſid. iam prius erat cõdita tempore Iuſtiniani,& Gothorũ ante Iuſtinũ ſecundũ, & Lõgobardos, vt legitur apud Procopiũ fideliſsimum ſcriptorem illius temporis,& belli,cui, & ipſe interfuit, vbi Florentinæ vrbis fecit mentionem, is enim Hiſtor.lib.3. author eſt, Totylam Roma capta miſiſſe Duces ſui exercitus bellicoſiſsimos ad expugnandã Florentiam,eãque caſtris circa mœnia poſitis obſeſſam,minimè expugnari potuiſſe,quod indicio eſt,quàm etiã tunc vrbs potens fuerit:meminit etiã Florentinorũ Corn.Tacitus,is enim lib.1. ſub Tiberios orãtibus (inquit) Florentinis ne Glanis ſolito alueo demotus in amnem Arnum transferretur,idque ipſis perniciem adferret: Frontinus etiã ætate Neruæ in fragmentis de Coloniis, ſeu de Agrorũ menſura, Colonia Florentina(inquit) deducta à III. vir. & meminit etiã Ptolemæus temporibus Antonini: Hinc Illuſtris Alciatus in annotat.ad Corn.Tacitũ, vulgarem illã opinionem de origine vrbis Florentiæ falſam eſſe conuincit,ſubditque procul dubio antiquam,nobilemque Coloniam extitiſſe, Francorum beneficio minimè conditam,helleboroque indigere arbitratur,qui Fluentiam dicant.

Quò verò ad Epiſcopatus honorem, conſtat itidem Florentiam ciuitatem eſſe priorem, cũ iam pridem tempore Conſtantini Imperat. & Silueſtri Papæ Epiſcopus Florentinus extiterit Zenobius inter Sanctos relatus,vt tradit Ioa. Villanus.c. 60.62. Quem authorem citat Gomes.in Reg. de valore exprimendo.q.9.fol.463. Angel.quoque Politianus in epiſtola ad Petrum Medicem,refert inter alios meminiſſe Florentiæ Paulinum Ambroſii(tempore Theodoſii)diſcipulũ,qui etiã præſuli Zenobio locupletiſsimum ſanctitatis teſtimoniũ perhibuit,& quanuis Politianus non citauerit locum, verè Paulinus hoc teſtatus eſt in principio librorum.S. Ambroſii,præterea Florentiam Archiepiſcopatis nomine,ac dignitate auctã exornatamque videmus,de quo per Antonium de Prætis,in tract. de Iuriſdictione epiſco.c.6.nu.22.vbi enumerauit aliquot epiſcopos, licet nunc multò plures extent, & de Epiſcopo Ferrarienſi, & Archiepiſc. Florentino fit mentio in eo lib.qui inſcribitur prouinciale omnium eccleſiarum,&c. qui reperitur in vol.tract.impreſſ. Venet.tomo.2.fol.341.Hinc meritò Florẽtia inter ciuitates maiores fuit repoſita a gloſ.in authen.de defenſ.ciuit.verſ.maiores,& ne opponatur quòd Accurſius erat Florentinus,habemus teſtimonium Bart.in tract.de Reg.ciuit.col.5.verſ.ſic enim regitur ciuitas Venetiarũ, ſic ciuitas Florentiæ, has enim pono in numero ciuitatũ maiorũ. Quinimò dicebat Ang.Peruſin,conſ.23.quòd ciuitas Florentiæ erat vnũ Regnũ per ſe:Quinimò hodie propter Archiepiſcopatũ reponenda erit inter maximas ciuitates,iuxt.not.per Bar.l.ſi duas §.grãmatici,nu.3.verſ.habentes enim Metropolitanũ dicuntur maximè ciuitates.ff.de excuſ.tut. vnde Bal. ibi inferebat ad argumentum quòd illo ſuo tempore ciuitas Piſana eſſet maior quàm Florentia quia erat Metropolitana quantũ ad dignitatem: quanuis tamen aliter in hoc loquatur Bal.ipſe in.l.ſi aliquam.ff.de offi.proconſ.vbi declarat quòd ciuitas Piſana nõ erat caput Tuſciæ,licet eſſet metropolitana, quia Archiepiſcopus Piſanus nõ præerat Florentino Epiſcopo,vel Peruſino; & hodie non eſt dubiũ, cũ ſubſit Florentiæ,vt dicebat Ioan.de Plat.l.1.C.de metrop.Bery.lib.11. Bart.d.l.1.verſ. quod bene nota pro Florentinis,& Piſanis:& præmiſſa refert Frãciſcus Marc.deciſ.266. nu.19.& ſeq.in.1.par.& hanc qualitatem Archiepiſc. conſiderauit Caſſan.11.part. 14.conſid.& 12.par.58.conſid.

Ad illud autem de maiori nobilitate reſpectu vniuerſæ gentis, & nationis, non eſt opus pluribus,quandoquidem ex antiquis hiſtoriis,quilibet poſſit facilè agnoſcere:Nã quòad vetuſtatem cõſtat Hetruſcos habuiſſe originem à Lydiis,teſte gra

uisſimo authore Virgilio, is enim Aeneid.lib.8.haud procul hinc(inquit)ſaxo in colitur fundata vetuſto vrbis Agillinæ ſedes, vbi Lydia quõdam gens bello præclara iugis inſedit Hetruſcis: & Horat. Non quia Mæcenas Lydorum quicquid Hetruſcos incoluit fines, &c. & Sil.Ita.lib.4.Lydorum populos, &c. & Valer.Max. lib.2.c.1.Mos Ludorum.verſ.vetuſto more Curetum, Lydorũque, à quibus Hetruſci originem traxerũt; quem ad hoc citat Annius in commentar.Beroſi de Genealog.primorum ducum poſt diluuiũ lib.2.fol.iii. & de rege Aſsiriorum fol.193.cũ ſimil lib.congeſtis per Leandr.c.de Hetruria fol.22. Et tradit Alex.ab Alex.Genial. dierum lib.3.c.28. Tuſci vnde originem duxerint, & Cor.Tacitus lib.4.loco præal leg.Sardiani(inquit)decretum Hetruriæ recitauere, vt conſanguinei, &c. Sed ſufficiat vnus Myrſilus de bello Pelaſgico.c.7. Ipſi quoque (inquit) Romani fatentur Hetruſcos eſſe vetuſtiſsimos & aureo ſeculo natos, à quibus aras, ritus, diuinationes, colonias habuit priſca Italia: Quinimò idem.c.6.poſtquam retulit, quid à Tuſcorum hiſtoria tradatur, eam approbans dicit, quæ profectò omnia cõgruunt his, quæ probatiores Græci hiſtorici tradunt, ſcribunt enim ſolos Tyrrhenos in Italia vetuſtiſsimos eſſe, qui neque ab aliis pendent, neque, vt cæteri conuenæ, & aduenæ, ſed propria regione ſe oriundos, &c. de quo tamen, quomodo intelligatur, tradit ibi Annius in Commentar.& Tiraq.etiam in.l.ſi vnquam, verſ.donatione, nu. 268..C.de reuoc.don.appellat Hetruſcos Italorum antiquiſsimos, ad quod reſpicit illud Propertianum lib.2.eleg.1. antiquæ gentis Hetruſcæ, ideò ad propoſitum bene faciunt ea, quæ de contentione de antiquitate inter Aegyptios, & Scythas, refert Iuſtinus lib.2.& quæ de certamine inter legatos Aſiæ, pulchrè refert Cor.Tacitus lib.4.quæ omnia hic mirè adaptãtur;

Quanta verò olim fuerit Hetruriæ potentia, patet vnico Titi Liuii teſtimonio, is enim lib.1. tanta opibus (ait) Hetruria erat, vt iam non terras ſolum, ſed mare etiam per totam Italiæ longitudinem ab alpibus ad fretum Siculum fama nominis ſui impleſſet, &c. & lib.5.in fin.non vniuerſa Hetruria tantum terra, marique pollens, atque inter duo maria latitudinem obtinens Italiæ, &c. & idem alibi ſæpe: Hinc Virgil.Georg.lib.2.in fin.Hetruriam proprio epitheto fortem appellaſſe videtur, ſic fortis Hetruria creuit.

Ad illam verò conſiderationem de ſtudio publico Ferrarienſi, quanquam dici poſsit etiam Florentiæ ſtudium publicum ab antiquo fuiſſe, vt apparet ex lecturis Bald.Angel.Paul.de Caſt.& aliorũ, & ita atteſtatur Philipp.in ſupplement.Chronic.lib.15.vbi appellat ſtudia publica Senenſe, Florentinum, Patauinum, opponũtur duo nobiliſsima ſtudia Senenſe, & Piſanum, quod eſt antiquius Ferrarienſi, inſtitutum anno.1309.vt tradit Leand. in Hetruria littorali, fol.29. cum Ferrarienſe fuerit inſtitutum, vt dicitur, à Bonifacio nono, qui fuit poſt annum.1389. vt in vitis Pontif.& Imperat.Petrarchæ habetur: Hinc ille theſaurus ex Regia Conſtantinopoli pandectæ Piſanæ, nunc Florentinæ appellatæ: quod quidem Piſanum ſtudiũ celeberrimũ, vt notum eſt, inſtauratum fuit opera Laurentii Medices, vt eſt teſtis Raphael Volaterranus; vir inſignis doctrinæ, & virtutis: Quarè dum ſuperius relatum fuit domum Eſtenſem fuiſſe ſemper doctis amicam, non negatur; dummodo ingenuè viciſsim fateamur familiam Mediceam non cedere locum Eſtenſi; quãtũ enim literas æſtimauerit Coſmus Senior indicio eſt bibliotheca apud ædem S. Marci conſtructa, omnique librorum genere inſtructa, opus ſanè potius Papa, vel Imperatore dignum, teſte ſupplem. Chronic.lib.15.de Mag. autem Laurentio melius eſt ſilere, quàm dicere, quãdoquidem notiſsima ſit Academia illa domus ſuæ celebratiſsima, ex qua tot illuſtres viri, literis græcis, & latinis eruditiſsimi prodierunt,

dierunt, vt verè huic vni familiæ Mediceæ Italia, Græcia orbiſque totus debeat, quòd bonæ literæ tot ſeculis iam diu intermortuæ, veluti ſub optimo Auguſto, vel Traiano reuixerint, ac refloruerint, meminit Illuſtris Alciat. in epiſtola nuncupatoria in Annotation. in Cornel. Tacitum: & Paulus Corteſius de Cardinalatu lib. 1. c. de ſcientia Cardinalium, vbi refert, quòd Laurentius Medices, qui eſt totius Italiæ conſenſu iudicatus mentis habitu literataque expolitione ſapiens, ſæpe dicere ſolebat, homines quacunque fortuna præſtantes ſine ſtudio doctrinæ, ambigua ſolere gloriæ expectatione mori; Idem lib. 2. c. de erogatione pecuniarum, quocirca in bibliotecis ornandis (inquit) ex maioribus magna eſt Coſmo Medici, & Nicolao. V. tributa laus, quod idem poſtea honori Matthiæ Pannoni, & Federico Vrbinati fuit, ſed multo nuper ſplendidius, & lautius à Laurentio Medice librorum eſt exculta ſuppellex, qui latitantium perueſtigandorum cauſa homini doctiſs. Ioanni Laſcari negocium Græciæ Aſiæque peragrandæ dedit: De cuius quoque laudibus meminit Cagnol. in præalleg. epiſtola de vita, & regimine boni principis nu. 116. verſ. Laurentius Medices in Italia vir ſuis temporibus magnus, & prudens; Egnatius de exemplis lib. 3. c. 1. de Indole; De Laurentio Mediceo, habuit certè (inquit) Florentina ciuitas viros ſemper variis virtutibus egregios, vt Dantem Aligerium, vt Franciſcum Petrarcham, vt Donatum Acciaiuolum interim prætercam, Sed nihil eſt Medicea familia clarius aut Illuſtrius; in hac verò gente quis neſciat Laurentium tùm puerum altæ, diuinæque indolis, vt nouum aliquod ſydus in terris effluxiſſe credas, quòd terræ Italiæ lumen præcipuum afferret: omitto igitur in hoc adoleſcente aui Coſmi toleratum exilium, omitto ſummam ſemper in eo pietatem, prætereo doctorum, & bonorum hominum ſemper expetitam amicitiam, eorumque operam Laurentii liberalitate ſemper honeſtatam; Quis verò neſciat optimas quaſque artes, & literas, Græcaſque in primis, eius munificentia reſtitutas, ille enim Chryſolaram Græcum hominem eruditione inſignem, ille Argyropolum magnis præmiis inuitatos perduxit, Marſilium Ficinum præcipuè fouit; virum nulla non laude dignum Angelum Politianum extulit, in primis verò Picum Mirandulanum ad ſeſe aſciuit, &c. Idem Egnatius lib. 7 c. 1, de felicitate, de Laurentio Medic. bibliothecam quoque græcam, & latinã perinſignem inſtituit, filio etiam ſuo, qui poſtea Romanum Pontificatum eſt adeptus felix: & idem Egnatius de eodem alibi ſæpe: & ne deſint laudatores exteri, in quanto pretio, & honore habuerit doctos viros Laurentius Medices, conſtat ex Textore, c. docti viri habiti, &c. ibi enim ſcriptum reliquit, quòd cum Hermolaus Barbarus Venetorum legationes obiret in Italia, & ad vrbem Florentiam accederet Laurentius Medices tanto viro cum multis amicis obuiam proceſsit, quàmuis podagricus, eumque in Caiana villa honorificentiſsimè excepit, quam cum inſtructiſsima bibliotheca eidem obtulit: Cæterum quòd natio Hetruſca ſemper etiam priſcis illis temporibus excelluerit literis, patet Liuii teſtimonio, qui lib. nono de Hetruſcis literis, linguaque Hetruſca mentionem faciens, habeo (inquit) authores, vulgò tunc Romanos, ſicut nunc Græcis, ita Hetrùſcis literis erudiri ſolitos, & Cor. Taciti, qui lib. 11. poſtquam tradidit de Hetruſcorum literis, & de collegio aruſpicum, vetuſtiſsima Italiæ diſciplina, refert primores Hetruriæ ſponte aut patrum Romanorum impulſu retinuiſſe ſcientiam, & in familias propagaſſe, & itidem Tiraq. l. ſi vnquam, præalleg. præterquam quòd appellauerit Hetruſcos Italorum antiquiſsimos, eoſdem quoque fuiſſe iuris, & diuini, & humani peritiſsimos affirmat, eorumque obſeruationem quandam ad deciſionem cõtrouerſiæ de liberorum ſucceſsione inducit ex Liuio, vt per eum.

Restat vltimum obiectum de maiori numero vasallorum, ac ampliori, & latiori statu, Sed non est laborandum in hoc, quia præsupponitur in facto totum contrarium pro Duce Florentiæ, quo præsupposito obiectum retorquebitur in fauorem Ducis Florentiæ: Et quòd attendi debeat in materia præcedentiæ hæc cõsideratio maioris, & amplioris status, dominii, & administrationis, potentiæ, ac opulentiæ, vltra superius allegata, tradit Vasq.Menach.in lib. Illustrium controuersiarum in præfatione, vbi pro Philippo Hispaniarum Rege præferendo cæteris Regibus multa in hunc locum adducit, quæ ibi legi possunt.

Ex præmissis ergo manifestè constat de optima, clarissimaque causa Illustrissimi, ac Excellentissimi Ducis Florentiæ, tàm respectu possessorii, quàm petitorii, pro quo etiam si res dubia aut obscura esset (quòd omnino negatur) esset in dubio pronũtiandum quia etiam ætate antè ibat, iuxtà tradita in terminis per Cæpol.tract.de Imperat.elig.c.1.num.1. & seq.&.c.fin.num.16. vbi latè: & hanc conclusionem (cæteris paribus, & in dubio) admittit Royn. dicto consi.19.num.16. lib.1.Grat.consf.4.num.34.versic, sed illustris Comes est maior ætate, lib.2. Mandos.d.Reg.16.de concur.super benef.Q.18.num.3.cum concordant alleg.à Tiraq. de Nobilitate.c.20.num.194.versic. Verùm non adeò deferendum Nobilitati: & de Primigen.in præfatione, nume.110. quinimò licet alter sit nobilior, secundum Cassan.Catal.nona par.15.consid.versic.trigesimaquarta, pro quo etiam facit quia hactenus oratores Florentini prælati semper fuere, iuxtà tradita per Natt. consil. 62.in fin.sæpius prætalleg. vbi etiam poterunt legi, & videri plures aliæ conclusiones pro hac parte nostra, dum considerauit pro Societate illa maiorem hominũ, comitatum, vberiorem luminũ copiam, viros honoratiores, nõ obstante quòd Societas altera per multos ante annos fuerit instituta; vt per eum ibi, vbi in hac materia præcedentiæ secundum nostras suprascriptas conclusiones communes, & veras pro ipsa iustitia, & veritate consuluit.

Franciscus Marzarius Vicentinus Iurisconsultus, Et Cæsareæ Aulæ Com.& Eq. secundũ suprascripta Respondebam. Ad Laudem Dei Opt.Max.

CONSILIVM AVDITORVM ROTAE BONONIENSIS

Nostros Deus dirigat gressus in viã veritatis, & Iustitiæ.

PRAELATIONIS hæc cõtrouersia inter hos Illustrisſimos, & Excellẽtisſimos Ferrariæ, & Reipublicæ Florentinæ Duces ex adductis accuratè, disertè, ac eleganter à Clarisſ. Iurecõsultis pro parte Ducis Reipublicæ Florentinæ in eorum informationibus, admodũ clarè iuribus, rationibus, authoritatibus, optimisque exemplis soluitur, vt hæsitationi locũ non superfore satis, & quidem iuridicè, atque satis dici posſit, quo factum est, vt, & nos in eandem sententiam pedibus facilè iuerimus. Nam secundũ ea, quæ proponuntur, apertè cognouimus eã duas habere partes, possessorii vnã (vt cum nostris semper loquamur) alterã petitorii.

Vt igitur Iuris ordo seruetur dũ de ordine disceptatur, de possessorio agamus, ordinarii enim iuris est, vt prius de possesſione iudicetur, ac tunc demum proprietatis causa decidatur. l. ordinarii. C. de rei vend. l. si de vi. ff. de iudi. quia longè commodius est posſidere, & ad onera petitoris aduersarium compellere, quàm alio posſidente petere. l. is qui destinauit. ff. de rei vend. quò fit vt magna sit quãdoque inter litigatores de hoc contentio. l. 1 §. huius autem cum seq. ff. vti posſid.

Quòd autem in similibus quæstionibus, vt quis alteri in sesſionibus aliisque actibus cedat ratione dignioris gradus, aliaque consimili qualitate, officium iudicis competat, expeditum videtur ex mente Bald. ex tex. in. l. si duo patroni; ff. de iureiur. & Fab. & Aret. in §. aliam, in glo. altiori, instit. de bon. posseſſ. per. l. 1. & .2. C. vt dig. ord. serue. & .c. 1. de maior. & obed. Sed quòd cõpetat possessorium idem Bal. expresſè tradit ex illo text. quem alibi non reperiri asserit, in. c. licet causam num. 6. de proba. & sequuntur ibi Felyn. in primo not. & Dec. nu. 4. quod etiam sequitur, & comprobat Franc. in. c. significante nume. 5. de appellat. vbi inferendo dixit hinc esse quod pro iuribus istis incorporalibus ne quis turbetur in sua quasi posſesſione datur interdictum vti posſidetis, vel quasi cum sit vtile, vt placuit Ioan. And. quem sequitur Ant. in dicto. c. licet causam num. 70. & licet Bald. ibidem dicat dictum illud non procedere in honore, qui virtuti, & moribus debetur, tanquam pro illo aliqua nec possessoria, nec petitoria, actio prodita sit, tamen in casu nostro de honore etiã agitur, qui iure debetur d. l. 1. & .c. 1. l. 1. de alb. scrib. & . l. 1. C. de cõsul. cum aliis concor. Quinimo idem Bald. in proposito in. l. obseruare. §. antequã ff. de offic. proconſ. & leg. dicit ordinem in similibus turbate volentem teneri actione iniuriarum, & ei de facto resisti etiam manu armata posse, cum nemo iniuriam, vel proprii honoris paruipensionem pati teneatur argum. l. 1. in princ. ff. de postu. & licet hoc negent Fab. & Aret. vbi supra, sensit tamen cum Bald. Iaso. in. l. si nõ sortem. §. libertus sub nume. 23. ff. de condi. indebit. & comprobare videtur ex tex. in c. præcipimus. 63. distinctio. vbi qui temere ad locum maioris vadit repelli debet, & suo priuari, quod tamen modificãdum dixit post Fely. in rub. de maio. & obed. Boer. in tract. de ord. grad. vtriusque fori, in. 1. par. num. 8. ob tex. in. l. neminem. C. de offic. magist. offic. benignius loquentem.

Si igitur (vt supponitur) non tantum oratores Reipub. Florent. ante principatũ suorum Ducum, sed etiam post vsque ad tempora hodierna, in curia summi Pontificis, Serenisſimi Imper. aliorumque suppremorum Principum, semper altiorem locum illis Ferrariæ tenuerint, merito in hac sua possesſione molestari

non debent, sed eis dicendũ esse ex supradictis apertè constat, vt ab his molestationibus desistant, quicquid sequutum dicatur in curia Francorum Regis, cũ in his, quod Romana curia seruare cõsueuit, inspici & attendi debeat cap. legimus 93. distinct. & cõprobat Boer. vbi supra sub nu. 12. & seq. & apertius Dec. in cap. auaritiæ nu. 8. vers. vltimo de præb. Nec in iudicio hoc possessorio Reip. status mutatio, nõ antiquitas, non dignitas à digniore instituta, non familiæ nobilitas, non denique alia quæ prætenduntur, in quæstionem venire possunt, cũ hæc (vt quilibet iudex cuius arbitrio commissum esse ex communiori Doc. sententia dixit Socin. in cons. 59. num. 2. in 3. altiorem indaginem requirere facile, & sine dubio arbitraretur) reseruanda sint in petitorio. l. 3 §. ibidem, ff. ad exhiben. Bar. & alii in l. fi. C. qui legi. perso. stan. &c. & in l. momentaneæ, C. vn. vi. Sed satis superque satis sit Duci Reip. Floren. quòd in sua quasi possessione, non vi clam nec precario, etiam à multis annis & citra sit, secũdum tradita à Rebuf. de mat. poss. articul. 8. glos. vna, tomo 3. Et cum hæc plana, & clarissima sint, meritò dici potest nullam iuris quæstionem esse l. ancillæ. C. de fur.

Nunc ad petitorium: & illud (vt expeditum) supponendũ videtur, quòd Respub. Florent. ante principatum suorum Ducum sine aliqua controuersia semper & vbique, in omnibus actibus Illustrissimo Duci Ferrariæ præferebatur, & prælata fuit, constat ex summissionibus & ordine subscriptionum, multis publicis documentis, quæ maioritatis signa sũt, vt tradit Fely. in sæpe dicta rub. de maio. & obe. nu. 22. Sed quid? Non ne hoc ex aduerso aperto ore asseritur? dicitur. n. in institutione Ducatus Ferrariæ hoc expressè actũ fuisse, & in cerimoniarum Summi Pontificis libro legi, illumque authenticum esse & posse allegari, ad tradita in cap. consuluit de ser. non ordi. Sed rei totius cardinem in eo versari colligitur quid iuris sit post principatum prædictum. Et quidem in hoc etiam idem esse de iure dicendũ arbitrati fuimus. Nam Remp. Floren. adhuc permanere & in suo esse durare apparet, nec eius nomen, indulta, & priuilegia sublata imò confirmata & denuo concessa, magistratusque suos ipsa & nunc & perpetuis futuris temporibus eligere disponere, & instituere potest, modis & formis quibus ante eiectam Illustrissimam familiam Medicùm eligebat disponebat & instituebat vt Imper. indulto & edicto cauetur expressè, & re ipsa obseruatur, vt notoriè constat. Ex quo Imperiali edicto eiusque notoria obseruantia apertissimè cõstat nomen primæuum durare, quo casu etiam si minima pars rei superesset, res eadem manet, & nõ dicitur perempta. l. peculium & ibi in §. i. Bar. & Cum. de leg. ii. l. sicut. ff. quod cuiusque vni. no. & fortius per Brun. in vi. conclus. c. decimo de interi. & perempti. & vt dicitur etiam de hæreditate quæ nudo nomine consistit. l. cum hæreditatem vbi Saly. ff. de hæred. vel ac. ven.

Præterea re ipsa actu & habitu Resp. durat, ea enim actu sua priuilegia exercet suosque magistratus, vt ante constituebat & disponebat, & constituit & disponit; Habitu exercendi virtutem ex actibus causatam habet, ex quibus omnibus quid in suo esse permanere & durare dignoscitur, vt tradit Bal. In proposito in. l. non ambigitur. ff. de legi. Nec ex eo quod in eodem edicto legitur quod proximior ex familia Medicùm sit caput & præpositus in regimine, & sub eius cura & protectione Resp. ipsa regatur, manuteneatur, & conseruetur, eius forma (vt prætenditur) mutata dici potest, adeò quòd Resp. desierit esse, quia hoc esset contra mentem disponentis expressam, qui voluit Remp. durare, vt liquet apertissimè in omnibus publicis documentis Imp. indultorum, dum passim de ipsa Repub. in eis fit mentio. Nam velle Remp. extare & eius formã mutatam esse adeo quod desit esse, directè

nimis hæc inter se pugnant, & actus adeò repugnantes in esse deducere (vt verbis vtamur Ang.in cons.187.circa fin) nec summus Deus potest. Comprobantur prædicta nam dum Imperator voluit priuilegia omnia, & concesꝛiones per suos prædecessores Augustos Reipub.Florent.factas, confirmatas, & implendas fore, & obseruari, noluit Remp.extingui, quia si hoc esset (ex quo factum est ab Imper.) vtique eius priuilegia essent extincta, & quemadmodum Resp.non duraret, nec eius priuilegia durare possent, ad tradita per Innoc.c.2.nu.2.de ope.no.nunc.cum aliis, vt per Bru.de inter.& peremp.conclus.s.circa prin, Et si ea dicere velimus in Ducem collata eique (vt Reipub.erãt) cõcessa, vtique incidemus in materiã subrogati, circa quam, vltra per alios adducta ad Rhombũ dicit Albe.in.l.qui bona. §.si in alieno.ff.de dam.infect. quòd priuilegia vni concessa transeunt in eius defensorem, & exinde inferendo etiam dicit, quod qui vices alterius gerit, honorandus est sicut ille, cuius vice gerit.c.vltim.93.distinct.&.c.1.94.distinct.

Vlterius ex eo quod quis sit caput, & præpositus Reip.nõ sequitur remotio formæ, & Reip.extinctio. Nã legimus alias Romanã Remp.regiminis curã vni concessisse in.l.2 §.nouissimè.ff.de orig.iuris, nec ob hoc Respu. esse desiit, vt clarissimè etiam optimis exemplis ostenditur ex parte Ducis Reip.Flor. & hinc inferri quoque legitur quamlibet congregationem sibi perpetuũ administratorem, & rectorem eligere posse, vt not.in.c.1.de elect. & aliàs factũ fuisse in ipsa eadẽ Flor. Rep. ex eiusdem annalibus, & memoria hominũ satis cõstat. Est enim hoc ad bonũ esse quia entia nolunt male disponi, & pluralitas principum mala, ergo vnus princeps, ait Arist.in secũdo Metaphy. quod etiã iis de causis factũ esse ex procemiis indultorũ Imp.satis clarè dignoscitur, & idem aliàs per legem municipalem sancitũ, & ordinatum fuisse asseritur in deliberatione anni 1531.6.Aprilis facta

Sed agamus fortius; sit cõtentio inter Ducem Florentiæ, & Ducem Ferrariæ ad hùc Ducem Ferrariæ Duci Florentiæ cedere debere dicendũ arbitramur, ob amissam nobilitatem ex cõtrauentionibus (vt supponitur, & quæ notæ sunt) toties multis modis promissis, & iuratis summis Põtificibus factis, his enim de causis nobilitatem amitti nõ dubitatur.l.2.l.iudices.l.quoties.C.de dignitat.lib.12. Imò, & feuda, vt in puris terminis Illustrissimi Ducis Ferrariæ, Goz.in.cons.1. firmat: & hæc nobilitatis amissio obest etiam filiis, vt dixit Crau.in cons.163.& licet hoc aliquam patiatur distinctionem ex adductis à Tiraq.multæ lectionis viro, in suo tract.de nobilit.c.35.tamen.in casibus suppositis nulla admittitur distinctio: probatur totum assumptũ.in.l.quisquis cum. §.1.C.ad.l.Iul.maiest. & eò magis prædicta stringũt stantibus summorum Pontificũ declaratoriis in idem sententiis. Et licet multoties Duces Ferrariæ à summis Pontificibus fuerint restituti, restitutiones nullas subreptitias, & obreptitias fuisse apertissimè in informationibus (ne eas transcribamus) pro parte Ducis Florent.ostenditur. Et iuri interim ipsi Duci quæsito non obesse nec in aliquo præiudicium generatum deducitur, etiam (vt fortius agamus) si plenæ, & validæ fuissent. Nam restitutio sui natura retrotrahit, & fingendo notam abstergit.l.Imperialis vbi Bald.C.de nup. sed actus medius impedit fictionem retrotrahi, cum obuiet coniunctioni extremorũ, quæ aliquo modo medio interuenien te coniungi non possunt, & maximè in præiudicium iuris alteri quæsiti glo. approbata in.l.si indebitum §.1.ff.rem rat.hab.latè per Ioa. And.in reg. sine culpa col.6. in mercurialibus omnes in.l.Gallus. §.& quid si tantum de lib.& posthu.cum aliis in proposito nostro copiosè adductis per Ias. in cons.192.col.4. in fi.cum seq.in.2.

Rursus fortius adhuc agendo, tollamus nobilitatis amissionem Illustrissimi Ducis Ferrariæ, nõ ne expressè cõstat Floren.Ducem maiorem habere, & iurisdictio

nem,& administrationem? notorium permanens est,& in informationibus,de quibus supra abundè,& clarè deducitur,ergo eo Ferrariæ dignior,ex maiori enim Iurisdictione,& maiori administratione maior dignitas arguitur, ut no. Hostien. de maio.& obed §.1.circa fin.in uers.dispensationis siue potestatis,in summa.& refert & sequitur post Rot.& Dom.ut ibi per eum Dec.in cons.161.circa fin.uersic.septimo. Item cũ Dux Florentiæ nobiliores subiectos habeat, dignior & nobilior sit, nam per similes subiectos nobiliorẽ Præsidem fieri dixit glos. in §. generali in ver. nobiliores in auct.consti.quæ de digni.& sequitur Bal.in consi.387. Archi. habet in princ.in ver.similiter in primo & is nobilior dici ratione antiquioris originis profectò ex aduerso non negabitur,cum id in causa pro fundamento præcipuo ac solido semper in medium afferatur.

Quod autem Ferrariensibus, Mutinensibus,& Regiensibus Hetrusci nunc Illustrissimo, & Excellentissimo Duci Flor.subiecti antiquioris originis ratione, ac aliarum qualitatum sint nobiliores, & consequenter digniores, Historiæ veritatis testimonium perhibeant, & maximè Berosi, Manethonis, & Fabii pictoris de aurea ætate,qui toti Italiæ ex duobus populis primos Hetruscos dominaros fuisse dicit sub Iano in ætate aurea, quòd & Myrsilus de bello Pelasgico cap. vii. Romanorum testimonio affirmat, dum Hetruscos eis antiquiores esse dicit in ætate aurea natos, Ianum itidem in Hetruria 12.colonias posuisse inter quas Fesulas, Volaternas, ac Aretium esse nunc Duci Floren. subiectas Cato de originibus in suis fragmentis testatur, ac Arim Ianum, quem locum Annius in suis commentariis iam Fluentinorum, nunc Florentinorum esse asseuerat. Et omnes alpes vltra Padum Hetruscorum colonias fuisse, ac ab eorũ Principibus & progenitoribus gentes nomen sumpsisse & speciatim Regien.à Regio idem Cato in eodem loco firmat, secumque est Caius Sempronius in diuisione Italiæ,subdens regionem vltra Padum authores affirmare ab Hetruscis originem habuisse, Et apud Liuium in v. primæ decadis. Hetruscorum potentiam ante populum Romanum terra & vtroque mari fuisse maximam legitur. Nec prætermittimus Plinium in 3. naturalis Historiæ cap.v.qui sigillatim Fluentinorum, Fesulanorum, Pisanorum, Pistorensinm, Volaterranorum, Cortonensium, Aretinorum, Senensium, Clusinorum, aliorumque quamplurium Duci Florentiæ subiectorum meminit, idemq; & clarius nostrorum temporum nomina notando Annius in suis commentariis ad Catonem facit,vt interim moderniores memoratis authoribus idem testantes omitamus, nuncupatim tamen de Florentia placet hic (post alios quorum ipse meminit grauissimos) vti testimonio,Angel.Politiani scribentis, Petro Medici suo epist. 2. lib. i. epistolarum cuiuius initium est, Cũ sæpe ex nobis audisses Florentiam. Ex quo sequitur, quòd & eius ciues sint digniores, Innoc.in cap.fraternitatem, circa fin. de don.refert & sequitur Fely.in d.rub.de maiori.& obed.nu.10. Et ex hinc tollitur fundamentum antiquitatis præcipuum in presenti causa. Quia vbi maior est dignitas, temporis prærogatiua non attenditur Doc.in cap.clerici de Iud. & in. l. cum quid vbi Dec.nu.15.& sequen.ff.si cer.pet.& vbique omnes,ex glos.aperta in cap.Isidorus in ver.præponimus xv..distinct.Dignior igitur præferendus est cap. episcopus 95.distinct.& passim legitur.

Sed quid opus est pro parte Illustrissimi, & Excellentissimi Ducis Florentiæ vlterioribus iurium deductionibus aliaque in his disceptatione? Non ne declarationes summi Pontificis fe.re. Pau.iii.& summorum Imp.Caroli V. & Ferdinãdi (vt extare supponuntur) rem claram faciunt, & indubitatam & omnem tollunt amaritudinem? Ipsi.n.sunt totius orbis supremi principes & Domini, & omnium etiã

 superio-

ſuperiorem non recognoſcentium veri Iudices, vt de Pontifice Abb.Fely. & Dec. tradunt in cap.nouit de iud. etiam infidelium modo quo tradit Innocen. in cap. quod ſuper num.4. de vo. & vot.redemp. & de ambobus not.Bald.in.l.penul.C. de bon.quæ lib.& paſsim, ne ſecus dicendo in hæreſim incidamus, vt aduertit Bar. in.l.hoſtes.ff.de capti, & poſtlim.reuer.hinc omnium eorum declarationes ſiue in precibus, ſiue in iudiciis, ſiue alio quocumque modo factas, ratas, & indubitatas haberi dicit tex.in.l.fin.ver.diffinimus autem.C.de legi.Nec immeritò quia quod cunque Imp.ſtatuit vel de plano interlocutus eſt, legem eſſe conſtat.l.1.ff.de conſti.princ.legem dicimus ſiugularem cum inter ſingulares prolata ſit (vt ſtemus cũ Doc.ſic ibi dictũ illud intelligentibus) Et licet Alber.poſt Iac.Bu.nu.3. dicat Principis interlocutoriam facere etiam ius generale & inde eſſe quòd aduocati Curiæ Romanæ quando deficiunt eis iura, dicunt Ego ſic vidi interloqui Papam in ſimili cauſa, & idem in curia Regis Francorum, tamen nec illi diſſentiunt à communi; niſi interlocutoria redacta eſſet in corpore Iuris quòd ſequitur Felin.in cap.in cauſis ſub num.14.de re iud. Et ſunt in propoſito notandæ dictiones, omniũ, alio quo cunque modo factas, in d.l.fi.& quodcunque in d.l.1. quæ vniuerſaliter agunt, vt per Sozi.in conſil.x.nu.9.in primo & paſsim habetur apud ſcribentes.

Ex quibus omnibus ſi accuratè inſpiciãtur, tolluntur fundamenta omnia & ſtatus mutationis, & dignitatis à digniore inſtitutæ, & familiæ antiquitatis, & nobilitatis, etſi multa etiam circa hoc adducta ſint in informationibus, de quibus ſupra, vt breuitati ſtudeamus, & idem ſæpius non teratur, iuxta conſilium Imper.in. l. 2. §.deinde quia multo.C.de vete.iu.enucle.

Et cum iuridica, concludentiſ. & vrgentiſs.viſa ſint, iis potiſsimum pro parte Illuſtriſsimi, & Eccellentiſsimi Floren.Ducis (duret Reſpub.vel non) communicato colloquio proculdubio ſtãdum eſſe cenſuimus Nos infrà ſubſcripti Bonon. Rotæ Aud. in quorum numero ſecũdum ſuas conſtitutiones ipſa Bonon.Rota repræſentatur. Saluo tamen ſemper ſaniori iudicio. Ad laudem Dei Opt.Max.

Antonius Donatus Corrigienſis Bononienſis Rot. Aud. & Prætor.
Franciſcus Marzarius Vicentinus Bononienſis Rot. Aud.
Stephanus Paganutius Politianus Bononienſis Rot. Aud.

ui mdea un altro volume di Cons. sino al numo 76.

Emendata quædam.

Fol.lin.

232. 40. c.Adde,28.	18. confirmare conformare
5 8 cognat. agnat.	119. 48. spurii Adde vers.
17. 33. fiendæ faciendæ	114. 14. Reuer.Adde,consil.xi,
26. 12. leg.2. Adde.C.de fid.l.	135. 21. LVXII. LXVII.
27. 31. defensata defensa	137. 22. Venet.Adde in Epitome.Q.XI.
28 45. d.cons. Deci.cons.	140. 40. Soci.Adde Iun.
34. 2. prohibitionis alienationis prohibitione alienationis	145. 36. cons.tit. extrauag.
9. vestra verba	48. adiecisti adierit
35. 10. deleas illa verba,& scripti,& voluntatis quæstio	148, 36. oportere oportet
36. 29. terminis Adde,non sit tuta, & reperio in terminis	149. 25. 427. Adde.vers.
44. 31. fideicommissum fideicommissorum	153. 25. 26. 261.
43. coniuncturæ coniecturæ	154. 47. q. cons.
45. 27. descendentes decedentes	155. 40. foràs foris
50. 29. pronepot. pronept.	156. 46. 113. 13.
52. 18. Consiliarum Consiliarium	174. 44. Nam nunc
53. 36. conuersatione conseruatione	177. 1. cons.Adde.61.
64. 5. omnibus Adde,deficientib.	28. Sozorio sororio
66. 32. eis eius	184. 14. si 51.
77. 8. voluntas voluntate	198. 21. Pap. Adde, Pii
81. 39. neptem nepotem	205. 8. deleas verbum,vbi,
86. 31. diffinitiuam differentiam	210. 22. cons.Adde.53.
87. 10. lib.Adde primo	47. 155. 1550.
	229. 18. 3. iii.
	251. 8. Tiberios Tiberio,
	24 Archiepiscopatis Archiepiscopatus.

Guido Seruidius Præpositus, & Vicarius Generalis Florent. hoc opus nihil de fide, vel religione continens, licentiam, & facultatem Florent. imprimendi concessit Pridie Idus Martias.

MDLXIX.

Marsar. Cons. 20. N.° 7. quod ē 19. in hoc l. inter

1885-1932




calibrite
colorchecker CLASSIC
mm